44-9.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

E. 21. C. 13.

A. 27466 132

# BAP. PLATINÆ

CREMONENSIS DE VITA ET moribus ſummorum Pōtificum hiſtoria, cui aliorū omnium qui poſt Platinā vixerūt ad hæc vſq; tempora, Pōtificum res geſtæ ſunt additæ: interſertiq; ſunt canones inſtitutorū cœnobitarū qui maximopere deſiderabantur, adiecta etiam pontificum nomēclatura.

In ædibus Ioannis Parui. M.D.xxx.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Reuerendo in chriſto patri F. Petro Pariſeto vndequaq₃ virtutibus vallato: necnō ordinis minimorū in ꝓuīcia Frācie dignīſſimo ꝓuinciali F. Jo. T. minimitanus ꝓſperitatis augmētū.

Veteres illi Philoſophi quorū authoritas cum ſapientia adhec noſtra vſq₃ tēporū interſtitia ī precio habita eſt R. pater et mihi dulciſſime mecenas nō min⁹ ſcite q₃ elegāter treis grās (quas greci charites appellitāt) ita pictura effigiabāt/ vt vna earū veluti a nobis profecta auerſam teneret faciem: reliquę vero ſcilicet due nos ītuerent. Quoq₃ dē monemur archetypo accepti bñficij nuſq₃ īmemores eſſe debere verū illud aliquo cum fenore rependere. Ego itaque priſcorū veſtigia togatorū emulabūdus cū mecum attentiuſcule pēſitarem quātū in me tua benignitas attuliſſet ne alcā in īgratū ꝓieciſſe videaris/ exigua cōpēſatiōe aut ſaltē aliq̄ argumēto animū nrm tuis pene obrutū bñficijs tātillū leuare ꝯſtitui. Idcirco cū ſuperioribus diebus a iuriſmaſtigū meādris mētē relaxarem ſacrum iſtud Platine volumen hiſtoriaꝝ diuerſaꝝ repetēs dij boni q₃ multiplici eruditiōe repletū: q₃ lepidiſſimis ſalib⁹ cōcīnatū: iniuria tēpoꝝ: ſeu (quod veri⁹ crediderī) auri cupidorū labe/ tū multifugis mēdis: tū mōſtroſis erroribus defecatū (vt nemo q₃tūuis mitis ī ipo ſtatī limīe nō ſtomacharet) ī priſtinū nitorē reducere curaui. Quare me ꝑciū ope facturū exiſtiabā ſi illū nrīs aſtericis trāſuerſo calamo illinerem/ atq₃ vt emēdati⁹/ examīati⁹: libratiuſq₃ elaborarē. Etſi on⁹ ſupra vires/ malebā tñ audētior videri q₃ māſuetioribus literis ſitu pedore atq₃ marcore ſqualētib⁹ ꝓ nrā vili operā nō ꝑſtare. Quapropter illud nō tm terſum emūctūq₃ reddere cōnat⁹ ſū/ verūetiā nōnullis āpliatiōib⁹ vſq₃ ad S. D. N. Clemētē vij. decorare. Accipe igit̄ religiōis colūna literaꝝ ⁊ literatoꝝ emporiū haſce īgētoli nrī ꝑmitias quas tibi liberaliſſimo patrono/ fido cōterraneo dedico. Res eſt leuicula/ nec īficior/ veꝝ (vt Plinianis vtar ꝟbis) et dijs lacte ruſtici multeq₃ gētes ſupplicāt: ⁊ mola tm̄ ſalſa litāt q̄ nō hñt thura. Quicq̄d ſit dij faxīt/ vt ſit mee erga te obſeruātie pignus ſempiternū. Vale ꝑſidiū et dulce dec⁹ meū: et tuū thierry in eorū albo cōſcribito q̄ te colūt et venerātur. Pariſijs. Anno a virginis puerpio. xxx. ſupra M. et quigētēſimū.



# AD SIXTVM QVARTVM PONT. MAX.

Vita quidem in vita vtilia eſſe beatiſſime Pontifex, & humano generi cōmoda nemo eſt qui ambigat. Scripſere Philoſophi multa: ſcripſere Mathematici ex cogitata & inuenta ad ingenia hominum excolēda. Magnū fuit (ne mētiar) ſecreta naturę rimari: & cœlos ſcandere: atq; inde ad nos doctrinā & artē earum rerū traducere quę auctor & parēs oīm deus procul ab oculis mortaliū collocauerat: vt cū tantam pulchritudinē, tantā ad perpetuū ordinē admirātes intueremur maieſtatē, diuini numinis merito collaudaremus. Negari certe non poteſt, quin ex hac philoſophādi ratiōe magna vtilitas ad homines peruenerit īgenio pręſertim vtētes: quippe pulchritudine diuinitatis cōmoti humana cōtēnētes vitā cœleſtē in terris ducere nitūtur. Verū (vt ait Poeta) Nō oīa poſſumus oēs. Inueniēda igitur via fuit quæ oībus aditū ad felicitatē præſtaret: ne ſolis philoſophis cōſultum videretur. Ea certe rerū Hiſtoriæ commendatio.
geſtarū cognitio eſt: quas ipſa hiſtoria continet: ex qua nō quid vna, ſed quid oēs ætates egregie fecerit colligētes magiſtrā vitæ nrǣ vetuſtatē ipſam habituri: priuati etiā quouis īperio digni exiſtimamur. Præterea vero ex hac cognitiōe, ad prudentiā, ad fortitudinē, ad modeſtiā, ad oēs deniq; virtutes aī hoīm ita cōcitātur: vt laude ipā nil anti-

quius turpitudine autẽ nil deteſtabilius exiſtimẽt. Quod ſi veteres illi apud (quos virtus in precio fuit, celebrari maiorũ ſuorum ſtatuas in foro collocatas: pro tẽplis ac alijs in locis publicis volebãt ad vtilitatem hominũ reſpicientes, quanti a nobis facienda eſt hiſtoria, quæ non muta vt ſtatuæ, nõ vana, vt picturæ, veras præclarorum virorum imagines nobis exprimit: quibus cum loqui, quos conſulere & imitari, vt viuos fas eſt? Addo præterea quod hiſtoriȩ lectio, quȩ vitã hominum continet, ac eloquentiam ad humanitatem, ad vſum rerum quauis facultate gerendarum confert plurimum: atq; adeo quidem, vt eos etiam qui rebus geſtis nequaquam inter fuere, dum aliquid compoſite atque eleganter narrant, ſupra cæteros ſapere & intelligere arbitremur. Tu itaque Theologorum ac Philoſophorum princep Maxime poutifex hac hominum vtilitate motus ſimulque dignitati eccleſiaſticæ conſulens, non fruſtra mandaſti vt res geſtas pontificum ſcriberem ne illorum benefacta perirẽt negligentia ſcriptorum: qui ſuo ſudore & ſanguine hanc rempublicã chriſtianam tam amplam nobis, tamque præclaram reliquere: vtque deinceps haberent poſteri noſtri quo ad bene beateque viuendũ incitarentur, cum legendo perdiſcerẽt quid imitari, quid ve fugere oporteret. Nõ ſum tamẽ neſcius futuros quoſdã qui dicant me hoc onus fruſtra ſuſcepiſſe cum id antea a plȩriſque factum ſit. Leguntur certe multi (Damaſum ſemper excipio) qui nullum florẽ orationis nullam compoſitionem & elegantiã ſequuntur: non de induſtria, vt ipſi iactitant, ornatum fugientes, quod eleganti ſtilo res ſacrȩ ſcribi nõ de-

Hiſtoriæ lectio qd complectatur.



beant: ſed inſcitia & ignoratione bonarum litterarum. His autem obijcere Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, Gregorij, Leonis, Cypriani, lactantij eruditionem & doctrinam ſit ſatis. Qui hac in re Ciceronis auctoritatem ſequẽtes arbitrati ſunt nil eſſe tam incultũ & horridum, quod non ſplendeſceret oratiõe. Non negauerim tamen huic generi ſcribendi difficultatem quandam ineſſe cum nudis verbis interdum, ac minus latinis quædam exprimenda ſunt quæ in noſtra theologia continentur. Hæc autem ad latinitatem qui referat magnas perturbationes ingenijs noſtrorum temporum hac conſuetudine imbutis afferat neceſſe eſt: mutatis pręſertim terminis vnde omnis diſputandi ac ratiocinandi ſeries colligitur. Sed habeat hanc quoque auctoritatem ætas noſtra vel chriſtiana theologia potius. Fingat noua vocabula, latina faciat: ne veteribus tantummodo id licuiſſe videatur. Verum iam tandem huic proœmio finem imponam vbi lecturos prius admonuero non eſſe mirandum ſi cum pontificũ vitas & mores ſcripturum me pollicitus ſum Imperatorum quoq; prĩcipum ac Ducum res geſtas inſeruerim: Adeo enim hęc ſimul connexa ſunt: ſi primos imperatores dum chriſtianis aduerſantur, ſi vltimos dum fauent inſpicis, vt alterum integre ſine altero exprimi nequiuerit. Legant ergo æquo animo: & ſi quid emolumenti ex hac ſcriptione noſtra perceperint tibi ſoli pontifex optime gratias agant: cuius ſanctiſſimo imperio libenter obtemperaui.

# PLATINAE DE VITIS PONTIFICVM HISTORIA.

Sequitur F. Io. T. minimitani auxeſis ad Platinam.

SCite refert Eutropius in Romuleorum annalibus quendam lentulum temporibus Octauiani Cæſaris in hūc modū de Ieſu Chriſto ſummo pōtifice noſtro romanis reſcripſiſſe. Apparuit tēporibus iſtis, & adhuc eſt homo magnę virtutis nomīatus Chriſtus Ieſus (qui dicitur a gentibus propheta virtutis: quem eius diſcipuli vocant filium dei) ſuſcitans mortuos, & ſanās omnes langores, homo quidam ſtaturę procerę mediocris & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt diligere & formidare, capillos habens nucis auellanę prēmaturę & planos fere vſq; ad aures, ab auribus vero cinnos criſpos aliquantulum ceruleos & fulgentiores, ab humeris vētilantes diſcrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazareorum, frontem planam & sereniſſimam cum facie ſine ruga & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat: naſi & oris prorſus nulla eſt reprehenſio, barbam habens copioſam & pubem capillis concolorem, non longam ſed in medio bifurcatam, aſpectum habens ſimplicem & maturū, oculis glaucis varijs & claris exiſtentibus, in increpatione terribilis, in admonitione blādus & amabilis, hilaris ſeruata grauitate: qui nunquam viſus eſt ridere, flere autē ſie: in ſtatura corporis propagatus, rectas manus habēs & brachia viſu delectabilia in colloquio grauis, rarus, & modeſtus, & ſpecioſus inter filios hominum.



NObilitatis maximā partē duci ex his maioribus qui clari iuſtiq; fuere, quiq; ob ſingularē aliquā virtutē imperauerīt nemo eſt q amþigat niſi qui Platonis auctoritatē nō adeo probat: cuius quadripartitā de nobilitate diuiſionē, quantū ad genus pertinet Xp̄s rex noſter cōſecutus eſt. Quē ēm ex gentilibus habemus, qui gloria & nomine cū Dauid, & Salomone, quiq; ſapiētia, & doctrina cum Xp̄o ipſo cōferri merito debeat ac poſſit? Neminem certe. Naſcitur Xp̄s ex tribu Iuda nobiliſſima quidē ob vetuſtatē & imperium inter Hebræos vnde propheta Iacob inquit: Non auferetur ſceptrū de tribu Iuda quoad venerit qui mittendus eſt. Is erit profecto expectatio gētiū. Quot autē reges, vel duces, vel pōtifices in ea tribu fuerīt nō attinet dicere: cū libri, tū noui, tū veteris teſtamēti huius nobiliſſimæ genealogiæ mentionē faciāt. Verū cum poſt longiſſima tēpora inter Ariſtobolum & Hircanum Alexādri regis & pontificis filios orta ſeditio de principatu eſſet tādē Herodi alienigenæ regnū Iudeorū a Romanis traditur: ex patre ēm Idumæo & matre arabe natus, & Iudeorū regis peritos interfecit: & genealogias incēdit ad integēdā generis ſui notā. Ceſſauit ergo ac merito quidē eorū vnctio, hoc eſt īperiū: quia ex Danielis ſnīa ſctūs ſctōrū venerat: quē Maria virgo angelo annūciāte ex ſpirituſctō cōcepit: & peperit ī Bethleem iudę, Cyrino tū ſyrię præſide: Anno ab vrbe cōdita dcc.lij. imperij vero Auguſti cęſaris qui tū orbi īperitabat anno.xlij. imperiū ēm a Caio cęſare, tū propinquitatis, tum here-

Christi nobilitas.

Quo tēpore fue-

rit Ieſus cõceptus.

ditatis iure accipiẽs: vel potius pulſis ac ĩterfectis parricidis tyrãniſq; rẽpu. vſurpare conãtibus monarchiã orbis terrarũ in meliorẽ formã redigens: ſuis tẽporibus mirã fœlicitatẽ prꝫſtitit. Nã pacatis rebus, tũ externis, tũ domeſticis, tãto ĩ honore nõ ſolũ apud ſuos verum etiã apud exteros reges fuit vt eius nomine ciuitates cõderent: quas ſebaſtas vel Cꝫſareas appellarunt.

Laus Augusti Cꝫſaris.

Venere etiã multi reges ad vrbẽ viſendi hominis cauſa quos ita comiter & perbenigne ſuſcepit, vt ex amicis ſibi amiciſſimos redderet. Cum ciuibus autẽ ſuis humaniſſime vixit ĩ deliquẽtes clemẽs erga amicos liberaliſſimus eſt habitus: in comparãdis amicis rarus ĩ retinẽdis cõſtãtiſſimus. Liberaliũ artiũ adeo ſtudioſus fuit, vt nullus pene laberetur dies ĩ quo nõ legeret aliquid, aut ſcriberet, aut declamaret. Ingenio & doctrĩa Salluſtij, Liuij, Virgilij, Oratij, Aſinij pollionis, Meſſalꝫ Coruini Oratoris ĩſignis delectatus eſt: quorũ ſcriptis etiã eius res geſtꝫ immortalitati cõmendatꝫ ſunt. Vrbem Romam ita exornauit vt gloriatus ſit ſe vrbẽ lateritiam inueniſſe marmoream relinquere. Hanc felicitatem quæ (ne mentiar) magna fuit maiorẽ certe reddidit ſaluberrimo ortu ſuo Xp̃s rex noſter. Interceſſere autẽ a creatione mũdi vſq; ad hũc feliciſſimũ natalẽ diẽ anni quinque milia cẽtum & xcix.

Natiuitas Ieſu xp̃i.

Naſcitur puer ſine dolore matris: quippe qui diuinus erat non humanus partus: vnde mater integra ſtatim ſurrexit: & infantẽ de more pannis inuoluit.

Oleum e terra erupit.

E taberna autẽ meritoria in trãſtiberina regione ex terra oleum erupit vt ait Euſebius: fluxitque toto die ſine ĩteruallo Chriſtus gratiã gẽtibus oſtendens. Narrat Oroſius Auguſtũ cꝫſarẽ eadem



die mãdaſſe ne qs ſe dñm deinceps vocaret. Diuinãtẽ credo verũ principẽ orbis terrarũ ac mundi totius natũ eſſe. Idẽ q̊q; mãdauit, vt ĩ orbe Romano oĩm hoĩm capita cẽſu notarent̃, ac ſi maiori principatione gubernati ĩperij aliqñ redditurus eſſet: huic autẽ cẽſui Cyrinũ virum cõſularẽ ex ſenatus cõſulto p̃fecit. Pax p̃terea: & quies tãta fuit cũ domi tũ foris quãta nunquã antea. Hunc em̃ iuſtitiꝫ, & pacis regẽ ꝓphetꝫ appellarũt.

Chriſti circũciſio.

Defert̃ autem octaua die ad tẽplũ circũciſionis cauſa: neq; em̃ venerat abrogare legẽ, ſed adĩplere. Erat autẽ circũciſio teſtamẽti ſignũ inter deũ & hoĩes: vt ait Auguſtin⁹. Die ṽo xiij. adorat̃ a magis & muneribus donat̃, q ex oriẽte Hieroſolymã eius rei cauſa venerãt.

Magorũ adoratio.

Magos em̃ qdã oriẽtales populi reges ſuos & ſapiẽtes appellãt. Ne ṽo legẽ Moyſeos p̃termittere videret̃ mater purificationem ſumptura licet intacta & incorrupta luſtratione minime indigeret, puerũ ad tẽplũ defert.

Purificatio Mariꝫ.

Hunc autẽ Symeon vir iuſtus & ſingularis religionis ĩ vlnis retinẽs diuino numine afflat⁹, regẽ ſuũ & ſaluatorẽ ꝓfitet̃: vnde Ieſus Chriſtus appellatus eſt. Nã Ieſus nomẽ ſaluatoris eſt: Chriſtus ṽo regis: q myſtico illo chriſmate vnctus q reges oẽs: Meſſias Hebraice dicit̃. Vt em̃ Romani ĩperatores purpura ſic Hebrꝫorũ reges vnguẽto, cꝫteris inſigniores habebant̃. Idẽ facit Anna ſpiritu ꝓphetico incitata. Quid de Chriſto ſenſerint Sibyllꝫ, nõ eſt cur ſcribamus cũ oẽs fere eius ſaluberrimũ aduẽtũ p̃dixerint. Celebrata hac luſtratione recognitoq; iure primogenitorũ ſecũdũ legẽ diuinã in Nazareth patriã rediere ciuitatẽ Galilꝫꝫ, vbi ꝑ quietẽ Ioſeph exiſtimatus Chriſti pater ab angelo admonet̃, vt fugiẽs ĩ ægy

Ioſeph in ſomnis admonetur. Matth.ij.

ptũ puerũ ſecũ & matrẽ deferat:futurũ em̃ paulo poſt,niſi id fecerit vt Herodes puerum occideret. Verũ id agere tũc qđ deſtinauerat hõ crudeliſſimus nõ potuit:a filijs em̃ ob ſæuitiã accuſatus Romã ad cauſam diſcedã ꝓficiſcit,q ſimulata concordia i ꝓuĩciã rediẽs ariſtobolũ & Alexandrũ filios adoleſcẽtes qdẽ egregios & doctos qppe q apud Cæſarẽ Auguſtũ fuerãt educati i Cæſarea laqueo peremit. Ad necẽ deinde pueroꝝ cõuerſus homo regnãdi cupidus,cũ natũ eſſe alterũ regẽ Iudæorũ a ꝓphetis intellexerat:oẽs q tũ in Bethleẽ erãt,& finibus ſuis a bimatu & infra occidi iubet ſecundum tẽpus qđ a Magis exqſierat: nec filio ꝓprio eius ætatis parcit. Vñ ferũt Auguſtum Cæſarem crudelitatẽ hoĩs deteſtatũ hoc dixiſſe. Maluiſſem Herodis porcus eſſe q̃ filius. Iudæi em̃ ex lege nõ modo deguſtare,ſed tãgere etiã ſuillã carnẽ ꝓhibent:quare fit vt neq; eos alant,neq; comedãt:hãc ob rẽ in porcos clemẽtes dicunt. Ioſeph aũt ſeptẽnio i Aegypto cõmoratus,vbi Herodẽ tyrãnum tabo & ſacro igne mortuũ intellexit Hieroſolymã cũ puero ꝓficiſcit:nec diu ibi ĩmorat⁹ qđ Archelaũ Herodis filiũ regnare intellexerat,i partes galileę alterius ĩperio obtẽperantes ſeceſſit:& Nazareth ciuitatẽ incoluit:vnde puer Nazareni nomẽ ſumpſit. Dũ autẽ i Aegypto eſſet cecidere (vt Hieronymus ait) deorũ oĩm ſimulachra ceſſarũt oracula,& mors quorũdã dęmonum ſubſecuta eſt ex vaticino ꝓphetę. Ecce inqt leuẽ nubẽ cõſcẽdet:& mouebunt ſimulachra Aegypti ab eius cõſpectu:& cor Aegypti i eius medio tabeſcet. Annũ vero xij.agẽs Hieroſolymã cum parẽtibus de more ad diẽ feſtũ celebrandũ ꝓficiſcit. Hi ṽo poſtea pacto

Herodis crudelitas i filios ꝓprios & innocẽtes. Matth.ij.

Iudęi in porcos clemẽtes.

Chriſtus ãnoꝝ.xij.



ſacro abeuntes cum puerũ ſubſeq nõ videret,ſolicitudine pleni ad tẽplũ redeũt:eũq; doctores ſciſcitãtẽ offendũt:qđ maxĩe adoleſcẽtẽ deceret. Supra ætatẽ em̃ ſapiebat,qa (vt Euãgeliſta ait) dei grã & virtus i illo erat. Parẽtes deinde bene monẽtes ſecutus i patriã reuertit. Quid ṽo egerit i hac ætate vſq; ad.xxx.annũ q̃ a Ioãne Zacharię filio aq̃ baptizatus eſt dicere ꝑtermittã:cũ nõ ſolũ euangelia & epiſtolę rebus a ſe optime ac ſanctiſſime geſtis plenæ ſint. Verũ etiã eoꝝ libri q ab ei⁹ vita moribus & inſtitutis abhorruere. Flauius ille Ioſephus q lĩgua græca antiqtatẽ iudaicã.xx.libris conſcripſit,cũ ad Tyberij prĩcipis ĩperiũ veniſſet. Fuit (inquit) eiſdẽ tẽporibus Ieſus vir qdẽ ſapiẽs,ſi tñ virum eũ noĩare fas eſt. Erat em̃ mirabiliũ operũ effector,ac hoĩm doctor eoꝝ maxime q q̃ ṽa ſunt libẽter audiũt:hãc ob rẽ multos tũ ex Iudæis,tũ ex gẽtibus ſibi adiunxit Chriſtus hic erat. Hunc autẽ cũ Pilatus a prĩcipibus noſtrę gentis inſtigatus in crucẽ agẽdum cẽſuiſſet,nõ tñ ij deſeruere q eũ ab initio dilexerãt. Eiſdẽ ꝑterea die tertio poſt mortẽ viuus apparuit queadmodum diuinitus inſpirati ꝓphetæ,& hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura eſſe ꝓdixere. Perſeuerat & vſq; in hodiernum diem celebre chriſtianoꝝ nomẽ ab ipſo ſumptum:ꝑſeuerat & genus. Idẽ q̃q; Ioſephus Ioãnem baptiſtã verum ꝓphetã:& ob eã rem ab oĩbus i precio habitũ iuſſu Herodis magni Herodis filij paulo ante mortem Chriſti cæſum fuiſſe affirmat in caſtello Macherunta,non qđ ſibi & regno timeret (vt idem ait) ſed qđ Herodiadẽ Agrippæ ſororẽ,ac Philippi fratris viri optimi vxorem inceſtis nuptijs ſibi coniunxerat. Hic eſt ille Ioannes

Lucę.ij.

Deſcriptio xp̃i ꝑ Ioſephum

Ioãnes baptiſta verus ꝓpheta.

quo nemo maior inter natos mulierũ fuit ſaluato-
ris nr̃i ſententia interficit:& Chriſtus verus dei fi
lius veritatis iuſtitię pietatis religionis aſſertor an-
no.xviij. Tyberij Cæſaris:ætatis vero ſuæ anno
xxxiij.& eo magis qđ ei vita ꝓpagata eſt ab.vii.
Kał.Ianuarii vſq; ad.viii.Kał.Aprilis:quo die cõ
ceptus ĩ virginis vtero eſt de ſpiritu ſancto. Accu
ſatus a Iudęis qđ ſabbatis nõ vacaret,ſaluti hoĩm
quouis tẽpore cõſulẽs,& qđ baptiſmũ circũciſio-
ni anteferret,& ꝙ abſtinẽtiã ſuillę carnis auferret:
q̃bus in rebus Iudaicę religionis ſacramẽta cõſiſte
rẽt:cędis autẽ tã nepharię etiã cœli ipſi ſigna dede
re.Nam & ſolis tanta defectio facta eſt hora ſexta

Bithinia corruit die mortis chriſti.

diei,vt & dies ĩ obſcurã noctẽ verſus ſit:& Bythi-
nia etiã licet mł̃tũ ab Hieroſolymis diſtet terręmo
tu cõcuſſa,& multa Nicenę vrbis ædificia corrue
re:& velũ tẽpli qđ ſeparabat duo tabernacula ſciſ
ſum:audita & vox ex adito tẽpli Hieroſolymita-
ni trãſmigremus ciues ex his ſedibus. Admonitus
Tyberi⁹ a Pilato de Chriſti morte ac dogmate ad
ſenatũ retulit:cẽſuitq; Chriſtũ in deos referẽdum,
ac tẽplo honorãdũ.Fieri id nõ modo ſenatus ve-
tuit,qđ nõ ad ſe prius ſed ad Tyberium ſcripſiſſet
Pilatus:verũetiã pellendos vrbe tota chriſtianos
cẽſuit:ꝓpoſita ſunt accuſatorib⁹ pręmia,quos Ty
berius a tãto ſcelere minis & morte ꝓhibuit. Au-
ctores autẽ tã nepharii parricidii pœnas dedere.
Nã & Iudas laqueo vitã finiuit: & Pilatus maxi-

Pilati mors.

mis calamitatibus vexatus ſibi manũ iniecit:licet
ſint q̃ ſcribãt eũ ſceleris pœnituiſſe:ac veniã a deo
meritũ.Iudęi autẽ amiſſa libertate iuſti ſanguinis
meritas pœnas adhuc luũt.Hæc ſunt fere q̃ de vi-
ta Chriſti regis ac põtificis nr̃i q̃ breuiſſime ſcribẽ



da cẽſui:quo & mihi facilior aditus ad opus men-
te cõceptum daret:& legentibus gratior fieret le-
ctio,quę tãquã irriguus fons ab imperatore Chri
ſtianorum in pontifices Romanos per ordinẽ vſq;
ad tempora Sixti.iiii.deriuaretur.

## Petrus.

Actuũ.ii.

Poſt xp̃i mortẽ & reſurrectionẽ cõpletis iã
diebus Pẽtecoſtes ſpiritũ ſanctũ accepere
diſcipuli:quo ĩbuti variis lĩguis res geſtas
ſummi dei locuti ſunt: etſi plærıq; eorũ ſine vlla
eruditiõe ſint habiti,maxime vero Petrus & Ioan
nes.Eorũ autẽ vita ad vtilitatẽ cõmunẽ reſpicie-
bat,nil ꝓprii habebãt:quicq̃d ante pedes eorũ ob
religionẽ ponebãt id totũ vel partiebãt iter ſe ad
cõmoda naturæ:vel paupibus erogabant.Ii vero
ꝓuĩcias partiti ſunt.Thomas Parthos ſortitus eſt:
Mattheus Aethiopiã, Bartholomæus Indiã cite-
riorẽ, Andrea Scythiã,Ioannes Aſiã.Vñ & apud
Epheſum comoratus poſt lõgos labores & diuti-
nas ſolicitudines e medio ſublatus eſt. Petro autẽ
principi Ap̃ł̃orũ põtus Galatia Bithinia capado-
cia obrigit.Ap̃ł̃s em̃ natiõe Galilęus ex bethſaide

Prima petri ſedes.

ciuitate Ioãnis filius Andreę ap̃ł̃i frater,prim⁹ ſe-
dit annis.vij.ĩ epiſcopali ſede apud Antiochiã Ty
berij tẽpore:qui Auguſti priuignus & hęres annis
xxiij.varie ĩpauit.Neq; em̃ inter malos oĩno,neq;

Tyberij geſta.

inter bonos prĩcipes numerari põt:ĩ hoĩe fuit mul
ta literatura & grauis eloquẽtia bella per ſe nunq̃
ſed ꝑ legatos geſſit:tumultus exortos prudenter
ſuppreſſit. Multos reges a ſe blanditijs euocatos
nunq̃ remiſit:maxime vero Archelaũ cappadocẽ
cui⁹ regnũ ĩ ꝓuĩciã vertit.Multos ſenatores ꝓſcri
pſit,quoſdã etiã ĩterfecit:magnis q̃q; ſupplicijs ab

eodem necat̃ C. Aſini⁹ gallus orator Aſinij pollio
nis filius. Morit̃ & vocienus mõtanus Narboñeſis
orator ĩ balearibus: eo eñ relegat⁹ a Tyberio fue
rat. Fratrẽq́ꝫ Druſum veneno eius iuſſu necatũ
tradũt hiſtorici. Hac tñ moderatiõe vſus eſt: vt pu
blicanis qbuſdã & pſidibus ꝓuiciarũ augẽda eſſe
vectigalia dicentibus reſpõderit. Boni paſtoris eſ
ſe tõdere pec⁹ nõ deglubere. Mortuo Tyberio C.

Claudius calligula ĩperiũ occupat.

Claudius cognomẽto calligula a caſtrẽſi ioco du
cto ĩperiũ occupat. Filius eñ Druſi Auguſti Cęſa
ris priuigni, & ipſi⁹ Tyberij nepos habebat̃ hõ oĩm
ſceleſtiſſimus. Nil eñ vel domi, vel foris ſtrẽnue
geſſit. Auaritia oĩa expilauit. Tãtę libidinis fuit vt
etiã ſororibus ſtuprũ ĩtulerit. Tãtę crudelitatis vt
ſępius exclamaſſe dicat̃, vtinã ppl's Romanus vnã
ceruicẽ haberet: exules q́ꝫ oẽs ĩterfici iuſſit. Nã cũ
vnũ ab exilio reuocaſſet, quęreretq́ꝫ qd potiſſimũ
exules optarẽt, cũ ille ĩprudẽter rñdiſſet, mortem
pricipis omẽs paſſim ſuſtulit. De cõditiõe tẽporũ
ſuorũ ſaepe & iam queſtus eſt: qꝺ nullis calamitati
bus publicis inſignerent̃, velut Tyberij tẽpora, q
bus obtrita ferunt ad. xx. milia hoĩm caſu theatri
apud tarracinã. Ita autẽ Virgilij & Liuij gloriæ ĩ
uidit, vt paulũ abfuerit quin eoꝝ ſcripta & imagi
nes ex oĩbus bibliothecis amoueret: quorũ alterũ
vt nullius ĩgenij minimeq́ꝫ doctrinę: alterũ vt ver
boſum ĩ hiſtoria negligentẽ carpebat. Dicebat Se
necã harenã eſſe ſine calce. Præterea Agrippam

Agrippa rex efficit̃

Herodis regis filiũ a Tyberio ĩ carcerẽ cõiectũ, q
Herodem accuſauit liberat: & regem Iudęę facit:
ipſum autẽ Herodẽ ꝑpetuo exilio Lugdunũ rele
gat: ſeipſum ꝟo ĩ deos trãſfert: imagines ĩ templo
Hieroſolymitano collocat. Poſtremo aũt a ſuis tã



dem necat̃, ĩperij anno. iij. mẽſe. x. Duo libelli ĩ ſcri
ptis ei⁹ reperti ſunt: q̊rũ alteri pugio, alteri gladius
ꝓ ſigno erat ĩpreſſus. Ambo lectiſſimorũ virorũ
vtriuſq́ꝫ ordinis ſenatorij & equeſtris noĩa & no
tas cõtinebãt morti deſtinatorũ. Inuẽta eſt & ĩgẽs
arca varioꝝ venenoꝝ qbus mox Claudio Cæſa
re iubẽte demerſis infecta maria tradunt̃: nõ ſine
magno piſciũ ĩteritu q̊s euectos ĩ ꝓxia littora paſ
ſim ęſtus eiecit. Libuit hęc hoĩm mõſtra pſcribere
q̊ facilius appareret deum vix potuiſſe tũ retineri
ab excidio orbis terrarũ mũdiq́ꝫ totius, niſi & filiũ
miſiſſet & apl'os: quorũ ſanguĩe humanũ gen⁹ Ly
caonẽ ĩmitatũ ab ĩteritu redimeret̃. Horũ itaq́ꝫ tẽ
poribus fuit Petrus ille quẽ his ꝟbis Chriſtus allo
cutus eſt. Beatus es Simon Bariona: qa caro & ſan
guis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus q ĩ cœlis eſt:
& tu es petrus: & ſuper hãc petrã ædificabo eccle
ſiã meã: ac tibi dabo claues regni cœleſtis: poteſta
temq́ꝫ ligãdi & ſoluendi. Is ꝟo oĩm diligẽtiſſimus
vbi Aſiaticas eccleſias ſatis cõfirmaſſet cõfutatis
eoꝝ opinionibus q circũciſionẽ approbabãt, ſecũ
do Claudij anno ĩ Italiã venit. Claudius eñ C. cal
ligulæ patruus, quem nepos ĩ ludibrium reſerua
uerat ĩperium accipiens quintus ab Auguſto Bri
tãniã, quã neq́ꝫ ante Iulium Cæſarem, neq́ꝫ poſt eũ
quiſq́ꝫ attingere auſus eſt in deditionem accepit.
Orcadas inſulas Romano adiecit ĩperio: Iudæos
tumultuãtes Roma expulit: cõpreſſit & ſeditiones
in Iudęa a qbuſdã pſeudoprophetis cõcitata. Ob
trita etiã ſunt. xxx. milia Iudęorũ ĩ portis Hieroſo
lymitani templi Azimoꝝ diebus cumano eius iuſ
ſu ꝓcurante Iudęam. Laboratum eodẽ quoq́ꝫ tẽpo
re annonę charitate vbiq́ꝫ eſt, Agabo ꝓpheta tã

Mors calligulæ.

Mare venenis inficitur.

Matt. xvi.

Aduẽtus Petri ĩ Italiam.

tã calamitatẽ pdicente. Ab externo hoſte ſecurus
pfecit aquęductũ cuius ruinas apud lateranũ cer-
nim⁹ a Caio inchoatũ. Emittere qꝫ fuſcinũ lacũ
eſt aggreſſus nõ minus cõpẽdíj ſpe q̃ glorię, cũ q-
dã priuato ſũptu emiſſurũ ſe polliceret, ſi ſibi ſic-
cati agri cõcederent. Per tria aũt paſſuũ milia par
tim effoſſo mõte, partim exciſo, cuniculũ ęgre ab-
ſoluit poſt. xi. annos. xxx. milib⁹ hoĩm ibi ſine ĩter-
miſſione elaborantibus. Portũ qꝫ Hoſtiẽſem quẽ
adhuc cum admiratiõe intuemur extruxit: ducto
dextra leuaqꝫ brachio ad coercẽdos maris fluctus.
Meſſalina vxore cõuicta pbri & interfecta Agrip
pinã germanici fratris ſui filiã cõtra ius faſqꝫ ducit
vxorẽ: a q̃ poſtea ĩperíj. xiiíj. anno boletis veneno
illitis necat. Petrus itaqꝫ Romã caput orbis terrarꝫ
tũc venit: & qꝛ hãc ſedẽ põtificali dignitati cõue-
niẽtẽ cernebat, & huc pfectũ intellexerat Simonẽ
Magũ Samaritanũ quẽdã q pſtigíjs ſuis eo erroris
iam deduxerat populũ Romanũ vt deus credere-
tur. Romæ eĩ iam titulũ adeptus erat inter duos
pontes poſitũ, ac latinis literis ſic ſcriptum: Simoni
deo ſancto. Hic dum in ſamaria eſſet, tã diu ſe cre-
dere in Chriſtũ ſimulauit, quoad baptiſmũ a Phi-
lippo vno ex. víj. diaconis acciperet: quo quidem
poſtea in malã partẽ vtẽs, multarũ hereſum funda
mẽta iecit: cũ Selene impudica muliere quã ſcele-
ris ſociã habuit, prouocare Petrũ miraculis morte
pueri homo nefarius auſus eſt: quem eius carmina
primo mouere viſa ſunt. Verũ cũ poſtea nihilomi
nus puer iaceret in nomine Ieſu petro iubẽte ſurre
xit. Hãc ob rẽ indignatus Simon vidente populo
ſe volaturum ex Capitolino monte in auentinũ
pollicet, ſi Petrus ſubſeq̃ vellet ea ratione digno-

*Port⁹ Hoſtienſis cõſtruitur.*

*Simon Magus.*

*Selena mulier impudica.*



ſci poſſe vter ipſorũ ſanctior haberetur & deo charior.
Cum iam volaret rogatum petri ad cœlum magnum
tendentis ac rogantis deum, ne deludi magicis artibus
tantum populum fineret. Simon decidit: ac crus infre-
git: cuius dolore non ita multo poſt Aritiæ mortuus
eſt. Nam eo poſt tantam ignominiam delatus a ſuis fue
rat. Hinc ſimoniaci heretici originem habent: qui donũ
ſpiritus ſancti emere ac vendere conſueuiſſent, quique
affirmabant creaturam non a deo eſſe ſed ex ſuperna
quadam virtute prouenire. Cõuerſus deinde ad pro-
pagandum verbum dei Petrus ſermone & exemplo
rogatur a romanis vt ioanni cognomẽto Marco eius
in baptiſmate filio conſcribendi euangelíj negocium
tradat. Probata namqꝫ erat eius vita, probati mores. Is
enim vt Hieronymus ait in hiſrael ſacerdotium agens
ſecundum carnẽ leuita. i. additus vel appoſitus ad chri
ſti fidem conuerſus in italia euangelium ſcripſit oſten-
dens quid generi ſuo deberet & chriſto. Extant eius euã
lia teſtimonio Petri comprobata. Deinde vero in ęgy-
ptum miſſus (vt ait philo iudęus) ſcriptor egregius vbi
docendo & ſcribendo alexandrinam eccleſiam optime
cõſtituiſſet doctrina ac moribus inſignis. víij. Neronis
anno alexandriæ moritur & ſepelitur. In locumqꝫ de-
mortui anianus ſufficitur. Anno vero ante moritur
& iacobus cognomento iuſtus domini frater. Nam ex
ioſeph & alia vxore natus erat vel vt alíj volũt ex ſo-
rore Marię chriſti matris. Hic. n. vt Hegeſippus ait apo
ſtolorum temporibus vicinus in vtero matris ſanctus
fuit vinum & ſiceram non bibit: nil carnis deguſtauit,
vnquã intonſus nec balneo nec vnguento, vſus eſt ve-
ſtibus lineis tantũmodo indutus ſancta ſanctorum in-
greſſus: ita aſſidue flexis genibus pro ſalute populi ora-
bat: vt eius genua camelorum more occaluerint. Ve-

*Mors ſymonis magi.*

*Marci euangeliſtę deſcriptio.*

*Iacobus Iuſtus.*

rum abeũte ex iudæa feſto ipſius prouincię gubernatore: priusq̃ ei Albinus ſuccederet põtifex Auanus Auani filius compellens publice Iacobum Chriſtum dei filium negare recuſantem lapidibus obrui iuſſit, qui cũ præceps de pinna templi deiectus eſſet, ſemiuiuus adhuc, & manus ad cœlum tendens, pro ſecutoribus oraret, fuſtę quo fullones vtuntur, tandem necatur. Refert autem Ioſephus hunc tãtę ſanctitatis fuiſſe, vt propter eius necem publice creditum ſit hieroſolymam eſſe ſubuerſam. Hic eſt ille Iacobus cui dominus poſt reſurrectionem apparuit, cuique panem benedicens, ac frangens dixit. Mi frater comede panem tuum, quia filius hoĩs e morte reſurrexit. Annis vero .xxx. hieroſolymitanæ eccleſiæ præfuit .i. vſq; ad .vij. Neronis annum, Cuius ſepulchrũ iuxta templũ, vnde deiectus fuerat cũ titulo Adriani tẽporibꝰ adhuc extabat.

Mors Iacobi iuſti.

Mortuũ quoq; Barnabã cyprium qui Ioſeph leuites cognominatus eſt ante Petri martyriũ cõſtat. Hic. n. cum Paulo gentiũ apoſtolus electus vnã tãtum epiſtolã ad eccleſiã pertinentem cõſcripſit, licet ea quoq; inter apocriphas ſcripturas habeatur. Diſſentiẽs item a Paulo ob Marcũ diſcipulũ in Cyprũ proficiſcit Marco comite, vbi Chriſti fidem prędicãs martyrio coronatur.

Bernabę mors.

Paulus autem qui antea Saulus dicebatur, ex tribu Beniamin, & oppido iudeę Giſcalis originẽ ducebat: quo a romanis bello capto, cum parẽtibus ſuis Tharſum Cicilię commigrauit: inde hieroſolymam ob ſtudia legis miſſus a Gamaliele viro doctiſſimo eruditur. Acceptis deinde epiſtolis a pontifice templi eos perſequens qui chriſtũ verum deum eſſe profiterẽtur Stephani protomartyris neci interfuit. At vero cũ damaſcũ pergeret ſpiritu diuino ad fidem compulſus, vas electionis vocari meruit, nomenq; a Paulo procõſule cypri accepit, quem prędicatiõe ad

Pauli deſcriptio.



fidem redegerat. Vna deinde cum Barnaba multis vrbibus peragratis, hieroſolymam rediens a Petro Ioanne Iocoboq; gentiũ apoſtolꝰ eligitur. Hic aũt poſt chriſti mortẽ anno .xxv.i. Neroniani impꝫ.ij. eodẽ tẽpore quo Feſtꝰ procurator Iudeę felici ſucceſſit Romã vinctꝰ Plutarcho concaptiuo comitante, vt ciuis romanus mittitur, vbi biennio in ſatis libera cuſtodia manens cum Iudæis quottidie diſputabat. Dimiſſus tandem a Nerone, & prædicauit multa & ſcripſit, extant & eius .x.ac.iiij. epiſtolę, ad romanos vna ad Corinthios duę, ad Galathas vna, ad Epheſios vna, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes vna, ad Theſſalonicenſes duę, ad Timotheum duæ, vna ad Titũ, ad Philemonẽ altera. Quę ad hæbręos eius nomine fertur incerta habebatur ꝓpter ſtili ſermoniſq; differentiã. erant etiam olim, qui hanc & Lucæ, & Barnabæ, & Clementi aſcriberent.

Epiſtolæ Pauli.

Scripſit & Petrus duas epiſtolas quę cononicæ nominatur. Secunda a pleriſq; eius eſſe negatur, q; a ſtilo primæ diſſideat, verũ quia pluribus intẽtus eſſe non poterat, cum orationi & prędicationi vacaret, duos epiſcopos ordinauit Linum .ſ. & Cletũ, qui ſacerdotale miniſteriũ romano populo & aduenis bene ſentientibus exhiberet. His rebus intẽtus vir ſanctiſſimus tantũ noĩs ſibi apud omnes comparauerat, vt iam fere pro deo coleretur. Hãc ob rem indignatus Nero mortẽ hominis quęreret. vnde Petrus monentibus amicis, ad declinandam inuidiam & iram principis via appia ab vrbe diſcedens ad primum lapidem chriſto (vt verbis Hegeſippi vtar) fit obuiã, quem quidem adorãs rogat domine quo venis. Tum chriſtus romã iterum crucifigi: Extat ſacellũ eo loci vbi hęc verba ſunt habita. Tũ Petrus de martyrio ſuꝑ ſe ipſius demũ exiſtimãs, quid in ſe chriſtꝰ paſſurus videretur ad vrbem redijt, ac ſtatĩ Clemẽtẽ epiſcopũ

Clemens Epiſcopus ordinatur.

conſecrat: eiq; cathedram & eccleſiam dei commendat his verbis. Eandē ego tibi poteſtatē ligandi & abſoluēdi trado: quam mihi Chriſtus relquit. Spretis ac cōtemptis rebus omnibus, tum corporis tum fortunæ: oratione & prædicatione ſaluti hominum vt bonum paſtorem decet conſule. Cum hic autem ita diſpoſuiſſet: non multo poſt vna cum paulo iuſſu Neronis necatur. vltimo eius anno diuerſis tñ cruciatibus. Petrus enim cruci affigitur capite in terrā verſo eleuatiſq; in ſublime pedib⁹: ita.n. voluit: quod dixerūt ſe indignū eſſe qui mortē ſaluatoris imitaretur. ſepultus eſt autem in vaticano via aurelia ſecus ortos Neronis non longe a via triumphali quæ ad Appollinis templū ducit. ſedit autem an. xxv. Paulus vero eodem die capite mulctatus funerat via oſtiēſi anno poſt mortē Chriſti. xxxvij. hic idē approbat. C. hiſtoricus in proculum quēdā cataphrygū diſputans, ego inquit, trophęa apoſtolorum habeo quæ oſtendā: ſiue.n. via regali pergas quę ad vaticanū ducit ſiue oſtienſi trophęa eorū inuenies: qui hāc ſtabiliuere eccleſiam. Duo certe fuere petrus & Paulus, præterea vero in eiſdē Neronianis ortis multi cineres ſanctorū martyrū cōditi ſunt. Nā cum incēdiū tēpore Neronis a Diuo Scauri ad exqlias vſq; vi. diebus vagatum, multas fortunas ciuiū cōſumpſiſſet ac omnis culpa principi aſcriberet. ipſo (vt ait Cornelius Tacitus) abolēdo rumori intētus falſos teſtes ſubornauit: qui id factū a Chriſtianis cauſaretur: vnde tot capti & interfecti ſunt, vt ex eorū cadaueribus per aliquot noctes lumina cōtinuata dicant. Sunt tamē qui dicant illud incendiū ab eo excitatū fuiſſe vel vt rotæ ardentis ſimilitudinem cerneret, vel offenſus deformitate veterum ædificiorum & anguſtijs flexibusque vicorū homo libidinoſus intemperans ſæuus & auū-

Mors Petri.

Incendiū vrbis.



culo calliculæ omnibus rebus nequior ac ſceleratior. Nam & magnam partem ſenatus interfecit: & turpiter in ſcęna videntibus omnibus cecinit ac ſaltauit. Tātæ præterea luxuriæ fuit: vt frigidis lauaretur vngentis: retibusque aureis piſcaretur, quæ attrahere funibus purpureis conſueuerat. Hæc omnia vitia principio imperij ſui ita occultauit: vt bonā ſpē omnibus prę ſe ferret. Nā cū admoneret vt ī ſupplicio cuiuſdā capite dānari ex more ſubſcriberet: q̄ vellē inqt neſcire literas. Splēdide tñ cum in vrbe tū foris ędificauit. Nā & thermas ſuo nomine ratione & domū aureā & porticū triū miliū paſſuū mira celeritate perfecit, & portū ancij quē ego nuper mira cū voluptate inſpexi ſumptuoſiſſimis operis extruxit. Ad ſęuitiam eius redeo qua in Senecam pręceptorem in. M. Anneum Lucanum poetam egregium in matrem agrippinam, in vxorem octauiā in Cornetō philoſophum præceptorē Perſei quem in exiliū egit in Piſonem, in omnes denique qui aliquo in pręcio apud ciues ſuos erāt, vſus eſt. Tandem vero populi Romani iram & odiū ita in ſe cōcitauit, vt ad poenas queſitus q̄ diligentiſſime ſit. Quę tales profecto erant, vt vinctus in publicū ſub furca duceretur & virgis vſq; ad necem cęſus, in tyberim proijceret. Verū is fugiens ad. iiij. miliariū in ſuburbano liberti ſui inter ſalariā & nomētanā viā ſemetipſum interfecit, ætatis ſuę. anno. xxxij. imperij vero, quartodecimo.

Neronis dirā crudelitas.

Mors Neronis.

## Linus. I.

Linus natione tuſcus patre Herculaneo: ab vltimo Neronis anno vſque ad Veſpaſiani tēpora peruenit: a cōſulatu Saturnini & Scipiōis vſq; ad Capitonē & Rufum conſules hoc autē interuallo imperarūt, ſed breui tempore, Galba, Otto, Vitellus. Galba.n. vir antiquiſſimę nobilitatis in hi-



UNIV

Mors Galbæ.

beria.Imperator a militibus creatus vbi Neronis mor
tē cōperit Romā confeſtim venit. Verū cū omnes aua
ritia ac ſegnitia affenderet inſidijs ottonis ratione ad la
cū Curtij iugulatur. vij. imperij ſui menſe cum Piſone
nobiliſſimo adoleſcente, quem in filiū per adoptionē
ſuſceperat. Vir certe fuit vita priuata inſignis militari
bus ac domeſticis in rebus. Sępe tamē conſul ſæpe pro
conſul: frequenter dux fuit grauiſſimis bellis. Hunc
vt laudē facit. Mar. Fabij Quintiliani doctrina quē ſe-

Ottonis vita & geſta.

cum Galba ex Hiſpania Romā duxit. Otto vero ma-
terno genere ꝗ paterno nobilior; vita priuata mollis
quippe qui Neronis familiaris fuerat inter tumultus
vt dixi cædeſque inuaſit, imperiū. Cū autē ciuile bellū
contra Vitellium in Germania imperatorem creatū
molitus tribus leuibus prælijs ſuperior fuiſſet: vno ad
alpes: alio apud placentiam, tertio ad Caſtorem. iiij.
apud Bebriacum ſuperatur: vnde rerum deſperatione
ſibimet manū iniecit imperij ſui menſe tertio. At Vi-
tellius familia magis honorata ꝗ nobili, Romā veniēs
ac imperio potitus in omnem nequitiam ſęuitiam &

Vitellij acta.

ingluuiem prolapſus eſt. Nam tantę voracitatis fuit:
vt & ſæpius in die cōmederet: & vna cœna ſuo iuſſu
duo millia piſcium, & ſeptē millia auium appoſita ſint.

Crapula Vitellij.

Verum vbi cōperit Veſpaſianum apud Iudęam pa-
leſtinæ ab exercitu imperatorē creatum cum legioni-
bus aduentare: primum deponere imperium conſti-
tuit: poſtea vero a quibuſdā animatus ſumptis armis
Sabinū Veſpaſiani fratrē cū Flauianis in capitolium
compulit: quo quidem ſuccenſo omnes concremati
ſunt. Quare ſuperueniente Veſpaſiano, cum nullum
venię locum ſibi reliquiſſet, e cella palatij, in qua deli-
tuerat turpiſſime tractus per viā ſacram nudus ad ſca
las genonias ducitur: vbi excarnificatus in tyberim



proijcitur. Hoc itaq; tēpore Linus fuit Petri ſucceſſor,
ſunt qui hunc locum Clementi aſcribant & Linum ac
Cletū prætermittant: quos nō ſolū hiſtoria, verū etiā
Hieronymi auctoritas reprehēdit quartus inquit poſt
Petrū Romę epiſcop⁹ Clemēs fuit: ſiquidē Linus ſecū
dus Cletus tertius ſunt habiti: tāetſi latinorū plęrique
poſt Petrū ſtatim Clementē numerēt: quē certe cōſtat
(tantæ modeſtiæ fuit) coegiſſe Linum ac Cletum an
te ſe munus pontificatus obire: ne poſteris hic princi-
patus ambitio pernicioſi exempli haberetur; licet ei-
dē Petrus quaſi ex teſtom. ſucceſſionis locū tradiderit.
Linus vero ex mandato Petri conſtituit: ne qua mulier
niſi velato capite templū ingrederetur. Præterea ve-
ro ex ſacris ordinibus his in vrbe habitis presbyteros
x. & viij. epiſcopos xi. creat. Scripſit & res geſtas Petri
maxime vero eius contentionē cū Simone mago. Hu

de philone iudęo.

ius autē tēporibus fuit Philo iudęus natione Alexan-
drin⁹: ꝗ multa ita elegāter & grauiter ſcripſit: vt dictū
merito ſit, aut Plato Philonē ſequitur, aut Platonē phi
lo. Is autē ſua doctrina & elegantia Appionis temerita
tē contra iudæos ab alexandrinis miſſam compeſcuit
Romæ vero imperante Claudio conſuetudinem cū
Petro habuit. Inde multa de laudibus chriſtianorum

Ioſeph[illegible] hyſtori[illegible] graph[illegible] ptio.

conſcripſit. Ioſephus quoque Matthiæ filius ex Hiero-
ſolymis ſacerdos a Veſpaſiano captus ac cū Tito filio
tantiſper relictus donec hieroſolymæ caperentur Ro-
mā veniens iudaicæ captiuitatis libros ſeptē, patri ac
filio obtulit, Lini pontificatu, qui etiā in bibliothecā
publicā repoſiti ſunt, & auctor ipſe ob ingenij gloriā
ſtatuta ac merito certe donatus eſt. Scripſit & alios vi-
gītiquatuor antiqtatū libros a principio mūdi vſq; ad
xiiij. Domitiani cęſaris annū. Linus aūt cū ſanctitate &

Lini miracula.

moribus i pcio haberet, demōes fugaret & mortuos i

vitā reduceret a Saturnino cōſule cuius filiam a demonibus liberauerat capitali ſupplicio afficitur. Sepeliturq; in vaticano iuxta Petri corpus die. xi. kal. octob. cū ſediſſet in pontificatu an. xi. mēſes. iij. dies. xij. Sunt qui ſcribant Grego. epiſcopum Oſtienſem corpus ſanctiſſ. ponti. Oſtiam ex voto tranſtuliſſe & in templo diui Laurentij magnifice collocaſſe.

## ¶ Cletus. .I.

¶ Cletus peregrinationes ad limina ſanctorum approbaſſe narratur dicens, q̄ validior eſt ad ſalutē viſitatio ſancti petri quā duorū annorū Ieiuniū, Et cēſura excōmunicationis alligauit qui huiuſmodi peregrinationes aut impedirent aut diſſuaderent. Et illius tempore inſurrexit fęda nicolaitarū herēſes qui indifferēter vxoribus vtebātur dicētes omnia chriſtianorū bona fore cōia. Et alia hebioniſtarum qui aſſertione affirmabāt Chriſtum purum hominē fuiſſe & Paulum legis apoſtatā.

Cletus patria romanus de regiōe vico patricij: patre æmiliano adhortāte clemēte pōtificatus onus inuitus ſuſcepit. Licet doctrina moribus & dignitate plurimum apud ſuos valeret, fuit aūt temporibus veſpaſiani & titi a conſulatu veſpaſia. vij. & domitiani. v. vſq; ad domitianū & ruffum cōſules, vt Damaſus ſcribit. Veſpa. n. vt antea dixi vitellio ſucceſſit, bellūq; iudaicū biennio ante ꝑtractū tito filio cōmendauit, quod quidē biēnio poſt cōſtantiſſime abſoluit. Nā capta iudęa euerſis hieroſolymis tēploq; ſolo ęquato ad D. c. milia hominū interfecta referūtur, licet Ioſephus iudæus eo bello captus ac vita donatus, quod & mortē Neronis, & veſpaſianū imperatorē breui futurū prędixerat, vndecies cētena milia ferro ac fame eo bello periſſe ſcribat, captaq; lxxxxi. Iudęorum milia ac

Cleti commendatio.

Clades Iudęorū.



publice venūdata. Nec id vero diſſonū videri cū referat azimorū dies tū fuiſſe quo tpe, ex oī iudęa hieroſoly. tāquā in publicū carcerē, tū vel maxime die phaſæ quo chriſtū occiderūt ſunt profecti, daturi pœnas & frequētis contra populum Romanū defectionis, & ſceleris atq; perfidię qua xp̄m innocētē peremere. Deuictis itaque iudęis triūpharunt pater & filius eodē curru vecti: ſubſequente Domitiano equo albo inſidēte. Extāt adhuc in via noua huius triumphi monimenta: apparent inſculpta candelabra, apparent tabulę veteris legis e tēplo ablatę: & in triumphū ductę, hanc eſſet inuictos humanitatis vſus vt oēs qui ex familia dauid ſuperfuiſſet vel ex regia ſtirpe coronatos in precio habuerit. Idem quoque imperio ſemper modeſtiſſime vſus eſt. Tantæ enim lenitatis & clementię fuit, vt reos etiam maieſtatis verbis tantum caſtigatos dimitteret, petulantium & loquatium dicta contemneret, offenſarum & inimicitiarum immemor. Colligendarum tamen pecuniarum nimium ſtudioſus habitus eſt, licet ex alieno non raperet eiſdemque pecunijs ad liberalitatem & magnificentiam vteretur. Nam & templum pacis foro proximum diui Claudij cæptum perfecit, & amphitheatrum cuius partem cum admiratione adhuc cernimus, inchoauit. Virtutem autem Titi filij tanti ſemper fecit, vt tumultuantibus quibuſdam ob cupiditatem imperandi dixerit, aut neminem aut filium imperio potiturum, & merito quidem cum ob virtutem & integritatem animi Titus amor & delicię humani generis haberetur. Nam & eloquētiſſimus in pace & fortiſſimus in bello & clementiſſimus in delinquentes eſt habitus. Ita comis & liberalis, vt nulli quicquam negaret. Hoc cū reprehenderent amici reſpondiſſe fertur. Neminem a vultu principis triſtem diſcedere oportet. Addidit &

Triūphus veſpaſiani & Titi de euerſione hieruſalē.

perfectio templi pacis.

Titi laudes.

illud recordatus ꝙ nihil cuiquã muneris dediſſet amici diẽ perdidi. nemo ante ſe magnificentia maior fuit abſoluto atqꝫ dedicato amphiteatro thermiſqꝫ: ędita venatione ferarum .v. milium. Reuocauit etiam ab exilio muſonium ruffum philoſophum inſignem & aſconij pediani viri doctiſſimi familiaritate delectatus eſt. Perijt autem anno imperij ſui ſecundo: delatuſqꝫ ad ſepulchrum eſt publico luctu ac ſi parente orbati omnes eſſent. Sũt autem qui ſcribant anno .ij. Veſpaſiani qui annis .x. imperium obtinuit Cletũ Lino ſucceſſiſſe. Vtcũqꝫ ſi conſtat Cletum virum optimum ac ſanctiſſimum fuiſſe nihilque prętermiſiſſe quod ad augẽdam eccleſiã dei pertineret.

Lucę euãgeliſtæ cõmendatio.

Huius autem temporibus fuit lucas medicus antiochẽſis græci ſermonis apprime doctus pauli apoſtoli imitator & omnis peregrinationis eius comes ac ſocius. Scripſit autem euangelium quod a paulo laudatur. Vnde merito euangelium illud, ſuum eſſe paulus dicit, Apoſtolorum vero res geſtas quemadmodum viderat conſcripſit. Vixit an. octuaginta tres vxorem habuit in bithynia: ſepultus eſt conſtantinopoli, ad quam vrbẽ .xx. conſtantij anno eius oſſa cum reliquijs andreæ apoſtoli de achaia tranſlata ſunt.

Philippus apoſtolus.

Philippus quoqꝫ eadem tempeſtate ex ſcithya quam .xx. annis in fide exemplo prędicatione retinuit in aſiam rediens hieroſolimis moritur. Cletus autem cum eccleſiam dei optime pro tempore conſtituiſſet redactis in ordinem ex mandato Petri .xxv. preſbyteris ſub domitiano martyrio coronatur, ac ſepelitur apud beati petri corpus in vaticano .v. kalen. Maij. Affecti & alij multi martyrio inter quos eſt habita & flauia domicilia flauij Clementis conſulis ex ſorore neptis in inſulam pontiã relegata: quia chriſtianam ſe feſſa eſt.

Flauia domicilia.

Sed autem Cletus annis .xij. menſe .i. diebus .xi. ſedes autem huius morte



diebus .xx. vacat.

## ¶Clemens .I.

¶Clemens ſtatuit vt cathedra epiſcopalis in eminentiori loco poneretur. Quodque baptizatus prout citius fieri poſſet, confirmaretur.

CLemens patria romanus de regione Celij mõtis: Patre fauſtino domitiani temporibus fuit, qui ab Auguſto nonus Tito ſucceſſit, Neroni aut caliculæ ſimilior, quam patri Veſpaſiano aut fratri Moderatior tamen primis annis eſt habitus, Mox in ingentia vitia prorupit, libidinis, deſidię, iracundiæ, crudelitatis, quibus criminibus tantum odij in ſe conſcitauit vt pene patris ac fratris nomen oboleuerit. Multos autem ex nobilitate interfecit, pleroſqꝫ in exilium miſit: eoſqꝫ in loco trucidari iuſſit. Tantę vero deſidiæ fuit vt in cubiculo ſolus muſcas præacuto ſtillo configeret, vnde quidam prodiens interrogatus eſſet ne quiſpiam cum cæſare? Reſpõdit per iocum, ne muſca quidem. Eo præterea dementiæ & iactantiæ venit vt ſe dominum ac deum vocari ſcribi coliqꝫ iuſſerit.

Sæuitia domitiani qui pantheon Romæ cõſtruxit.

Hic autem ſecundus poſt Neronem chriſtianos perſequitur. Exquiri quoque quæſtionibus & tormentis genus dauid inter iudęos mãdauit, conquiſitũqꝫ funditus perdi ac deleri. Tande vero diuina ſuperueniente vltione in palatio a ſuis interficitur, anno imperij .xv. Huius vero cadauer per veſpilones delatum ignominioſe ſepelitur. Philix enim in ſuburbano ſuo latina via illud funerauit.

Mors domitiani turpiſſima

Clemens autem quartus vt dixi tũ erat Romæ poſt Petrum epiſcopus. nam Linus ſecundus eſt habitus, tertius Cletus, tametſi pleriqꝫ latinorũ ſecundũ poſt petrũ putauerint Clemẽtem fuiſſe quod etiam epiſtola ad Iacobũ hieroſolymitanũ epiſcopum plane ſignificat, Simon Petrus vbi finẽ vitæ ſuæ adeſſe

Clemẽtis cõmendatio.

ſenſit in corona fratrum poſitus apprehēſa manu mea, hūc inquit, vrbis epiſcopū cōſtituo, qui mihi in rebus omnibus poſtea quam Romā veni comes fuit ſubterfugiebā ego tantū onus. Tum ille tibi tantum modo conſules populum dei in fluctibus ambulantem deſeres, cum periclitanti ſubuenire poſſis. Verum hic omnium modeſtiſſimus, vt dixi Linum & Cletū ſponte ſibi in tanto honore prætulit. Scripſit item Romanæ eccleſię nomine ad corinthios epiſtolā quidē perutilē, nec characteri epiſtolę differentem, quæ ſub Pauli nomine ad hebręos fertur, legitur hęc publice a nonnullis, extat & ſecunda eius nomine quam veteres non adeo probarunt, diſputationem quoq; Petri & Appionis longo ſermone ab eodem conſcriptā Euſebius in .iij. hiſtoriæ ſuæ volumine coarguit. Perueniſſe autē ad hæc vſque tempora Ioannem apoſtolum conſtat Zebedei filium Iacobi fratrem. Hic vero omniū nouiſſimus euangeliū ſcripſit, ac ea confirmauit quæ a Matthęo, Marco, Luca, conſcripta fuerant. Ferūt & id ob eam rem a Ioanne poſtremo factū, quo ebionitarum dogma conſurgens infringeret, qui aſſerebant & impudenter quidē Chriſtū ante Mariam non fuiſſe. Eius enim diuinā naturā Ioannes explicat. Scripſit & alia multa tum vero apocalipſim, relegatus a Domitiano in pathmos inſulam quo poſtea interēpto & actis eius ob nimiam crudelitatem a ſenatu reſciſſis imperante Nerua Epheſum rediit, ibique vſq; ad traianum principem conſilio & ſcriptis eccleſias aſiæ ſubſtentans ſenio cōfectus .xxviij. poſt paſſionē Chriſti anno in domino quieuit. Clemens autē pietate religione doctrina multos ad fidē Chriſti quotidie traducebat. Quam ob rem P. Tarquinius ſacrorum princeps cum Mamertino vrbis pręfecto Traianum in Chriſtianos cō

Ioannis euangeliſtę acta.

citat. Cuius imperio in inſulam Clemens deportatur vbi ad duo milia chriſtianorum ad ſecanda marmora damnatorum inuenit. Dum ibi vero aquæ penuria laboraretur: quam ſexto miliario repetebant: Clemens collem haud longe poſitum cōſcendens, agnum vidit ſub cuius dextra pede fons diuinitus abundantem aquam ſcaturiebat: qua quidem & recreati omnes ſunt & multi ad fidem Criſti conuerſi. Hanc ob rem motus Traianus ex ſatellitibus ſuis quoſdam mittit, qui Clementem in mare proiicerent, alligata ad collū anchora, cuius ſacratiſſimum corpus non ita multo poſt littus delatum eſt, atque eo loci ſepultum extructo tēplo, vnde fons diuinitus emanauerat. Hoc autem factum narrant decimo nono kalend. Decembris anno tertio Traiani principis. Sedem vero Petri retinens annis nouem, menſibus duobus, diebus decem, & regiones ſeptem, notariis diuiſit, qui diligenter res geſtas martyrum ſcriberent, & habitis quoque de more ſacris ordinibus decembri menſe preſbyteros decem, diacones duos, epiſcopos quindecim creat. Eius autem in morte dies vigintiduo, ſedes vacat.

Relegatio Clemētis.

2000

¶ Anacletus.

¶ Is Traianus de quo hic agitur zelo falſorum deorum Chriſti fidem exterminare conatus eſt, arbitrans ſe per hoc obſequium præſtare deo, vt refert Auguſtinus libro decimo octauo de ciuitate Dei, cuius pietate commotus beatus Gregorius orationem lachrymoſam domino fudit vt ab infernorum diris cruciatibus immunem redderet. Tamen in hoc adhuc ſub iudice lis eſt, quippe apud doctos adhuc dubitatur an fuerit ſaluatus necne, nec aliquid prophetię modernorum declararunt.

Neruę imperatoris applauſio.

ANacletus natione grecus patria Athenienſis Antiocho patre natus, Clementi ſuccedit Neruę Traiani temporibus. Nerua enim moderatę vitę tū publicę tū priuatę princeps, ęquiſſimū ſe atq̧ vtilē reip. pręſtitit. Pręterea vero eius opera ex ſenatus decreto Domitiani acta abrogata ſunt, vnde multi ab exilio rediere. Pleriq̧ vero bona ſua quibus antea ſpoliati fuerant huius beneficio recepere. At nerua cū iam ſenio premeretur & mors inſtaret, reipublicę cauens. Traianū principem in filiū per adoptionē accipiens ſecundo & ſeptuageſimo ętatis anno moritur, imperij vero ſui anno primo & menſe iiij.

Traiāi imperium.

Nerua itaq̧ Traianus genere Hiſpanus cognomento vulpius crinitus imperiū accipiens militari gloria vrbanitate & moderatione omnes principes ſuperauit. Nam fines imperij longe & late diffudit. Germaniā transrhenanā in priſtinum ſtatum reduxit. Daciam & multas transdanubium gētes imperio Romano ſubegit. Parthos recepit, Albanis regē dedit. Euphratē & tygrim prouincias fecit. Armeniā Aſſyriā, Meſopotamiā, Seleuciam, Cteſiphontem, Babyloniā vicit & tenuit, vſque ad Indię fines & Mare Rubrū acceſſit, in quo etiā claſſem conſtituit: qua indię fines vaſtaret.

Anacleti conſtitutiones.

Anacletus autē inſtitutus & moribus eccleſiam Romanā confirmaturus conſtituit, ne praeſul neue clerici barbā vel comā nutrirent, neue epiſcopus a paucioribus q̄ a tribus epiſcopis ordinaret, vtq̧ clerici publice non priuatim ad ſacros ordines aſciſcerentur. Omnibus quoque fidelibus praecepit: vt peracta conſecratione cōmunicarent: qui vero nollent a ſacris ędibus eliminarentur. Augebatur hac ratione mirū inmodū christiana reſpublica, quare Traianus veritus ne quid detrimenti Romanū imperium inde



caperet tertiam perſecutionem in chriſtianos conceſſit, qua quidem multi interempti ſunt, maxime vero ignatius antiochenę eccleſię tertius poſt Petrum epiſcopus, qui captus & damnatus ad beſtias dum romā a ſatellitibus traheretur quos .x. leopardos vocat, omnes chriſtianos in itinere oratione vel litteris in fide confirmabat. Sic inquiens, vt ieſum chriſtum inueniam ignis crux beſtię confractio oſſium & totius corporis contentio & tormenta diaboli in me veniant, dummodo chriſto fruar. Cum autem iam audiret leonum rugitum, frumentum ſum inquit, dentibus beſtiarum molar: vt panis mundus inueniar. Moritur autem .xi. traiani anno eiuſq̧ reliquię antiochię iacent extra portam daphnicam.

Perſecutio in chriſtianos. Ignatij martyriū.

At vero Pli. ij. qui tum prouinciam gubernabat, miſericordia ob multitudinem interemptorum motus, ad traianam ſcripſit innumera hominum millia quottidie obtruncari, in quibus nihil omnino ſceleris deprehenderetur, aut aliquid quod romanas leges offenderet, niſi hic ſolum quod ante lucanos hymnos chriſto cuidam canerent deo, adulteria vero aut huiuſmodi crimina apud eos illicita haberi. Vnde permotus traianus reſcribit, chriſtianos quidē non eſſe requirendos / oblatos tamē puniri oportere.

Plinius ſecundus philoſophus & orator.

Perijt etiam illo tumultu ſimeon domini conſobrinus hieroſolymitanus epiſcop⁹ in cruce poſitus filius cleophę qui .c. & .xx. compleuit annos. Hęc autem quae dixi ſub hoc pontifice geſta ſunt, non autē ſub Cleto, vt euſebius in iij. hyſtorię ſuę libro oſtendit. Damaſus em̄ Cletum ab Anacleto patria & genere mortis differre oſtēdit. Nā Cletus natiōe rōanus ſub domitiano. Anacletus vero Athenienſis ſub traiano principe moritur. Hic autem & memoriam patri cōpoſuit, & ſeorſum a

Simeon Chriſti cōſobrinus martyrio coronatus

Reprehenſio Euſebij

plebe loca vbi matyres ſepelirentur, aſſignauit, & ſacris
ordinibus ſemel menſe decembri habitis presbyteros,
v. diaconos, iij. epiſcopos diuerſis in locis ſex numero
creauit: quo quidem vltimo ſupplicio perempto, vacat
epiſcopatus diebus. xiij. Sedit autem annis. ix. mēſibus.
ij. diebus. x.

## Euariſtus. .I.

Hic Euariſtus inſtituit quod cōiuges publice
ſponſentttr a parentibus, & a ſacerdote ſolen-
niter benedicentur.

**Traiani cōmētatio**

EVariſtus natione græcus parte iudeo nomine
iuda ex bethleē ciuitate ad Traiani tēpora per-
uenit cuius principis ob ſingularem iuſticiam
& humanitatē libenter mētionē facimus. nam
vbiq; terrarum ita ſe ęqualem omnibus prębuit: vt vſ-
que ad iuſtiniani tempora in creatione principū ſit ac-
clamatū. Fœlicior ſit auguſto, ac traiano melior. Pręte-
rea vero tātę comitatis, & humanitatis fuit in viſendis
ęgrotis ſalutandis amicis celebrādiſq; paſſim feſtis die-
bus inuitantiumq; conuiuijs, vt ei tanta benignitas vi-
tio daretur. vnde dictum illud imperatore dignū pro-
dijt. Talem priuatis imperatorem eſſe oportere quales
ſibi priuatos optat habere. Honores autem diuitias, fa-
cultates, pręmia benemerentibus ęque diſtribuit. Nulli
quicquā iniuriarū fecit augendi ętati gratia: Immunita-
tes ciuitatibus inopia laborātibus dedit. Fluminū tra-
iectiones ac itinera periculoſa tuto & ſaluberrimo ope-
re compoſuit. Portum Anconitanum ducto præalto
& lato muro ad coercēdos maris fluctus muniuit. Ni-
hil in vita agens nihil cogitans quod ad communē vti-
litatem non pertineret. Hac tanta gloria belli domique
parta apud ſeleuciam Iſauriæ ciuitatem profluuio ven-
tris perijt anno imperij eius, xviij. menſe, vi. cuius oſſa

**Portus anconitanus cōſtruitur.**



Romam poſtea delata ſunt, & in vrbe ſepulta vrna
aurea in foro quod ipſe ſtruxit ſub columna Coclide
quam adhuc cernimus, cuiuſq; altitudo cētum. & .xl.
pedū eſt. At Euariſtus vt Damaſus ait, Titulos in vr-
be Roma presbyteris diuiſit & ſeptē diaconos in or-
dinē redegit, qui cuſtodirēt epiſcopum prædicantem
propter ſtilū veritatis. Idem cōſtituit ne plebs in epi-
ſcopū accuſatio reciperetur. Ordinationes ter habuit
mēſe decembri, ac presbyros ſex, diaconos duos, epōs
per diuerſa loca numero quinq; creauit. Hui⁹ tempo-
re papias fuit Ioānis auditor hieropolitan⁹ epiſcopus
qui nō tantū hiſtorię veterum diſcipulorū dn̄i quan-
tum voce Ariſtonis & ſenioris Ioānis adhuc viuentis
delectatus eſt. vnde apparet ex ipſa nominū dinume-
ratione cum oīem fere apoſtolorum mētionē feciſſet,
alium eſſe Ioānem qui inter apoſtolos locatur, alium
ſeniorem Ioannem quem poſt Ariſtonem numerat
qui certe doctiſſim⁹ eſt habitus, quemq; etiam multi
ſecuti ob doctrinā ſunt vt hereneus: Apolinaris, Ter-
tullianus, Victorianus Pictauiēſis: Lactantius firmia-
nus. Quadratus quoq; apoſtolorum diſcipulus eccle-
ſiam deſtitutam periclitātem fide & induſtria ſua quo-
ad fieri potuit ſuſtētauit. Nam cum Hadrianus tum
Athenis hyemē agēs ſymiſteſq; eleuſine omibus pe-
ne ſacris initiatus occaſionē ſcquēdi in chriſtianos de-
diſſet. Quadratus ipſe librum Hadriano porrexit de
honeſtate religionis chriſtianę compoſitū, plenum fi-
dei & rationis. Idem fecit Ariſtides Athenienſis phi-
loſophus ſub priſtino habitu chriſti diſcipulus: volu-
men namq; noſtri dogmatis rationem continens eo-
dem tēpore quo & quadratus Hadriano principi ob-
tulit. His aūt apologeticis libris factum eſt, vt Hadria-
nus iniuſtū fore exiſtimans chriſtianos indicta cauſa

**ſepulchrū Traiani.**

**Titulos diuiſit.**

**Papias.**

**Lactārius.**

**Quadrat⁹. Apoſtorū diſcipulus.**

**Ariſtides.**

**Hadrianus.**

vbiq; occidit, Minutio fundão Aſię procõſuli ſcripſe
rit, Neminem occidendum, niſi de accuſatore & cri-
mine cõſtaret. Euariſtus autem vt quidã tradũt, mar
tyrio coronatur vltimo Traiani principis anno, ſed
melius cenſent, qui ſub Hadriano nõdum in chriſtia-
nos placato, id ei contigiſſe ſcribunt. Annis enim .ix.
ſedit menſibus decem, diebus duobus. Sepultus eſt au
tem Euariſtus in vaticano apud beati petri corpus .vi.
Kal. nouembris. Vacat tũ ſedes dies .xix.

## Alexander .I.

Hadrianus

ALexander patria Romanus, patre Alexan-
dro, ex regione capite tauri iuuenis ætate,
moribus ſenior vſque ad Helij Hadriani tẽ-
pora peruenit. Hadrianus enim conſobrinæ
Traiani filius imperium accipiens, Primo quidẽ chri
ſtianis aduerſatus eſt, poſtea, vt deinceps dicetur, co-
gnita eorum relligione & pietate, in eos admodũ be
neficus fuit. De populo Romano benemeritus pater
patriæ ſtatim appellatur, eiuſque vxor Auguſtæ no
men ſuſcepit. Vtraque vero lingua erudiriſſimus, &
leges multas compoſuit, & bibliothecã inſignã athe-
nis rettulit. Plutarchi Cheronei, Sexti, Agathoclis &
Oenomai philoſophi doctrina, ac familiaritate dele
ctatus. Athenienſibus autẽ leges petentibus ex Dra
conis & Solonis ſententia iura compoſuit. Item quo-
que ſacris Eleuſinæ initiatus multa Atheniẽſibus do
na contulit, eorumq; pontem reſtituit, quem cephy
ſus fluuius inundans, alluuione diſſoluerat. Fecit &
Romæ ſui nominis pontem, qui adhuc extat & ſe-
puchrum in vaticano apud Tyberim, quo nunc põ
tifices pro arce vtuntur. Tyburtinam quoq; villam
muro ſumptu ædificauit, quæ quidem hodie tybur
vetus appellatur, in eaque prouinciarum, & loco-

Pons & ſepulchrum Hadriani. Villa Tyburtina.



rum celeberrima nomina inſcripta erant. Peluſiũ au
tem veniens Pompei tumulum magnificentius ex
tulit. Murum duxit in britannia octoginta millia paſ 80000
ſuum qui barbaros romanoſq; diuideret. Septo claro
prætorij ſui tum præfecto & Suetonio trãquillo epi-
ſtolarum magiſtro. At vero Alexander romanꝰ põ
tifex primus ob memoriã paſſionis chriſti in ſacrifi-
cio addidit, qui pridie q̃ pateretur vſq; ad hanc clauſu
lam hoc eſt corpus meũ Inſtituit item vt aqua quam
ſanctam appellamus ſale admixta interpoſitis ſacris
orationibus & in templis & in cubiculis ad fugiẽdos
demones retineretur. Voluit quoq; aquam admiſce
ri vino in conſecratione ſanguinis & corporis Ieſu
chriſti, quo ſignificatur chriſtum eccleſiæ coniunctũ
eſſe. Oblationem quoq; ex azimo, non autem ex fer
mẽtato, vt antea fieri mandauit, quia hoc modo pu-
rior, ac potior haberetur, & vt ebionitis hæreticis ca
lumniandi occaſio auferetur. Huius vero temporibꝰ
fuit Agrippa cognomento caſtoris, qui Baſilidis hæ
retici volumina in euangeliũ ſcripta ſua doctrina mi
rifice confutauit, barabam & barthecab eius prophe
tas conficta. ſ. ad errorem nomina, & deum maximũ
eiuſdem abraxas deridens. Mortuus eſt autẽ ea tem
peſtate Baſilides, qua & Chocebas dux iudaicæ fa-
ctionis chriſtianos varijs ſupplicijs perſecutus eſt.
Huius vero atq; iudęorum omnium pertinaciam ha
drianus imperator vltima cæde perdomuit, præce-
pitque, ne cui iudæo facultas introeundi Hieroſoly-
mam daretur, chriſtianis tantummodo ciuitate per-
miſſa quam mœnibus & ædificijs inſtaurans de ſuo
nomine Heliam appellauit. In eadem vero ciuitate
Marcus ex gentibus primus epiſcopus conſtituitur
ceſſantibus his, qui fuerant ex iudæis, Huius quoque

Alexãdri cõmẽdatio

Et iſta referũtur in .c. aquã de cõſecra. diſtĩ. iij. & in .c. i. de cõſecr. diſtinc. ij.

Iudęi prohibiti Hieroſolymã ingredi.

Saphyra Sabina martyriũ paſſę.

pontificis tēpore martyrium pro fide chriſti Saphy-
ra/ Antiochena/ & Sabina romana mulier paſſę ſunt,
& Fauorinus Palemon, Herodes Athenienſis, Mar-
cus Byzantius rhetores inſignes habentur. At Alexā
der poſt ordinationes tres quas habuit menſe decem-
bri quibus preſbyteri quinque, diaconi tres, epiſco-
pi per diuerſa loca quinq; creati ſunt. Martyrio coro-

Et poſtea fuit trãſlatus ad eccleſiã ſanctę Sabinæ.

natur cũ Euētio & Theodoro diaconis/ ſepeliturq; in
via numentana vbi interfectus eſt ſeptimo ab vrbe
miliario. v. nonas Maij. Sedit annis decem, menſibus
ſeptē: diebus duobus. Vacauit autem ſedes dies. xxv.

## Sixtus .I.

SIxtus natione romanus patre paſtore: vel vt
alij volunt heluidio/ fuit Hadriani tempore
vſq; ad verum & anniculum conſules quem
quidem Hadrianum inter bonos principes

Hadriani humanitas

numerandum cenſuimus. Liberalis enim ſplendidus
magnificus ac Clemēs fuit. Nam & ſirileum in ſe gla-
dio furentem medicis curandum tradidit, & ægros
bis ter ve in die inuiſit: & alexandriã a Romanis euer
ſam ſua inſtaurauit impenſa Romæ Pantheon reſti-

ępitaphiũ Adriani.

tuit ac munera Aromatica populo dedit, Moriēs hos
verſus feciſſe dicitur, Animula vagula blandula ho-
ſpes comeſq; corporis, Quo nunc abibis in loca palli-
dula rigida nudula, nec vt ſoles dabis iocos. Moritur
autem morbo intercutaneo vigeſimo ſecundo impe-

cõſtitutio ſixti de qua in ca. in ſancta cõſec. diſt. .i.

rij ſui anno: ac ſepelitur Puteolis in villa ciceroniana.
Sixtus autem rei diuinæ vt par erat curam gerens cõ-
ſtituit ne a quoquam niſi a miniſtris ſacrorum myſte-
ria & vaſa ſacra tangerentur, maxime vero a fœmi-
nis, neue quod ſacerdotes corporale vocant ex alio
quã ex lineo panno & quidem puriſſimo fieret. Idem



ſenſuit ne epiſcopi ad ſedem apoſtolicam vocati re-
deuntes: a ſuis reciperētur: niſi ſecum deferrent literas

Prima ordinatio miſſæ.

pontificis plebem ſalutantis. In celebratione vero mã
dauit: vt ſanctus ſãctus deus ſabbaoth cãtaretur. Nu
da primo hæc erant & omnia ſimpliciter tractaban
tur. Petrus enim vbi conſecrauerat: oratione Pater
noſter vſus eſt. Auxit hæc myſteria Iacobus epiſco-
pus hieroſolymitanus: auxit & Baſilius: auxere & alij.
Nam celeſtinus miſſæ introitum dedit. Gregorius
Kyrieeleyſon, Gloria in excelſis deo. Teleſphorus o-
rationes. Gelaſius primus Epiſtolam. & Euangeliũ
Hieronymus. Alleluya vero ſumptum eſt ex eccle-
ſia hierolymitana. Symbolum in concilio Niceno.
Mortuorum autem commemorationem Pelagius
innuenit. Titus Leo tertius Oſculũ pacis. Innocen
tius primus, vt caneretur Agnus dei. Sergius ponti-
fex iſtituit. Cum vera Sexti temporibus propter fre
quentes cædes pauci reperirentur qui nomen Chri-
ſti profiteri auderent & Galli chriſtiani præſulem ſi-
bi depoſcerent: eo peregrinum Romanum ciuem mi
ſit, qui cõfirmatis in fide gallis Romam rediens vl-
timo ſuplicio afficiturĩ via Appia eo loco vbi Chri
ſtus diſcedēre Petro apparuit, vocitato dñe quo va-
dis. Eius corpus in vaticanũ per fideles delatũ apud

Aquila interpres Moſaicæ legis.

ſepulchrũ Petri recõdit. Aquila quoq; iudęus natiõe
Põticus cum priſcilia vxore edicto Claudij diſcedẽs
vſq; ad hęc tēpora: vt nõnulli aiũt ſuperuixit ſecũd⁹
moſaicę legis ĩterpres poſt illos. lxx. qui Philadelphi
tēporibus fuere. At vero Sixtus vbi ordĩationes ter
mēſe decēbri habuiſſet: quib⁹ preſbyteros. xi. Diaco-
nos vndecĩ, epiſcopos per diuerſa loca quatuor cre-
auit, martyrio coronatur. & ĩ vaticano apud Petrũ
ſepelitur. Sedit autem annis. x. menſibus. iij. diebus.

xx. vacat tum ſedes biduo tantum.

Teleſphorus . .I.

Origo antonini Pij & comitas

TEleſphorus natione græcus ex patre Anachorita Antonini Pij temporibus fuit, cuius quidẽ imperatoris paternum genus e gallia ciſalpina originem habuit. Imperauit aũt cũ filijs Aurelio & Lucio annis duobus.ac.xx.mẽſibus tribus: tanta cum modeſtia & benignitate vt merito pij cognomentum adeptus ſit, ac pater patriæ appellatus. Nulli.n. vnquã tum priuatim tũ publice acerbus fuit, aut in redimendis pecunijs, aut exactione tributi quod quidem interdum ita remiſit vt cautionibus incenſis omnium debita relaxaret. Quid plura de hoc principe dicam? Qui religione, pietate, gratia, humanitate, clementia, iuſticia, modeſtia cũ Numa pompilio bonorum omnium ſententia comparari poteſt. Is præterea cum tyberis inũdatione plurima Romę vexaſſet ędificia tum priuata tum publica ſua impenſa ciues in reſtituenda vrbe liberaliſſime iuuit. Tarracinenſem quoq; & Caietanum portũ miris operibus, vt nunc etiam apparet reſtituit. Eius quoq; impenſa erectam eſſe columnam illam cocleã putarim a qua vrbis celeberrima regio nomen accepit Theleſphorus autem quẽ diximus ſixto ſucceſſiſſe cõſtituit: vt ſeptem hebdomadibus ante paſcha ieiunium obſeruarẽtur, vtq; in natali Ieſu chriſti noctu tres miſſæ celebrarẽtur, prima in dimidio noctis quo chriſtus in Bethleem naſcitur: ſecunda illuceſcente aurora quando a paſtoribus cognitus eſt, tertia eadẽ hora diei qua nobis dies redemptionis & veritatis illuxit, cum omĩ reliquo tempore ante horam tertiam celebrare interdictum eſſet, qua hora dominus noſter in crucem ponitur, vt Marcus ait. Cõſtituit item vt ante ſacrificium hymnus ille caneretur. Gloria in excelſis deo. Huius temporibus multum elaborauit pro fide chriſti Iuſtinus philoſophus ex Neapoli vrbe paleſtinæ, qui & Antonino pio principi: ac filijs eius librum dedit contra gentes ſcriptum, & Dialogum contra Triphonem principem iudæorum habuit. Inuectus eſt & in Martionem qui cerdonis dogma ſecutus alterum bonum: alterum iuſtum dominũ aſſeruit, tanquã duo cõtraria principia creationis & bonitatis, impugnauit & creſcentẽ cynicum & guloſum. Mortis timidum, luxuriæq; ac libidinum appetentiſſimum, chriſtique blaſphemum, cuius inſidijs ad extremum circumuentus pro dignitate chriſtiani nominis ſanguinem fudit. Hunc autem Iuſtini hoſtẽ non philoſophum fuiſſe, ſed philopompũ id eſt amatorem arrogantiæ ſcribit Euſebius. Eodem quoq; tẽpore inualuiſſe Valentianam hereſim conſtat. Ii quidem Valentiniani cuiuſdã ſectatores dicebãt chriſtũ de corpore virginis nil ſumpſiſſe: ſed per eam tanquã per fiſtulam quendam purum tranſijſſe. Photinus autem tum Lugdunenſis epiſcopus vir certe ſingularis virtutis & doctrinæ, vt ait Iſidorus iã Nonagenarius martyrij coronam conſtanti animo perpeſſus eſt. At vero Teleſphorus cum ordinationes.iiij. menſe decembri habuiſſet: creaſſetq; preſbyteros.xv. diaconos octo: epiſcopos.xiij. martyriũ ſubiens apud beati Pet. corpus in Vaticano ſepelitur. Sedit annis.xi. mẽſibus tribus: diebus.xxij Vacat tum ſedes dies.vij.

Tarracinenſis & Caietanus portus.

Ieiunium theleſphori.

Mar. xv.

Iuſtinus philoſophus.

Valẽtiana hæreſis.

Photinus lugdunenſis eps.

9°

Higinius. .I.

HIginius natione græcus patria athenienſis patre philoſopho Antonino Pio imperãte Teleſphoro ſucceſſit. Addere vero aliquid etiã de laudibus Pij anteq̃ ad higiniũ veniã

Laus Antonini.

hominis virtus me cogit. Qui adeo moderatæ gloriæ fuit in re militari, vt defendere magis prouincias q̃ augere ſtuderet, vtq; hanc Scipionis ſententiam ſępius vſurparet, ac diceret male ſe vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes occidere, contra Domitiani inſtitutum qui populi Romanni exercitum hoſtibus obijciebat, quo ratior in patriã reuerteret adeo multitudinem oderat & reformidabat ob eius ſęuitiã. Tantæ autem iuſtitiæ pius fuit vt multi reges multæque nationes poſitis eius iuſſu armis ad hominem cõtrouerſias ſuas liteſque deferrent, eiuſdemque ſententiæ ſtatim parerent. Ob hæc autem merita quæ maxima ſunt populus Romanus mortuo & flamminem & circenſes & templum & ſodales Antonianos lachrymãtibus omnibus conſtituit.

Higinĩ cõmendacio.

at Higinius vrbis Romæ epiſcopus tum maxime clerũ prudenter in ordinem redegit, gradus diſtribuit, inſtituitque, ne templa ſine celebratione dedicarentur, neue augerentur diminuerenturque ſine arbitratu metropolitani vel epiſcopi. vetuit item ne tigna reliquave materies ad ædificanda templa congeſta in prophanos vſus conuerteretur, poſſe tamen ad ſtructuram alterius templi, vel cœnobij concedente epiſcopo transferri. Voluit item vnum ſaltem patrimum hunc anadochum appellamus, vnam ve matrimam baptiſmo intereſſe, ſic enim eos appellant qui infantes tenent dum baptizantur. Licet re vera patrimus & matrima aliud ſignificent. Eſt enim patrimus, teſte Feſto, qui cum pater ſit patrem adhuc habeat, idem de matrima dicendum eſt. Inſtituit pręterea ne metropolitanus, epiſcopum prouinciæ ſuæ alicuius criminis reum faceret, & damnaret, niſi prius a prouincialibus epiſcopis cauſa diſcuſſa & cognita fuiſſet. Sunt tamen qui hoc poſtre



mum Pelagio pontifici aſcribunt. Huius quoque tẽpore fuit & Polycarpus, Ioannis apoſtoli diſcipulus ſmyrneus epiſcopus ab eo creatus ac totius Aſię religione & doctrina tum facile princeps. Is autem Romam veniens plurimos fidelium Martionis & Valentini falſa perſuaſione deceptos ad fidem reduxit. Cum autem Martion forte huic abuiam factus diceret me ne cognoſcis? Reſpondit cognoſco quidem primogenitum diaboli. Negabat enim patrem chriſti deum eſſe creatorem qui per filium mundum fecerat. poſtea vero imperante. M. Antonino & .L. Aurelio commodo quarta poſt Neronem perſecutione Smyrne ſedente pro conſule igni crematus eſt. Melito quoque Aſianus ſardenſis epiſcopus Frontoniſque oratoris diſcipulus librum de doctrina chriſtiana M. Antonino tradidit. Huius ingenium Tertullianus mirum in modum laudat, dicitque a pleriſque noſtrorum prophetam habitum eſſe ſcripſit & Theophilus Antiochenſis Eccleſiæ epiſcopus librum contra Martionem imperante. M. Antonino ſcripſit & librum contra Hermogenis hæreſim, qui materiã nõ naturam introducens deo, non autẽ naturæ eandem cõparauit materiã elemẽtorũ & deũ appellãs. Higini⁹ aũt bene de eccleſia dei merit⁹ cũ ordinatiões ter decẽbri mẽſe habuiſſet creaſſetq; preſbyteros. xv. diacones. v. epiſcopos. vi. martyrio coronat̃, & apud beati Petri corp⁹ i vaticano ſepelit̃. iij. id⁹ Ianuarij. Sedit annos. iiij. mẽſes. iij. dies. iiij. ſedes aũt quatriduo tũ vacat

Polycarp⁹

Martion heręticus.

Melito

Tertulian⁹

Theophil⁹.

Hermogenes hereticus.

## ¶Pius .I.

Pius natione Italus, patria agleieñſis, patre Ruffino. M. Antonini veri tempora attigit: qui tum vna cum. L. Aurelio commodo fratre annis. xix. imperium æquo iure adminiſtra-

uit. Bellum autem contra Parthos ſimul ſuſceptum admiralili virtute & felicitate geſſerunt de hoſtibus que triumpharunt. verum non ita multo poſt apoplexiæ morbo e medio ſublato cõmodo fratre: Antoninus ſolus imperium obtinet, quem certe ob eius præſtantem in omni genere virtutis animũ Mirari facilius quam laudare licet. Hic enim & quia a teneris annis eiuſdem animi eiuſdemque vultus in qua vis fortuna ſemper eſt habitus: & quia benignitas naturæ cum doctrina a Colatino Frontone oratore habita in eodem viro certabat: ab omnibus philoſoph⁹ merito appellatus eſt. Platonis ſententia quam ſemper Capitolia teſte in ore habuit ſæpius repetita: tũ demũ florere ciuitates. Si aut philoſophi imperarent aut imperantes philoſopharẽtur. Adeo aũt doctrinę auidus fuit, vt imperator etiam Apolloniũ philoſophum & Sextum Plutarchi nepotem legentem audiuerit. Frontonis quoque præceptoris ſtatuam honoris cauſa in ſenatu collocauit.

Frontonis ſtatua.

Hoc tempore Pius Pontifex conſuetudinem & quidem magnam cum Hermete habuit: qui librum ſcripſit titulo paſtoris inſignitum, quo quidem in libro Angelus paſtoris perſonam induens ei mandat, vt omnibus perſuadeat paſcha die dominico celebrari quod etiam fecit.

Hermes.

Cõſtitutiones Pij.

Cõſtituit item Pius ne hæreticus quiſpiam ex iudæorum hæreſi ſuſciperetur & baptizaretur. Rogatu vero praxedis ſanctiſſimæ fœminæ thermas nouati in vico Patricij in honorem ſororis ſuæ Diuæ Pudentianæ dedicauit. Multaque dona huic templo obtulit, ac ſæpius eodem in loco ſacrificium Deo præſtitit. Vbi & fontem baptiſmi conſtituit ac benedicens conſecrauit: multoſque venientes ad fidem in nomine trinitatis baptizauit. Illis quoque pœnam



cõſtituit qui negligentes ſunt in attractando Chriſti ſanguine & corpore: penitentiam inquit agant. xl. diebus quorum negligentia in terram aliquid deciderit: ſi ſuper altare tribus diebus: ſi ſuper linteum quatuor, Si aliud lintheum. ix. diebus. Vbicunque deciderit ſi recipi poteſt lambatur: ſin ſecus aut lauetur aut radiatur: lotum & raſum aut comburatur aut in ſacrarium reponatur.

Hæc pœna inſeritur in c. ſi p negligentiã de cõſec. diſt. ij.

Huius tempore in pręcio eſt habitus Apollinaris Aſiæ hieropolitanus epiſcopus, qui inſigne volumen de fide Chriſti. M. Antonio ſecundo tradidit. Scripſit & in Cataphrigas qui nunc etiam cum priſca & Maximilla inſaniebant vaticinantes, incipiente tamen Montano, quorum omnium hæc erat opinio aduentum ſpiritus ſancti nõ in Apoſtolis, ſed in ſe traditum fuiſſe.

Apollinarius.

Cataphriges.

Illis quoque temporibus laudabatur, & Tatianus vir doctiſſimus quãdiu ab opinione Iuſtini martyris præceptoris ſui non diſceſſit. Nam poſtea inflatus opinione ſui nouam hæreſim condidit, quam poſtea ſæuerus auxit. Vnde ſæueriani appellati. Ii vinum non bibunt, carnes faſtidiunt, & vetus teſtamentum, ac reſurrectionem non recipiunt. Præterea vero Philippus Cretenſis epiſcopus præclarum contra Martionem librum hoc tempore ędidit. Nam ſicuti dixi Martioniſtæ cerdonis dogma ſequebantur.

Philippus

Scripſit & muſanus librum contra quoſdam qui ad Eucratiatarũ hæreſim declinabant, horum quidem opinio cum ſæuerianis cõuenit omnem niſi coitum ſpurcum putabãt ciboſq; damnabant, quos deus generi humano propoſuit. At vero Piũs vbi in ordinationibus ſuis, quæ quinq; fuere mẽſe decẽbri presbyteros decẽ, & nouẽ diaconos vnũ & .xx. epiſcopos .x. creaſſet martyrio coronatur & apud B. petri corp⁹ in Vaticano ſepelit

v.idus Iulij. Sedit vero annis vndecim mēſibus quatuor, diebus tribus; Vacauit tum ſedes dies.xiij.

## ¶Anicetus .I.

Imperatoris liberalitas.

ANicetus natione Syrus, patre Ioanne de vico Murco vel vt Damaſo placet, Humiſia eiuſdem Antonini veri tempore fuit de quo in Pio diximus, quem quidem Antoninū philoſophia nequaquam a rebus in bello gerendis retardauit, Nam Germanos marcomanos ſquados ſarmatas ingenti virtute & felicitate vna cum filio Cōmodo Antonino ſuperauit, ac triūphū egit. Iturus autem ad hoc bellum cum non haberet. vnde ſtipendia militibus præberet ex hauſto ærario omnem imperatoriam ſupellectilem omnemq̨ ornatum vxoris in foro Traiani haſtę ſubiecit. Verum cum poſtea ſuperato hoſte in patriam rediſſet emptoribus precia reſtituit. Nemini tamen moleſtus fuit qui reddere empta noluiſſet, parta victoria in omnes de republica, meritos liberalis fuit. Tributa quibuſdam prouincijs remiſit. fiſcalium titulorum monumenta in foro congeſta cremari iuſſit, leges ſęueriores nouis conſtitutionibus tēperauit. His rebus geſtis factū eſt vt ab oībus ita diligeretur, amareturq̨ vt ſacrilegi nomē incurreret, qui eius imaginē domi nō habuiſſet. Anicetus autē Eccleſię Romanę cōſulēs ne moribus petulantium quorūdam labefactaretur, inſtituit ne clericus vllo modo comā nutriret ſecundū Apoſtoli præceptum, neve epiſcopus conſecrari poſſet a paucioribus q̄ a tribus eiuſdem ordinis viris, quod poſtea Nicena Synodus cōfirmauit. Vbi vero metropolitanus cōſecrandus eſt omnes prouinciales intereſſe debēt. Statuit pręterea, vt Ptolomeus ait, ne epiſ-

De eo agit apud canoniſtas in .c. violatores xxv.q.i.



copus crimen Metropolitani ſui ad alium quā ad primatē, aut ad ſedem apoſtolicam deferret, quod & dicta ſynodus; & auctoritas ſummorum pontificū deinceps confirmauit. Eiuſdem etiam inſtitutum fuit ne archiepiſcopi niſi ex ſingulari titulo primates nominarentur. Ii autem merito patriarchę vocantur, Cęteri autem archiepiſcopi nominētur, vel vt quidā volunt metropolitani. Huius temporibus Hegiſippus laudator fidei noſtræ fuiſſe dicitur qui omnem a paſſione domini vſq; ad ſuam ætatem eccleſiaſticorum operum texuit hyſtoriam ſermone ſimplici, vt quorum vitam quā diligētiſſime obſeruauit eorū quoq; dicēdi genus imitaretur. Affirmat autem ſe Romam Aniceti tēpore decimi poſt Petrum epiſcopi perueniſſe, ac perſeueraſſe vſq; ad Eleutheriū: qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Multa vero in idolatras ſcripſit, quid tumulos mortuis templaq; facerent, vt Hadrianus qui in honorem Antinoi ſerui quem in delitijs habuerat gymniacum agona cōſtituit apud Antinoum ciuitatem, quam de nomine ipſius conditam vocauit, ac prophetas in tēplo ſtatuit. Sūt qui & Dionyſium huius ætate fuiſſe dicant. Variantur hoc loco tempora cū alij Pium: alij anicetum præponant. Variantur & hyſtoriæ, vtcunq; ſit in tam remota hyſtoria tantaq; maiorū negligentia ſatius erit res ipſas pauloāte vel poſt geſtas aliqua ex parte attingere quā eas omnino prætermittere. Anicetus autē vbi ex ordinationibus quinq; quas menſe decembri habuit preſbyteros. xix. diaconos quatuor, epiſcopos nouē creaſſet, martyrio coronatus ac ſepultus eſt in calixti cęmiterio via appia.xv.kal. Maij. Sedit annos menſes.iiij. dies tres. Sedes vero dies.xvij. poſt eius mortē vacat.

## ¶Soter .I.

Antonius cõmodus.

SOter natione Campanus patria fundanus ex
patre Concordio .L. Antonio Cõmodo im-
perante fuit. Hic enim omnibus incommo-
dus, vt Lãpridius ait nil cõmune cũ patrię ha
buit niſi quod & ipſe cõtra Germanos adiuuantibus
chriſtianis militibus feliciter pugnauit, In eo bello cũ
exercitus commodi penuria aquæ laboraret ferum
pre cibus chriſtianorũ militũ aquam diuinitus e cœ-
lo miſſam pluraq; fulmina in Germanos & Sarmatas
cecidiſſe/ quod etiam imperator ipſe accidiſſe literis
ſuis teſtatus eſt. Cæterum ad vrbem rediens, in om-
nia luxuriæ & obſcęnitatis dedecora prolabitur nihil
virtutis & pietatis habens. Gladiatorijs quoq; armis
in ludo nerone imitatus depugnauit. In amphiteatro
feris ſeſe freqũter obiecit. Plurimos quoq; Senato-
res interfecit, & eos maxime quos nobilitate indu-
ſtriaque excellere animauertit. Soter autem a tantis

Soteris cõmẽdat⁹ Mos nubendi.

malis animam ad rem diuinam conuertens/ inſtituit
ne monacha vlla pallam attrectaret neue thus in acer
ram poneret dum ſacrificia fierent. Eius extabat epi-
ſtola hac de re ſcripta ad epiſcopos italiæ. Inſtituit itẽ
ne legitima haberetur vxor niſi cui ſacerdos ex inſti-
tuto benedixiſſet, & quam parentes ſolẽdi põpa mo-
re chriſtiana nõ marito collocaſſent, quamq; etiã pa-
ranymphæ de more cuſtodiuiſſent. Hoc autem con-
ſtituit multa pericula reijciens quæ in nouas nuptias
cadere ſolent: ex pręſtigijs & magicis artibus quorũ-
dam improborũ. Gratianus tamen hoc decretũ Eua
riſto aſcribit. Vtri vero ſit attribuendũ legẽtes diju-
dicent. Non enim multum refert illi, ne an hinc attri

Dionyſi⁹.

buatur Soteris temporibus fuiſſe. Dionyſium corin-
thiorum epiſcopum ſcribit Euſebius qui tãtę eloquẽ
tię & induſtrię fuit, vt non ſolũ ſuę ciuitatis & prouin-



ciæ populos verũ etiam aliarũ vrbiũ ac prouinciarũ
epiſcopos ſuis epiſtolis erudiret. Inſtructus enim Pau
li apoſtoli doctria. Facillime potuit ſanctitate & eru-
ditione alios in officio continere. Multa & Theodo

Theodocion.

cion genere Aſianus Tatiani diſcipulus ad laudẽ re
ligionis noſtræ tũ ſcripſit. Maxime vero appellẽ hæ
reticũ ſcriptis ſuis percõmode irridet: quid deũ quẽ
coleret ignorare ſe diceret. Affirmabat eñ Chriſtũ
non deum in veritate, ſed hominẽ in phantaſia ap-
paruiſſe. Non deſunt qui dicant cataphrygarum hæ

Clemens.

reſim hoc tẽpore ortã auctore mõtano. Clemens pę
terea Alexãdrinę eccleſię preſbyter multa cõſcripſit,
e quibus illa ſunt ſtromatũ id eſt varietatũ libri octo.
hypotypoſeon, id eſt, in formationũ libri totidẽ. Cõ-
tragẽtes vnus, Huius autẽ diſcipulũ originẽ fuiſſe

Pinetus.

conſtat. Huius quoq; ætati, & Pinetum Cretenſem
virũ eloquẽtiſſimũ, & Oppianũ qui alieutica ſcripſit
poetam inſignem, & Herodianum grammaticum,
quidam aſcribũt. Soter autem vbi per ordinationes
quinque, menſe decembri habitas preſbyteros octo,
diaconos nouem, epiſcopos. xi. creaſſet, moritur, ac
ſepelitur via appia in cœmiterio Calixti, Sedit annos
nouem, menſes tres, dies vnum &. xx. vacat tum ſe
des dies totidem.

## ¶Eleutherius .I.

ELeutherius natione græcus patria Nicopoli
tanus patre Abundio temporibus. L. Anto
nini cõmodi fuit: cuius flagitioſæ vitæ vrbs
ipſa pœnã tulit. Nam capitoliũ fulmine ictũ

Capitoliũ, Vulcani ictibus concutitur.

vna cum egregia illa Bibliotheca maiorum cura pa-
rata concrematur. Aedes quoq; in proximo ſitæ eã
dem calamitatem ſenſere. Exortum eſt deinde aliud
incendium quo & ædes veſtæ & palatiũ bonaq; vr-

bis pars exuſta eſt, ac ſolo æquata. Tantæ præterea te-
meritatis fuit, vt & ſuæ imaginis caput coloſſo per
magno & egregio priore detracto imponi iuſſerit, &
menſem decembrem ac imitationem Auguſti Cæſa
ris cõmodũ appellari voluerit: quę omnia poſt mortẽ
Mors Imperatoris.
eo abrogata ſunt. Ipſeqꝫ mortuus etiã humani generis
hoſtis adiudicatus eſt. Adeo eius vita flagitijs conta-
minata oĩbus erat odio. Strãgulatus in domo veſta-
liũ duodecimo ĩperij ſui anno & mẽſe ſeptimo e me-
dio ſublatus eſt. Eleutherius aũt quem diximus ſoteri
Eleutherij cõmendatio.
ſucceſſiſſe initio pontificatu ſtatim epiſtolã accepit a
Lucio rege Britanno, qua rogabatur, vt ſe ac ſuos in
chriſtianorum numerũ reciperet. Quare fugatium, &
Damianum viros optimos eo miſit qui regẽ ipſum,
ac populũ baptizarent. Erãt tũ in Britannia pontifices
quincꝫ &.xx. Flammines vocabant. Inter hos autem
tres archiflammines habebantur: quorum in loco ar-
chiepiſcopi tres cõſtituti ſunt, vt Ptolomeus ait. Pro-
toflamminũ vero loco primitiua eccleſia patriarchas
inſtituit. Idẽ etiam ſtatuit, ne quis ob ſuperſtitionem
cibi genus vllum reſpueret, quo humana conſuetudo
veſceretur. Noluit pręterea quempiam de gradu ſuo
deijci, niſi accuſatus reus criminis cõuinceretur. Exẽ-
plo ſaluatoris qui errorem iudæ licet rei nondum ta-
men conuicti ita ęquo animo tulit, vt quicquid inte-
rim egiſſet pro dignitate apꝑatus ratũ firmumqꝫ mã-
ſerit. Prohibuit etiam ne abſcente eo quem accuſator
reum facit vlla in cauſa decerneretur, quam quidem
Damaſus Pontifex.
ſententiam & Damaſus Pontifex, & ius pontificium
poſtea confirmauit. Huius autem pontificatu: & ec-
cleſijs pax data eſt ac quies, & nomen chriſtianum per
omnem terram mirum inmodum auctũ, Romę po-
tiſſimum vbi multi ex nobilitate romana cum cõiu-



gibus & liberis in fidem recepti baptiſmi characte-
re notati ſunt. Solus vero Appollonius orator inſi-
Appollonius martyr
gnis martyrium tũ paſſus eſt, habita prius oratiõe de
laudibus chriſtianæ fidei, quod illis tẽporibus capita
le habebatur. Mortuo Appolonio multæ hæreſes in
ualuere. Martionis quippe ſecta varie diuiſa eſt. alij. n.
vnum principium fatebãtur. alij duo. alij tria, & tres
naturas confirmantes fidem prophetis abrogabant.
Florinus quocꝫ & Blaſco noua contra veritatem ma
chinabãtur figmenta. Deum creaſſe mala contra il-
lud Deus omĩa bona fecit. Contra hos ſenſere Quo
litiani affirmantes deum non creaſſe mala, contra id
quod ſcriptum eſt, ego ſum Deus creans malum. Sũt
Turba hæreticorum
qui dicant & Gallenum Pargamenũ medicũ inſignẽ
& Iulianum legumlatorem, & Frontonem rhetorem
Modeſtus
Bardezane
his temporibus fuiſſe, quod ego in tanta perturbatio
ne tẽporum & hyſtorię, nec affirmo, nec refello. De
Modeſto vero & Bardeſane affirmare auſim, quorum
alter in martionẽ ſcripſit, alter vero in Valẽtinũ. Nã
cuius primum ſectator fuerat eius, poſtea confutator
factus eſt. Hunc Hieronymus concitatiſſimum indi-
cendo fuiſſe affirmat, cũ eius ſcripta ex Syria lingua
in gręcam conuerſa vidiſſet, & ſi inquit, tanta vis eſt
interpretatione quantam putabimus eſſe in ſermone
proprio. Eleutherius autẽ vbi ex tribus ordinationi-
bus menſe decẽbri habitis presbiteros. xij. diaconos
octo. epiſcopos. xv. creaſſet, moritur, & apud B. petri
corpus ſepelitur. vij. kal. Iunij. Sedit aũt annos quin-
decim menſes. iij. dies duos. Vacat tum ſedes dies. v.

## ❡ Victor .I.

Victor natione apher patre felice Fuiſſe Helij
Pertinacij tempore creditur, qui quidem he
Helius imperator.
lius cum grandis natu eſſet (ſeptuageſimum

enim agebat annū )ex pręfecto vrbis quē magiſtra-
tum tum gerebat, Senatus conſulto imperator crea-
tur. Rogatus deinde vt & vxorē auguſtam faceret, &
filium cæſarē appellaret, id facere recuſauit teſtatus
ſufficere qd' ipſe imparet inuitus. At vero qm̄ in im-
patore nihil auaritia turpius eſt, cū illiberalis ac ſordi
b⁹ haberetur qd dimidiatas lactucas & cardos cōui-
uis apponeret, nemine contradicēte. A iuliano iuris

*Iulianus iureconſultus.*

perito in palatio occiditur, ipernſui menſe ſexto. Hic
eſt ille Iulianus qui perpetuū edictū cōpoſuit, quiq̧
vij. mēſe poſteaq̄ ipare cœperat apud Pontē miluiū
vict⁹ a Seuero ciuili bello & īterfectus eſt. At victor

*Damaſus Theophilus.*

pōtifex reipu. Chriſtianę vt par erat curā gerēs cōſti-
tuit vt paſcha dominico die celebrarēt ex Eleuthe-
rij ſentētia vt Damaſus ait a. xiiij. Luna primi mēſis
vſq̧ in. xxi. cuius decretis obtēperās Theophilus Pa
leſtinę vrbis eps̄ cōtra eos ſcripſit qui. xiiij. luna cum

*Polycrates.*

iudęis paſcha celebrabāt. In hanc vero opinionē inue
ctus eſt Palycrates epheſiorū epiſcopus qui ex vete-
re cōſuetudīe. xiiij. luna cū iudęis paſcha celebrabat,
Se em̄ apoſtoli Ioannis & veterum auctoritatē ſecu-
tum oſtendit. Nos inquit inuiolabilē celebremus diē
neq̧ addētes quicquā nec diminuētes. Hāc vero opi
nionem ſecutus eſt Philippus hierapoli mortuus: hāc
Ioannes qui ſupra pectus domini recubuit & pōtifex
eius fuit auream laminam in fronte portans. Hāc po-
lycarpus, Traſeas, Melito, & narciſſus hieroſolymi-
tanę eccleſię epiſcopus. Idē quoq̧ Victor decreuit vt

*decretum victoris.*

in quauis aqua baptiſmum petentes baptizarētur ſi
neceſſitas inſtaret, hanc obrem quidam exiſtimāt cō
ciliū in alexādria palęſtinę habitum eſſe, cui theophi
lus berenius, Narciſſus, Polycarpus, Bacillus, Aſianę
prouinciæ inſignes epi interfuere. Res tn̄ integra in



nicenū cōciliū trāſlata ī q̄ etiā cōſtitutum eſt vt paſcha
poſt quartā decimā lunā celebrarēt ne iudæos imi-
tari videremur. Fuere hui⁹ pōtificis tpe multi doctiſ

*Cōſtitutio paſchæ.*

ſimi viri. Nā & appion tū hexamerō fecit, & Paulus

*Appion.*

ſamoſetanus vna cū Theodoto coriario exiſtimauit

*Paulus ſamoſetanus.*

ſaluatorē purū hominē fuiſſe: & Sext⁹ de reſurrectiōe
cōſcripſit & Arabianus opuſcula ędidit ad xp̄ianā do
ctrinā pertinētia. Iudas quoq̧ chriſtoriographiā ſupe

*Sextus Arabian⁹.*

riorū temporū vſq̧ ad decimū ſęueri annū cōſcripſit
in quantum erroris arguitur ꝙ aduentū Antichiſti
ſuis tēporibus futurū dixerit. In quem errorem ideo
incurriſſe putamus quod & vitia hoim̄ & crudelitatē
eo perueniſſe cernebat, vt diutius tolerari humanū
genus a deo nō poſſet. Quæ res & Lactantiū poſtea
& Auguſtinū fefellit. Victor aūt cōpoſitis etiā qbuſ-
dā de religione voluminibus martyrio coronatus, &
apud beatū Petrū in vaticano ſepelitur, cuius diē fe
ſtū. v. kal̄. auguſti celebramus. Sedit aūt annis. x. mē
ſibus tribus, diebus. x. At ſedes dies. xij. tum vatat.

## Zepherinus .I.

ZEpherinus natione romanus ex patre habū
dio Sęueri tēporibus fuit, Qui gn̄e Apher
ex oppido lepti vna cū imperio cognomen
tū pertinacis a Iuliano cęſo accepit. Is enim fiſci pro-

*Sęuerus Imperator.*

curator: mox tribunus militaris per gradus alios vſq̧
ad imperium peruenit. Parcus admodū, natura ſæ-
uus. Multis bellis acceſſitus fortiſſime quidem rem-
pu. licet laborioſiſſime gubernauit. At bellicam glo
riam laudem quoq̧ literarum addidit, philoſophiæ
admodum ſtudioſus. Foris parthos & Adiabenos ſu
perat. Arabas autē interiores ita cecidit vt regione
eorum prouinciam romanam faceret. Hanc obrem
triūphās, vt in eius arcu ſub capitolio poſito adhuc

apparet Parthicus Arobicus Adiabenicus cognomi
natur. Aedificiis præterea publicis vrbem exorna-
uit. Nam & thermas Sæuerianas & ſeptizoniũ extru
ſeptizoniũ — xit nõ longe a Circo maximo palatinum inter & cæ
lium montem. Paulũ autem abfuit, quin pauli, ii. pon
tificis iuſſu lapicidæ quidem ſuperioribus annis eam
partem ſeptizonii, quæ adhuc extat, demolirentur.
Seuerini cõ mendatio. — At zepherinus põtifex rei diuinæ magis q̃ humanæ
intentus conſtituit, vt aſtantibus clericis & laicis fide
libus & leuita & ſacerdos ordinaretur, quod poſtea ĩ
chalcedonenſi concilio confirmatum eſt. Statuit item
vt conſecratio diuini ſanguinis in vitreo vaſe, nõ au
Iſtud ẽ trãs latum in .c. vaſa de cõ ſecra. diſt. i. — tem in ligneo, vt antea fieret. Hæc quoque inſtitu-
tio ſequentibus temporibus immutata eſt, vetitum
enim eſt, vt neqꝫ in ligno fieret, propter raritatẽ quã
ſacramentum inhibitur. Neqꝫ in vitro propter fragi
litatem, neqꝫ ex metallo ob tetrum ſaporem, quem
inde cõcipit, ſed fieri voluere ex auro argẽtove, aut
ex ſtanno, vt in Triburienſi, & renienſi concilio ſcri-
ptum apparet. Idẽ præterea inſtituit, vt omnes chri-
ſtiani annos pubertatis attingentes, ſingulis annis ĩ ſo
lẽni die paſcæ publice communicarẽt, quod quidem
inſtitutum innocẽtius tertius, deinceps non ad cõmu
nionem ſolũ, verũ etiã ad cõfeſſionem delictorũ tra
duxit. Mandauit itẽ, ne eps vel a patriarcha, vel a pri
mate, vel a metropolitano ſuo in iudicium vocatus
ſine auctoritate apoſtolica damnaretur. Voluit po-
ſtremo presbiteros omes adeſſe celebrãte epo, quod
Heraclitus — etiam, vt dictum eſt. Euariſto placuit. Hui⁹ autẽ tem-
Maximus — poribus fuere & heraclitus, qui in apoſtolum cõmen
Candidus. — tarios ſcripſit. Et maximus, qui famoſam queſtionem
Originis laudes. — inſigni volumine diſcuſſit, & Candidus qui hexame
tron compoſuit, & Origines, qui decimo Sæueri Per



tinacis anno perſecutione in xp̃ianos mota leonida
patre interempto, quem ipſe adoleſcens ad martyriũ
adhortatus eſt: cum ſe fratribus & matre vidua pau-
per relinquitur, redactis in fiſcũ paternis bonis quod
chriſtum verum deum profiterentur. Vnde gram-
matica ſibi ac ſuis victũ queſiuit. Diſcipulũ autẽ Plu-
tarchum habuit, qui poſtea martyrio coronatus eſt.
Totus deinde ad religionem conuerſus catethizandi
hoc eſt prædicandi officium habuit. Tanti autem in-
genii fuit vt nulla eum lingua nulla literatura latue-
rit. Mira vtebatur continentia in cibo & potu, abſtinẽ
tia in rebus alienis. Nam & paupertatem chriſti imita
tus eſt, & multis annis nudis ambulauit pedibus, il-
lud quoqꝫ quod in euangelio dicitur ſecutus eſt, & ſi
puerile habetur, quia ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtra-
uerũt propter regnum dei. Huius virtutem pleriqꝫ
imitati martyrium pro fide chriſti æquo animo paſſi — Potamie-na.
ſunt, maxime vero potamiena mulier, calida pice in
caput eius fuſa. Zepherinus autem cũ ex ordinatio-
nibus. iiii. menſe decembri habitis p̃ſbyteros. xiii. dia
conos. vii. ep̃os. xiii. creaſſet. Martyriũ paſſus tẽpore
ſeueri in via Appia non longe a cœmiterio Calixti
ſepelitur. vii. kal. Septẽbris. Sedit autem annos octo
mẽſes ſeptem, dies decem. Vacat tum ſedes dies. vi.

## ¶ Calixtus .I.

CAlixtus natione romanus patre Domitio
ex regione vrbis Rauennatum vſqꝫ ad ſeueri
tempora peruenit, cuius cũ animo fortuna
mutata eſt. Nam vbi quintus a Nerone per-
ſecutionem in xp̃ianos mouẽt continuo variis peri-
culis & bellis diſtrahitur, hinc a poſcennio nigro qui
magnos in Syria motus concitauerat; hinc a Clodio
albino quẽ tamẽ in gallia nõ incruento prælio ſupe-

rauit.indevero in Britanniā profectus deficientibus
fere ſociis omnibus variis caſibus afflictatus apud
Eburacum Galliæ moritur: anno imperii ſui.xvii.
Duobus filiis relictis.Baſſiano & Geta: quorum Geta
hoſtis publicus iudicat᷒ eſt, ac interfectus, cū ob vitā
eius omnibus probris cōtaminatum, tam vel maxi-
Papinian᷒ iurecōſult᷒ — me, quia papynianum iuris ciuilis, alterū aſyllū ſua
manu necauerat. At Baſſianus ſumpto a ſenatu An
Baſſianus. caracalla. Geta. — tonini nomine imperio potitus eſt, ac caracallæ co-
gnomen, tū accepit a genere veſtis quam populo do
no dedit. Is autem patre aſperior & oīm libidine intē
perantior, nullum genus facinoris in vita prætermi
ſit. Nam & fratrem Getā occidiſſe putatur, licet Ge-
ticum triumphum eius nomine duxerit, & nouercā
ſuam in vxorem duxit. Nihil egregium de ſe reliqt
præter thermas Antoninas, quas ipſe incoauit, &
Alexander perfecit. Muniuit & viam nouam. Eos
præterea capitali pœna affecit, qui remedia quarta-
nis ac tertianis collo geſtarent, Dānati præterea ab
eo ſunt, q ad ſtatuas minxiſſent. Hic poſtremo dū bel
lū in parthos mouet inter Edeſſem & Caras ab hoſti
Calixti cōſtituta. — bus circūuētus occidit. Septimo imperii ſui anno dū le
uāde veſicę cā ex equo deſcēdiſſet. Calixt᷒ aūt ponti,
in tāta rerū perturbatiōe tāq̄ ſceleratis imperatorib᷒ ne
quaq̄ ab inſtituto ſuo diſcedēs cōſtituit, vt ter in anno
Ieiunium. — ieiunaret die ſabbati pſerti frumenti vini & olei gr̄a
Quatuor tēporū inſtitutio. — ſecūdū pphetā, videlicet.iiii.mēſe.vii. &.x. anno in
choādo annū hebręorū more, verū poſtea mutata ſē
tētia id in .iiii. anni tēpora trāſtulit, in vernale.ſ. eſti
uale autūnale & hyemale: qbus tēporibus deinceps
ratio ſacrorū ordinū habita eſt cū antea id quidem
tantum modo decembri menſe fieri conſueuiſſet.
Idē quoq; inſtituit, ne clericorū delatores, & accuſa-



tores vel infantes, vel ſuſpecti, vel inimici in accuſa-
tionib᷒ & iudiciis reciperētur. Eos vero hęreticos pu-
tauit, qui arbitrantur ſacerdotes poſt crimen admiſ-
ſum etiam, ſi dignā pœnitētiam ſubiiſſent ad priſti-
nos honores redire nō poſſe. Hūc ædificaſſe baſilicā
in tranſtyberina regione in honorē beatę virginis.
Damaſus ſcribit, Non tamen crediderim hanc illā
eſſe quā hodie tā celebrem & amplā cernimus, cum
ea tēpeſtate ob crebras perſecutiones occulta eſſent
omnia & ſacella potius atq; eadē abdita & plerunq;
ſubterranea q̄ apertis in locis ac publicis fierent. Cę
miteriū quoq; de ſuo nomine condidit via appia, eo
loco vbi multorum martyrum cineres antea repo
ſiti fuerant. Vnde mirum cuipiā videri nō debet ſi
prius multos eiſdem in locis ſepultos diximus, cum
nomē illud poſtea a notiore perſona traxerit. Inuiſi
ego hęc loca cū amicis quibuſdā religiōis cauſa. Vi-
ſunt adhuc cineres & oſſa martyrū, viſuntur ſacella
vbi priuatim ſacrificia fierēt, q̄ publice quorūdā im
peratorū ædicto exhiberi deo nō poterāt. Huius tē-
poribus fuit Tertullianus apher centurionis pcōſu-
laris filius, quē hieronymus primū poſt victorem & — Tertullianus.
appolloniū inter doctos latinos cōmemorat, acris
enim ingenii fuit, multa volumina ſcripſit. vidi ego
hieronymus inquit, paulū quēdā concordię qd op-
pidū Italiæ eſt, qui ſe B. petri Cypriani notariū cum
ipſe admodum adoleſcēs eſſet romę vidiſſe diceret,
referretq; cyprianū nunq̄ abſq; tertulliani lectione
vnā diē pręteriiſſe. Is vero cū vſq; ad mediā ętatem
presbyter manſiſſet inuidia deiceps & cōtumeliis cle
ricorū rōanę vrbis ad mōtani doctrinā lapſus cōtra
eccleſiā volumia cōpoſuit, maxime vero de pudici
tia, de mōogamia, de ieiuniis. ſcripſit & cōtra apolli

num lib. vi. Eiſdem quoq; tēporibus multa pręclare geſſit origenes. Nā & hebioniorū hęreſim impugnauit: qui & Chriſtū ex Ioſeph & maria natū puerū eſſe hominē dicebāt & legem iudaico ritu ſeruandā pręducabāt. Hoc idem & Symachus ſentiebat. Traduxit etiam ſua doctrina ad veram fidē Ambroſium quēdam Valētiniani dogmatis: vt ait Euſebius imitatorē vel vt Hieronymo placet, Martionitē cui pro theo Chriſto presbytero liber origenis de martyrio inſcribit. Hūc quidē & ſi hoſtem ſibi porphyrius deſumpſerit chriſtiani nominis acerrimus perſecutor: ita tamē interdum laudat: vt nunc doctiſſimum philoſophorum principē vocet: & cū dicat eū omnia Platoni ſecreta cōſecutū: carpit tamē quod religioni Chriſtianæ ſe addixerit. Scripſiſſe Origenē ad ſex millia volumina librorū Hieronymus ipſe refert. Errauit tū vt eidē & Aguſtino placet in plæriſq; maxime vero in libro de principatu: quē periarchō appellauit, hūc vero & Pāphylus martyr & Euſebius & Ruffinus Aquilienſis preſbyter mirifice commendant. At Calixtus vbi ex ordinibus quinquies per menſem decembris actis presbyteros. xvi. diaconos quatuor, epiſcopos octo creaſſet, martyrio coronatus eſt ac ſepultus in cœmiterio calopodij via aurelia, tertio ab vrbe miliario, pridie idus octobris. Sedit annos ſex, menſes decem, dies decem. vacat tum ſedes dies ſex.

Origenis Scripta & errata.

Alij tenēt eum in ſuo ſepultū cœmiterio.

## ¶Vrbanus .I.

VRbanus natione Romanus, patre Pontiano M. Aurelio Antonino imperante fuit, Chriſti. ccxxvi. ab vrbe vero cōdita. D. cccc. & lxx. Hic autē putabatur Caracalleæ filius, erāt enim qui dicerent eum vulgo conceptum, Romam veniens magna omniū expectatione imperiū adeptus Heliogabali nomē ſumpſit a ſole, cuius ſacerdos erat edito tēplo Fœnices enim Heliogabalum ſolem vocāt. Verū ita pręter expectationē is vixit, vt nullā de ſe niſi flagitiorū totiuſq; obſcęnitatis memoriam reliquerit. Nam & in virgines veſtales icœſtū cōmiſit & probroſas mulieres ſemper domi habuit, & iracūdia incitatus ſabinū cōſularē virū ad quem vlpianus ſcripſit e medio tolli iuſſit. Dignitates autem & honores malis ac flagitioſis cōmittebat, quos qdē ita aliquādo deridebat, vt cū ſecum accubuiſſent ſtratis follibus in cœna eiſdemq; reflatis ſubito ſub menſa omes reperiretur. Ita autē inhoneſte ridebat, vt publice in theatro ſolus audiretur. primus romanorum holoſerica veſte, menſis ac capſis argēteis vſus eſt. Admonentibus amicis caueret ne ad inopiam redigeretur, reſpōdit quid melius q̄ vt ipſe mihi hęres ſim & vxori meæ. Eo veſaniæ interdū prouectus eſt, vt. x. m. pōdo arachnearum collegerit, qua ex re dicebat magnitudinē vrbis Romę comprehēdi poſſe exhibuit, præterea. x. M. murum, mille muſtelas, mille ſorices. Hac vero inſania adeo cōtēni ceptus eſt, vt tumultu militari ex ortu ipſe cū matre necaretur, aiūt cū ei a ſacerdotibus ſyrijs dictum eſſet vi moriturum, eum paraſſe funē ſerico & cocco intortū, quo vitā laqueo finiret. moritur autē. iiij. imperij ſui anno. quo tēpore in palæſtina nicopolis vrbs, quæ prius Emaus dicatur condita eſt, legationis induſtriā eius rei gratia ſuſcipiente Africano rerū ac tēporum ſcriptore Vrbanus vero qui huius noſtri tēpore fuit, nō autē Diocletiani, vt quidā volūt multos ſanctitate vitæ & doctrina ſingulari ad fidem traduxit, inter hos autē valerianum virū præſtātiſſimū beatę Cecilię ſpōſum, & Tyburtiū eiuſdē Valeriani fratrē qui poſtea mar

Heliogabalus.

Vrbs Emaus nūc Nicopolis

tyriũ conſtãti animo tulere, qui conditionẽ etiã vir-
go ipſa ſubijt in domo paterna: iam antea ſuo rogatu
ab Vrbano deo dicata. eiuſdẽ quoq; vrbani inſtitutũ
fuit, vt eccleſia prędia ac fundos a fidelibus oblatos
reciperet partireturq; prouẽtus clericis oĩbus viritim
nihilq; cuiuſpiã priuatũ eſſet ſed in cõe bonum, quod
hodie obſoleuit, tãta eſt hominũ rapacitas & libido.
Sũt qui huic attribuũt diſtinctionẽ. iiij. tẽporũ ac ieiu
nij, quę antea confundebãtur hoĩm imperitia. Huius
tẽporibus triphonẽ Origenis auditorẽ fuiſſe conſtat
qui librũ pręcipue cõpoſuit de vacca ruffa in deute-
ronomio. Minutius itẽ felix inſignis tũ romę cauſidi-
cus dialogũ ſcripſit, quo Chriſtianũ & ethnicũ diſpu-
tantes inducit. Scripſit & cõtra mathematicos, cuius
etiã lactãtius meminit: Alexander quoq; hieroſoly-
mitanus eps bibliothecã illã hieroſolymis tũ inſtituit,
vnde tm̃ laudis cõſecutus eſt At vbi ex ordinationi-
bus qnqes mẽſe decẽbri habitis, presbyteros. ix. dia
conos. v. epiſcopos. ix. creaſſet martyrio coronatus
eſt, & ſepultus in cęmiterio pretextati via tyburtina.
Sedit annos. iiij. menſes. x. dies. xij. Sedes autem dies.
xxx. tum vacat.

¶Pontianus .I.

¶Statuit pontianus vt pſalmi die noctuq; per om
nes eccleſias decantarentur & vt ante miſſę ce-
lebrationem ſacerdos confiteor deo omnipo-
tenti &c. pręmitteret. Et poſt hunc vt refert col
lector in ſuo tẽporali faſciculo ſucceſſit Cyria-
cus qui papatus ſublimitatem deſeruit, vt cum
xi. M. virginum ad palmam martirij cõuolaret
quamuis tamẽ temporis ratio hoc neutiquam
ſinat, vti legenti patebit in hiſtoria prelibatarũ
virginum.



POntianus natione romanꝰ patre calphurnio
temporibus Alexandri imperatoris fuit an-
no ab vrbe cõdita. d cccc. lxxiiij. anno vero
christi. cc. & xlv. inter imperiũ vero helioga
bali & alexandri tres imꝑatores ſunt habiti Diadu-
menus, Macrinꝰ, & albinus, quorũ noĩa ꝑtermittere
inſtituit, cũ quia parũ imperarunt: tum vel maxime
quia nihil memoria dignũ geſſere. Solus tñ albinꝰ ob
edacitatẽ nomẽ aliquid apud poſteros cõſecutus eſt,
vt ait codrus qui cẽtũ ꝑſica cãpana, decẽ melones ho
ſtienſes quigẽtas ficos paſſarias. cccc. oſtrea vna cœna
cõedebat. Sed omittamus hęc mõſtra, ad Alexãdrũ
venio vnicũ virtutis exẽplar, ꝙ ſenatus ac militũ ſtu
dio imperator creatus ad cõponendã rẽp. vitioſupio
rũ principũ labefactatã aĩam adiecit, adiutores autẽ
ad hanc rẽ habuit & iuliũ frontinũ virũ doctiſſimum
vlpianũ & Paulũ viros in iure ciuili pręſtantiſſimos.
Iuſtitiam vero ita coluit, vt nemo nũquã de illata ab
eo iniuria quęſtus ſit. procul oĩni põpa & ambitione
vixit, vnde ſemel tantũ dũ cõſuleſſet picta toga vſus
eſt. Si quis aũt inter ſalutandũ capre flexiſſet, aut blã-
diꝰ aliquid dixiſſet vt adulator reijciebatur, erat prę-
terea tãtæ prudentię, vt a nemine decipi poſſet. vn-
de turinũ qui munera acipiebat quod magnę eſſe au
ctoritatis apud imperatorem videretur in foro trã-
ſitorio ad palũ alligatũ fumo necari iuſſit, ꝑcone cla-
mãte fumo punitur, qui fumũ vendidit pecunias aũt
quarũ mater Mamea, vt mulier ſtudioſa fuit oĩno cõ
tempſit gẽmas reiecit vt res muliebres. Dictitans in
Virgilio quẽ Platonem poetarũ vocabat plures &
meliores gẽmas eſſe. Lenonũ vectigal & meretricũ
& exoletorum in ſacrũ erariũ inferri vetuit idq; ſum
ptibus publicis aſſignandũ cenſuit: quo & theatrũ &

Alexãdri imperij geſta præclariſſima.

Albini voracitas.

Contra adulatores.

circus & amphiteatrũ & ſtadium inſtaurarentur. Sta-
tuas ſummorũ virorũ vndiq; cõquiſitas in foro trã-
ſitorio locauit. Thermas vero antonini caracallæ: qui
hodie antonianæ vocãtur perfecit & ornauit. Tem-
plũ xp̃o ædificare voluit eũq; inter deos recipere. Ha
buit p̄terea xp̃m ipſum abrach & orpheũ ĩ lario ſuo.
Alexãder igit̃ tot virtutib⁹ inſignis iuuenis admodũ
imp̄ator creat⁹, bellũ ſtatim contra perſas ſuſcepit, ac
xerxẽ eorũ regẽ cõſtantiſſime vicit. diſciplinæ vero
militaris adeo ſęuerus emendator fuit, vt quaſdã etiã
integras legiões exauctorauerit, qua ſęueritate factũ
Põtianus. eſt. vt militari tumultu apud magũtiacũ ĩ gallia occi
deretur. Pontianus aũt pontifex romanus inſtiganti
bus ſacrificulis idolorum, mãdato principis ab vrbe
roma in ſardiniã inſulã cum philippo presbytero de-
portat̃: eo potiſſimũ tẽpore quo Origenes Germanũ
berillus ad presbyterũ antiochenũ & Berillum arabiæ epiſcopũ
fidẽ cõuer ab hæreſi ad veritatẽ reduxit. Negabat berillus chri-
ſus ſtũ ante incarnationem fuiſſe aliqua opuſcula hic ſcri-
pſit maxime vero ep̃ſas aliquot quibus origeni ꝓ ſa-
na doctrina gratias agit. extat & dialogus origenis &
Origenis berilli in quo berillũ hęreſeos arguit. Tanti autẽ inge
commen- nĳ fuit origenes & doctrinę vt ſeptem notarĳ ſibi in-
datio. uicẽ ſuccedẽtes hoĩ vix ſufficerẽt. librarios habuit to
tidẽ & puellas apprĩe eruditas, quos oẽs ingenĳ copiã
& vbertatẽ effũdẽdo defatigabat ab ãtiochia vero ac
cerſitus romã ad mãmea alexãdri mr̃e in quã fili⁹ vni
cepius fuit, in p̄tio hitus origenes, mulierẽ xp̃ianã fi-
dẽ edoctã relinquẽs: antiochiã redĳt. Pontianus vero
multas calamitates & grauia tormẽta pro fide chriſti
in Sardina paſſus tandẽ moritur, cuius corpus poſtea
a fabiano pontifice Romam cum magna veneratio
ne ac totius cleri ſupplicationibus reportatum eſt, ac



ſepultum via appia in Calixti cœmiterio. Hic autẽ
ex ſacris ordinibus bis mẽſe decẽbri habitis, ſex p̄ſby
teros, diaconos. v. ep̃os ſex creauit. Vixit autẽ in pon
tificatu annis. ix. mẽſibus. v. diebus. iĳ. vacat tũ ſedes
in martyrio eius dies. x.

## Antherus .I.

ANtherus, vel alĳs placet Antheros natione
gręcus, patre romulo Põtifex creatur. Ma Maximin⁹
ximino imperãte, qui anno ab vrbe cõdita.
d.cccccLXXXvĳ. ex corpore militari, poſtea
quam bellum in germania proſpere geſſerat ſine vl
la ſenatus auctoritate imperator electus eſt. Fuit autẽ
ingẽtis ſtaturę vir, adeo, vt pedes. viĳ. excederet, pe
dem habuit tantę magnitudinis, vt poſtea ĩ prouer-
biĳ locum ceſſerit, cum de lõgis & ineptis hominib⁹
loquimur. Maximini caligã requirit, ꝓ annulo autẽ
vxoris dextrocherio vtebat̃. Tantę vero bibacitatis
erat, vt vini amphorã vna cœna biberet, verũ cum
Sextus a Nerone chriſtianos cędib⁹ p̄ſequeret̃. iĳ. an Bibacitas
no, poſteaq̃ regnare cęperat a pupiẽno aqlię quã obſi Maximini.
debat vna cum filio Maximino interfectus perſecu-
tioni ſimul & vitę finem impoſuit, mãmeę mulieris
chriſtianę & origenis mortẽ ꝑmaxime cupiẽs. Ferũt Virilitas
in ea obſidiõe aquileienſes fœminas funes ex capillis mulierũ a-
ſuis feciſſe, cum nerui deeſſent, ad emittendas ſagit- quileienſiũ
tas, vnde in honorem matronarũ templum Vene-
ri caluę ſenatus dedicauit. Antherus autem prim⁹ ſta
tuit, vt res geſtæ martyrum diligenter exquiſitę a
notarĳs ſcriberetur. Conſcriptas recõdi in ęrario ec-
cleſiæ mandauit, propter maximũ quẽdã, qui marty
rio coronatus eſt, ne vna cũ vita bene agentiũ memo
ria aboleretur, cẽſuit item ep̃m omiſſo primo epiſco-
patu ad alium neceſſitatis cauſa, & vtilitatis non ſui-
ipſius, ſed creditarum ouiũ poſſe transferri, interpo-

ſita ſummi pontificis auctoritate, quod hodie a ple
riſq; cõtra fit, ad vtilitatem eñ propriã reſpicientes
immo voluptatẽ vt habeant vnde expilent advbe
riorem ſemper reſpiciũt, nõ quod oues & qua ratio-
ne paſcẽdę ſint quęrẽtes, quod eſt officiũ boni paſto
ris, ſed ſciſcitantes quãtum ſingulis annis, inde exer-
pi poſſit, de cura animarũ parua fit mẽtio, de augen
dis prouentibus magna quo multa iumenta & pſes
ſeruos, ac eos quidẽ ignauos, & ſtolidos domi alant.

Iuliꝰ aphricanus.

Huius autẽ tẽporibus Iulius aphricanꝰ fuit iter ſcri-
ptores nobilis, cõſtituta etiã, vt euſebiꝰ ait cęſare ſuo
nomine inſigni bibliotheca, hęc ſub. M. Aurelio An
tonino legationẽ ſuſcepit pro inſtauratione Emaus
q̃ poſtea nicopolis appellata eſt, vt añ diximꝰ. ſcri
pſit itẽ epiſtolã ad originẽ qua oſtẽdit fabulã ſuſan-
nę apud hebręos non haberi, cõtra quem poſtea ori
genes ob hanc rem grãdem epiſtolã ſcripſit. Geninꝰ
quoq; antiochenę eccleſiæ presbiter & heraclias ale
xandrinę eccleſię põtifex, tum quidem in precio ſũt
habiti. Antherꝰ vero vno tãtũmodo epiſcopo crea
to martyriũ ſubiẽs in cœmiterio calixti, via appia ſe
pelitur tertio nonis Ianuarij. ſedit annis. xi. mẽſe. i.
diebus. xij. vacat tũ ſedes dies. xiij.

Suſannę fabula.

¶Fabianus .I.

Scite enarrat Io. le mayre in tractatu ſuo ſciſmatũ
hos philippos Imperatores poſt interitionẽ prĩcipis
corũ gordiani cęſaris tyrãnidẽ decij eorũdẽ vaſſalli
formidaſſe. quapropter vnanimi cõſenſu gazas im
peratorias Fabiano erogauere. Q̃d factũ deciꝰ indi-
gne ferẽs, ſecũdã in chriſticolas perſecutionẽ eſt ag-
greſſus. Ex quo actũ fuit, vt multa ſanctorũ corpo-
ra martyrio coronẽtur, & de eo habetur in. c. ſi quis
contriſtatus. xci. diſtinct.



FAbianus natione romanus ex patre Fabio
a gordiano & philippo, vſq; ad Decium im
peratorem peruenit. Gordianus enim ĩpe-
rium adeptus, cum parthos iam erumpen-
tes ingenti clade ſuperaſſet ad triumphum rediẽs a
philippis necatur, cuius hic fuit pręcipua laus, quod
ad. lx. duo milia librorum in bibliotheca habuiſſe di
citur. Philippus autẽ anno ab vrbe condita. D. cccc-
xcvij. reductis militum copijs e ſyria in italiam vna
cũ filio philippo annos. v. imperat. hunc autem pri-
mũ imperatorẽ chriſtiani habuere, qui quidẽ myſte
ria adire nunq̃ eſt auſus niſi cõfeſſus, poſt tertiũ ve-
ro imperij ſui annũ, mileſimus ab vrbe cõdita annꝰ
impletus eſt, vnde & ſęculares ludi celebrati ſunt. q̃
c. quoq; anno repetebant, inſtituti a valerio publico
la poſt exactos reges, a ſęculo nomẽ ducẽtes, q̃d eſt
humanæ vitę ſpaciũ. Hi tñ decij fraude licet diuerſis
in locis interfecti ſunt. Nã philippus pater Veronę
romæ filius occiditur. Fabianꝰ aũt põtifex. vij. diaco
nis regiões diuiſit, qui a notarijs, martyrũ res geſtas
colligerẽt ad cęterorũ exemplũ qui chriſti fidẽ pro-
fitebãtur. Itẽ quoq; in cœmiterijs pro dignitate mar
tyrũ ædificauit. ſtatuit pręterea, vt ſingulis quibuſq;
annis in cœna domini, chriſma renouaretur, ac vetꝰ
in ęccleſia combureretur. huiꝰ tẽpore exorta eſt no
uatiana hęreſis nouatius enim vrbis romæ presbi-
ter ob cupiditatẽ epatus oĩa diuina atq; humana mi
ſcebat, ne in manus cornelij, qui fabiano ſucceſſit põ
tificatus deueniret, ab eccleſia enim ſeparatus ſemet
ac ſuos puros. i. mundos appellabat, negabat apo-
ſtatas etiã pœnitentes recipiendos eſſe, hanc ob rem
ratione cõcilium. lx. epiſcoporũ totidẽ presbytero-
rum cum diaconis pluribus habitũ eſt, quo nouatũ

Gordianꝰ.

Philippi ĩperatores chriſtiani.

Hęc trãslata ſunt ĩ. c. literis de cõſecr. diſtinc. iij.

opinio vt falſa improbatur, quod ſaluatoris exemplo
nemini penitenti deneganda ſit venia. eiuſdẽ quoq;
temporibus origenes hæreſim quorundam ſuſtulit
affirmantium animos hominũ vna cum corporibus
interire, rurſumq; in anaſtaſi quã noſtri reſurrectionẽ
vocãt vna cũ corporibus ſuſcitari ſubſtulit & hære-
ſim belcheſatarum qui paulum apoſtolũ omnino re-
ſpuunt, quiq; aſſerunt negãtem in tormentis chriſtũ
nihil criminis habiturũ, modo integri & recti ſit cor-
dis, ſcripſit etiam idẽ autor in celſum epicurũ chriſtia-
nos impugnantem, litteras quoq; de fide ad Philippũ
& Seuerã eius vxorem dedit. At Fabiano poſtremo
de ordine fidei multa cõſcripſit. Alexãder vero cap
padoxiæ epiſcopus cum deſiderio ſacrorum locorũ
hieroſolymam perrexiſſet: cogitur a narciſſo eiuſdẽ
vrbis epiſcopo iã ſene adminiſtrationẽ epiſcopatus
ſecũ ſuſcipere. Verũ ſub Decio ardente perſecutione
quo tẽpore babylas. Anthiochiæ martyriũ paſſus eſt
cæſaream ductus ob cõfeſſionem Chriſti necatur, at
fabianus pontifex: cui dum anthero ſucceſſor quęre-
retur, colũba vt creditum eſt ſupra caput aſtitit eiuſ-
dem formæ qua illa viſa eſt quæ ſpiritum ſanctum
ſupra caput ieſu apud Iordanem detulit. martyrio co-
natur vbi ex quinq; ordinationibus menſe decembri
habitis preſbyteros.ij.&.xx.diaconos.vij. epiſcopos
xi.creaſſet, Sepult⁹ eſt aũt ĩ cœmiterio Calixti via ap-
pia.xiiij.kal. Februarij. Sedit an.xiiij.men.xi.dies.xi.
Vacat autem ſedes diebus ſex.

## Cornelius.

Hic cornelius ſanxiuit vt ſacerdotes pro cer-
ta cauſa iurare poſſent ſi vellẽt q etiã tãtæ fuit
ſanctitatis vt ſuper morbũ herculeũ ſiue caducũ
ſingularem a domino acceperit poteſtatem.



Cornelius natiõe romanus patre caſtino De-
cij temporibus fuit: qui e pãnonia inferiore
ciuitate budę budalię vel nat⁹ interfectis phi-
lippis imperiũ ſumpſit: odio in xp̃ianos ex-
ardẽs, ꝓpter philippos eiuſdẽ ſectę imitatores. Verũ
cum poſtea biẽnio cũ filio cęſare imperaſſet: a bar-
baris opprimitur adeo vt eius cadauer nuſq̃ reptũ
ſit. Digno certe dãnatus iudicio q ſeptimã poſt nero-
nem ꝑſecutionẽ in xp̃ianos mouens multos ſanctiſſi-
mos viros interemit. At vero ſub epiſcopatu corne-
lij qui apoſtatas recipiendos cenſebat penitẽtes prę- Nouatiorum error
ſertim: nouatus nouatianũ extra eccleſiam ordina-
uit, & in Aphrica Nicoſtratum, quamobrem cõfeſ- Primũ eccleſię ſciſma.
ſores, qui a Cornelio ſeceſſerant cũ maximo preſby-
tero ac moyſe ſentiẽtes ad eccleſiam reuerſi veri cõ-
feſſoris nomen adepti ſunt. Verũ poſtea inſtantibus
hereticis cornelius centũcellas in exilium mittitur.
Ad quem Cyprianus carthaginẽſis ep̃s in carcerem
coniectus literas mittit, quibus intellexit & amici ca-
lamitatem & exilij ſui confirmationẽ. Extanẽ & alię
cypriani ad cornelium epiſtolę plenę religionis & fi-
dei, ſed illa potiſſimum elegans habetur, quia noua-
tum diſcipulũ quẽdã ſuum accuſat & dãnat. De ea-
dẽ quoq; heręſi & Dionyſius alexandrinę vrbis epi-
ſcop⁹ origenis olim auditor ad corneliũ ſcripſit. No-
uatum prętereа alia epiſtola reprehẽdit quod a cõ-
munione romanę eccleſiæ diſceſſiſſet, quod etiã ſe
inuitum ad pontificatũ obeundũ diceret eſſe dedu-
ctum. Tum ille. Si inuitus nouate vt dicis deſignat⁹
es, ꝓbabis, cũ voles ſeceſſeris. Cornelius autẽ priuſq̃ Cornelij cõmendatio.
in exiliũ mitteretur inſtãte lucina matrona ſanctiſſi-
ma corpora Petri & Pauli e cathecũbis vbi min⁹ tu-
ta eſſe videbantur noctu leuant, paulũ lucina in prę

dio ſuo via hoſtienſi collocat eo loci vbi interfect⁹
fuerat. Petrum vero Corneli⁹ apud locum reponit
vbi crucis martyrium ſubierat, in tēplo apollinis ad
radices aurei mōtis in vaticanio. iij. Kal. Iulij. At ve
ro Decius vbi ītellexit Cornelium litteras a Cypria
no accepiſſe eū a centum cellis romā perduci iubet,
quē ita in telluris tēplo aſtāte vrbis p̄fecto alloquit
ſic inquit, obſtinate vitā ducere inſtituiſti: vt neq; de
os cures neq; p̄cepta vel minas pricipum timeas, &
contra rēp. litteras accipias ac mittas. Huic corneli⁹.
De laudib⁹ chriſti de rōne redimēdorū animorū, nō
de imminutione īperij litteras accepi & reddidi. Tū
decius iratus ſanctiſſimū virū plūbatis cędi: gen⁹ id
flagelli eſt, atq; deīceps ad templū martis duci iubet,
vt ſimulachrū ei⁹ adoraret. id ſi facere abnueret pœ
na capitali afficeretur. At vir ſctūs dū ad ſuppliciū
duceretur, oīa bona ſua ſtephano archidiacono cō
miſit. Poſt hoc vero tertio nonas Maij obtrūcatur.
Huius corpus btā lucia vna cū qbuſdam clericis no
ctu ſepeliuit in arenario p̄dij ſui via appia non longe
a cœmiterio calixti. Sunt qui ſcribant hunc pōtificē
ſub Gallo & voluſiano paſſum. At ego multo ma
gis Damaſo credo q Decij iuſſu hoc factū affirmat.
Cornelius autē menſe decēbri ſacrorum initiādorū
poteſtatē bis fecit. Vnde presbyteros. iiij. diaconos
iiij. epōs. vij. creauit. Sedit annis duobus, men. ij. die
bus tribus. Sedes autem diebus quinque, &. xxx.
vacat.

## Lucius. .I.

Hic lucius ſtatuit vt duo pręsbiteri & tres dya
coni ſemper eū ſequerētur propter probitatis
teſtimoniū q̄uis conſcientię ſecuritas ad ſalutē
ſufficiēs eſſet, de eo late eſt tractatū i. c. Iubem⁹
de conſecrat. diſtin. i.

Lvcius natiōe romanus patre porphirio im
perāte Gallo vibio pontifex eligitur. Gallus
em̄ cū voluſiano filio imperiū obtinuit, quo
rū tēporibus in vltionem xp̄iani nominis tā
ta peſtis exorta eſt vt paucę domus nedum ciuitates
& prouinciæ extiterint, quę non tantā calamitatem
ſenſerint. Verum Gallus & voluſianus dum cōtra
emylianū res nouas agitantem bellum ciuile moliū
tur interamne necātur, nōdū cōpleto imperij ſui bi
ennio. Aemilianus vero obſcuro loco natus tertio
menſe occupatæ tyrannidis opprimitur. Mox autē
Valerianus in rhetijs & norico ab exercitu Gallie
nus Romę a Senatu īperatores eligūtur, quorū īpe
rium p̄niciosum romāo nomini fuit, principiū igna
uia & in xp̄ianos ſcęuitia. Nā & Germani Rauēnam
vſq; peruenere, ferro ac flāma omīa vaſtātes. & Va
lerianus in Meſopotamia bellum gerēs a parthis ca
ptus in ſeruitute turpiter vixit, eo em̄ vt ſcabello Pa
corus p̄ſarū rex equū inſcenſurus vtebatur, ac meri
to quidē cū ſtati vbi imperiū arripuit octauus a Ne
rone adigi tormētis xp̄ianos idola colere abnegātes
q̄ interfici vbiq; iuſſerit. Territus aut tā claro dei iudi
cio Galienus pacē eccleſijs tribuit. Sero tn̄ iam enim
dei voluntate barbari oēs in fines romanos erupe
rāt, & tyranni quidā p̄nitioſi exorti ſunt, qui qd̄ do
mi relictū erat ab externo hoſte peſſundarēt. Galie
nus vero cū rēp. deſeruiſſet ac Mediolani libidinibus
operā daret occiditur. Lucius igitur mortuo. volu
ſiano exilii pœna liberatus romā veniēs, cōſtituit vt
duo presbyteri, diaconi tres vbiq; locorū ep̄m comi
tarentur, eius vitę & actionis teſtes. Huius autem tē
poribus martyriū paſſus eſt Cyprianus, q primo re

Gallus vibius.

Valerianus

Pacorus.

Octaua p̄ſecutio. xp̄ia. oīū

Mors Galieni.

thoricam docuit, deinde ſuadēte presbytero cæcilio,
Cypriani martyriū
vt Hieronymus ait, a quo & cognomē ſortitus eſt, ad xp̄ianos tranſiens oēs facultates ſuas pauperibus erogauit. Presbyter primo deīde Cartaginēſis ep̄s creatus ſub Gallo & Voluſiano martyrij pœna afficitur,
Pontius.
Cuius vitā & martyriū Pōtius eiuſdē cypriani p̄sbiter & exilij comes ęgregio volumine cōpoſuit. Ante vero q̄ morerēt ciprianus venerat in ſniam eccleſiæ romanæ. Nō eſſe rebaptizandos hæreticos, ſed ſola manus impoſitiōe in gratiā recipiēdos. Hac em̄ de re inter Ciprianū & Corneliū magna fuerat olim cōtētio. Lucius vero anteq̄ ad martyriū iubente Valeria
Lucij Martirizatio.
no duceretur, omnē poteſtatē eccleſiæ Stephano archidiacono ſuo permiſit. Ter aūt dandis ordinibus ſacris vacauit decēbri menſe, vnde presbiteros. iiij. diaconos. iiij. ep̄os. ſeptem creauit. Sepultus eſt in cœmiterio calixti via appia. viij. Kalē. ſeptembris. ſedit annis tribus menſi. iij. diebus. iij. Dies quinq͂. &. xxx. ſedes, tum vacat.

## Stephanus I.

STephanus natione romanus patre Iulio, cum iam de imperio Romano actum videretur, pōtifex eligitur, eo potiſſimum tēpore quo Poſthumus in Gallia tyrannidē occupat cū maximo reip. emolumēto. Nā annis. x. ingēti moderatiōe vſus pulſis hoſtibus ꝓuinciā ī priſtinā formā redegit, huic deīde militari tumultu apud Maguntiacū inter
Victorinus cæſar.
fecto Victorius ſucceſſit vir quidē in re militari ſtrenuus, ſed dū nimię libidinis eſſet, & aliena matrimōia corrūperet Agrippinę occidit. Stephanus aūt ad ordi
Hęc cōſtitio tranſlata, in, c. ve
nandā eccleſiā cōuerſus inſtituit ne ſacerdotes & leuitę veſtibus ſacris alibi q̄ in eccleſia & peragēdis ſacris vterēt, ne ſi ſecus facerēt pœnā Balthesſar regis Babylonis ſubirēt qui vaſa ſacra ꝓphanis manibus attigerat. De rebaptizādis aūt his qui ad fidem redijſſēt eadē ſenſit q̄ Cornelius pontifex, neq͂ vllo modo his re
ſtimenta de cōſecca diſtinct.
cōmunicādū eſſe qui rebaptizarēt. Vnde Dionyſius qui antea hac de re cū chartaginenſibus & orientalibus ſenſerat mutata ſententia ad Stephanū ſcribens: eum bono eſſe animo iubet cū eccleſiæ tam Aſianæ quā aphricanę mutata opinione in ſententiā romanę ſedis iam veniſſent. Iuuit & eccleſiā dei illa tēpeſtate Malchion eloquētiſſimus Antiochenę eccleſię preſbyter. Hic enim contra Paulū Samoſatenū epiſcopū
Malchion
Paulus ſamoſatenus.
Antiochenū ſcripſit, ꝙ dogma Artemonis inſtaurare conaretur, affirmātis Chriſtū cōmunis naturę hominē tantūmō fuiſſe, nec ſemꝑ fuiſſe, ſed a Maria ſūpſiſſe principiū. Quę opinio poſtea in antiocheno cōcilio oīm cōſenſu inprobata eſt. Hac aūt de re, Idem Malchion grandē ep̄ſam noīe Sinodi ad chriſti fideles ſcripſit. Stephanus aūt cū opere & verbis multos gentiles ad fidem chriſti conuertiſſet, Conquiſitus a Gallieno, vt quidā volunt, vel ab his qui ex deciano edicto chriſtianos perſequebantur vna cum plæriſq͂ ſuorum ad martyriū rapitur. Capite enim mulctatus in Calixti cœmiterio via appia ſepelitur. iiij. nonas Auguſti. cum iam ex ordinibus ſacris bis menſe decembri propoſitis presbyteros ſex, diaconos quinq͂ epiſcopos tres creaſſet. Sedit annis. vij. mēſibus quinque, diebus duobus. Sedes autem ad dies duos &. xx. tum vacat.

## Sixtus .I.

Hic Sixtus ędicto ſtatuit, quod miſſa ſuper altare fieret quod antea non obſeruabatur & martyrio coronatur ſub gallieno alio nomine decio vocitato.

Sixtus ſecūdus natiōe græcus patria Atheniē-
ſis ex philoſopho Chriſti diſcipulus factus eſt
durāte adhuc Deciana & valeriana perſecu-
tione. Sed nō erit a re noſtra alienum reliquos
tyrannos, vt cœpimus ſparſim ſcribere, quoad verū
principem attigerimus. Nam victorino in Gallia in-
Tetricus. teremptoo, Tetricus ſenator, qui tum Aquitaniā gu-
bernabat abſens a militibus imperator creatur. At
vero dum hæc in galliam agerentur per Odenachū
perſæ victi, defenſa ſyria Meſopotamia vſq; ad the-
ſiphontē recepta eſt. Eaq; tempeſtate exorta doctri-
na eſt apud Ptolemiadē quæ olim barcę vocabatur
pentapoleos ciuitatē plena blaſphemijs in deū patrē
& in chriſtū quē ſummi dei filiū eſſe negabat primo
Sabelliani genitumq; omnis creaturæ. Simul etiā ſpiritus ſancti
intellectum auferebāt. Ii ſabelliani a ſabellio auctore
Cherinti tam peruerſę ſectę inuentore vocati ſunt, quid dicam
heręſis. de ſpurciſſimo cherinti dogmate? Qui poſt mille an-
nos futurā anaſtaſim & regnum chriſti in terris dice-
bat vnde chiliaſtos a græcis vocatus eſt. Is aūt quia
libidinum & cupiditatū impatiens erat, voluptates
ipſas in pmiſſionibus futuri regni ſanctis pponebat,
abundantiā ciborū & mulierū copiā. Idem ſentiebat
& nepos in partib[9] ęgypti eps. In delitijs em̄ corporis
& voluptatibus oībus regnaturos in terra ſanctos cū
Nepotiani chriſto dicebat, hinc nepotiani tam turpis ſectę imi-
tatores vocati ſunt. Confutare & extinguere has opi
niones ſixtus aliquando meditabatur, verum accuſa
tus quod chriſti fidem contra imperatorum decreta
prędicaret captus ad martis tēplū ducitur vt aut Marti
ſacrificet, aut ſi id facere noluerit pœnam capitis ſub-
Laurētius eat. Euntem ad ſupplicium Laurentius archidiaco-
nus ita alloquitur. Quo inquit progrederis ſine filio



pater. Quo ſacerdos optime ſine miniſtro properas
Cui ſixtus, ego te non deſero fili. Maiora tibi pro fide
chriſti ſuperſunt certamina. Poſt triduum me ſeque
ris ſacerdotem leuita. Interim autem ſi quid in the-
ſauris habes id pauperibus diſtribue. Eodem vero
die vna cum ſixto diaconi ſex interficiuntur. Fœli-
ciſſimus, Agapitus, Ianuarius, Magnus Innocētius,
Stephanus. vi. idus auguſti. Laurentius vero triduo
poſt vna cum claudio ſubdiacono & Seuero presby
tero & Creſcentio lectore, & romano hoſtiario vari
is cruciatibus necatur. iiij. idus Auguſti. Exuſtū igni
Laurentium ferunt. Vincentius vero quem ſixti di Vincētius
ſcipulum fuiſſe conſtat in hiſpaniam profectus huic
martyrio intereſſe non potuit. Sixtus autem in pon
tificatu ſuo ſacrorum ordinum poteſtatem bis fecit
menſe decembri, vnde & presbyteros. iiij. diaconos.
vij. epiſcopos duos creauit. Sixti corpus in cœmite-
rio calixti via apia ſepelitur. Reliqui vero martyres
iacent in cœmiterio prætextati in agro veranio via
Tyburtina. Sedit autem Sixtus annos duos. mēſes.
x. dies. iij. & xx. Vacat tum ſedes dies quinq; et xxx.

¶ Dionyſius. .I.

Dionyſius cuius originem Damaſus inueniri
potuiſſe negat ex monacho pontifex crea- De eo la-
tus presbyteris eccleſias et cœmiteria in vr tiſſie exa-
be Roma ſtatim diuiſit, Parochias et Dioce ratur in. c.
ſes foris diſtribuit, quo quiſq; finibus ſuis limitibuſ- eccleſias.
ue contentus eſſet. Huius tēporibus fuiſſe Claudium xiij. q. i.
exiſtimauerim qui vbi ex volūtate Senatus iperiū Claudius.
ſuſcepit Gotthos annis iā. xv. illyricū macedoniāq;
vaſtātes bello adortus icredibili clade fugauit. Hāc
obrē in curia aureus clypeus ī capitolio aurea ſtatua
eidem a Senatu decreta eſt, Morbo autem correptus

apud ſyrmiũ moritur nondũ expleto biennio in im-
Quintili⁹. perio, quo mortuo ſtatim Qintili⁹ frater ab exercitu
imperator eligitur, vir quidē vnicæ moderationis &
qui ſolus fratri ꝑferri poſſet. Is quoq;.xvij.imperij die
Paulus ſa- interficitur. Dionyſij vero tēporibus, paulus Samoſa
moſaten⁹. tenus ab ortodoxa fide deſiſcens artemonis hæreſim
Artemon ſuſcitauit. Nã ide mortui locũ Anthiochenus eps̃ cre
atus, ſuperbe nimiũ ſeſe habebat. intereundum enim
præ ſuperbia & literas relegebat, & dictabat epiſtolas
multis cõſtipato agmine præcedētibus, ac ſubſequen
tibus. Vnde ꝓpter hominis arrogantiam chriſtianã
religionem plæriq; deteſtabantur. Sed quid facerent
In pompã noſtra tempeſtate, qua nil vel ſuperbiæ vel pompæ
ſacerdotũ nolo dicere luxriæ addi põt. Si tot adoleſcentes ante
ambulões ſeriatcos & coccinatos in equis pręferocib⁹
ac phaleratis viderent. Si quæ ſubſequentium presbi
terorum turbam cernerēt, clamydibus optimi cuiuſ-
q; coloris, hinc inde ab equis deauratis pendentibus,
Execrarentur eos ſat ſcio, dicerent nil eis cũ christo
Hæreſis. præter ſimilitudinem quãdam religionis cõmune eſ
pauli. ſe. Ad paulum redeo, quē tutius reprehendere licet,
Is enim inflatus opinione ſuiipſius, ac tribunal altius
q̃rens, negabat dei filium e cœlo deſcēdiſſe, ſed a Ma-
ria cœpiſſe originem, & initium e terra habuiſſe. Hãc
ob rem in concilio anthiocheno omniũ epiſcoporũ,
qui aderant conſenſu publice damnatus eſt, maxime
Gregori⁹. vero Gregorij cęſarienſis epiſcopi viri ſanctiſſimi ſē-
cæſariē̃ſis tētia, qui tãto concilio interfuit, & poſtea ꝓ fide chri
ſti martyrij pœnã ſubijt. In paulũ vero malchio antio
chenus presbyter multa diſſeruit & ſcripſit, quia Ar
temonis hæreſim, vt dixi ĩſtaurare conabatur. Huic
aũt cõcilio ꝓpter ſeniũ intereſſe Dionyſius nõ potuit
Ea tamen de re ad eum per maximum Alexandrinũ



epiſcopũ late perſcriptum eſt. Martyriũ autē paſſus
Dionyſius ſepelitur in cœmiterio calixti, vbi ex in-
ſtitutionibus duabus mēſe decēbri habitis presbite-
ros.xij.dyaconos ſex ep̄os ſeptē creaſſet. Sedit annis
ſex.mē.duobus.diebus.iiij.vacat tum ſedes dies ſex.

¶Fœlix. .I.

¶Hic felix feſta dedicationis eccleſiarum ſecu
lis annis celebrare conſtituit.

FOelix natione Romanus patre Conſtanti- Aurelia
no, Aureliani tempore fuit, qui anno ab vr nus.
be condita milleſimo, ac.xxvij.imperiũ ade
ptus. Vir militari diſciplina clarus Gotthos
apud Danubium graui prælio ſuperat In Aſiam de
inde trãijciens Zenobiã quę occiſo Odenacho mari
to orientis tenebat imperium apud Thymas haud
longe ab Antiochia terrore magis quam prælio vi
cit, eamq; in triumphũ vna cum Tetrico ducit, quo
apud Catalaunos ſuperato Gallias receperat. Aure
liani tamen clementia, & humanitate Zenobia ho-
norifice in vrbe cõſenuit, vnde Zenobia familia ro Zęnobia
mana originem habuit, & Tetricus cõſeruatus Lu Familia
canis deinde pręfuit. At pacis vero opera cõuerſus
imperator & templũ Apollinis & muros vrbis ma
gnificentiſſimis operibus extruit. Hic autem poſtea
mota in chriſtianos perſecutiõe nonus a Nerone de
cœlo tactus inter conſtantinopolim & Heracleam Aetricus
in Zenophrurio occiditur. Fœlix autem martyrum Nona pe-
gloriæ conſulens, ſtatuit vt quotannis ſacrificia eo- ſecuito.
rum nomine celebrarentur, vtq; nullibi q̃ in ſacro
loco & a viris ſacris & initiatis ſacrificiũ qđ miſſam
appellant celebraretur, neceſſitatem ſemper excipi
ens. Quod ſi de conſecratione templi ignoratũ fue-
rit, vtpote vetuſtate & abolitione monumētorum

conſecrari denuo mandat. Necꝫ enim vt ipſe aiebat
iteratum dicitur quod factum eſſe neſcitur. Huius
Manes pſeudo xp̄s ſe ꝓfitetur
tempore Manes quidam gente perſa, vita & mori-
bꝰ barbarus, ꝓfiteri ſe chriſtum auſus eſt, aſcitis in ſo-
cietatẽ duodecim diſcipulis quo fidem rebus in om-
nibus faceret. Vt autem tum impugnatur. Manes
ob impietatem & ſuperbiam ita maxime laudatur
Anatolius.
Anatolius laudicenus ep̄s, propter religionẽ & do-
ctrinam. Auſus etiam eodem tempore Saturninus
Saturninꝰ
eſt, nouam Antiochiã condere exercitus opera fre-
tus. Verũ dum audacter nimiũ imperiũ quocꝫ mo-
litur inuadere apameæ tandã occiditur. Fœlix autẽ
vbi repetitis ſacris ordinibus menſe decembri preſ-
byteros. ix. diaconos quicꝫ ep̄os quincꝫ creaſſet mar-
tyr via aurelia ſepelitur. iij. Kal. Iunij in baſilica quã
antea in honorem dei condiderat, ſecundo ab vrbe
miliario. Sedit autem an. iiij. men. iij. dies. xv. Vacat
tum ſedes dies quinque.

## Eutichianus. .I.

Eutichianus natione thuſcus patre Maximo
temporibus aureliani fuit, cui quidem interẽ-
pto tacitus ſuccedit vir certe idoneus reipu.
gubernãdę, ob eius virtutẽ & integritatem.
Tacitus.
Verũ in ponto ſexto menſe poſt adeptũ imperium
occiſus eſt. Florianus quocꝫ qui Tacito ſucceſſit, ter-
tio demũ imperij ſui menſe apud tarſum occiditur.
Eutichiãi conſtantia
Eutichianus autẽ inſtituit, vt in altari frugibus bene-
diceretur, maxime vere fabę & vuę. Cõſtituit item
ne q martyres ſepelire vellẽt ſine Dalmatica collo-
bione purpureo id facere auderent, ſe neſciẽte ꝓſer-
Dorotheꝰ
tim. Sũt q ſcribant huius tẽporibus Dorotheũ Eunu-
chum fuiſſe virũ certe gręca, & hebraica lingua do-
ctiſſimũ, cuius doctrina mirifice delectatũ Aurelia-



num ferunt. Nã ita primis ĩperij ſui annis chriſtianis
fauit, vt Pauli ſamoſatẽi ſectã ab eccleſia ſeparauerit.
Verũ poſtea malis cõſilijs ſubornatꝰ ĩ chriſtianos vt
dixi perſecutionẽ mouẽs ſcriptis iam ea de re ad prę-
ſides prouinciarũ literis diuino iudicio interimitur.
Ipſius aũt Dorothei ſcripturas ſacras exponẽtis au-
ditor Euſebius etiã adoleſcẽs fuit. Anatoliꝰ quocꝫ ale- Euſebius.
xandrinus laodiceæ Syrię epiſcopus multæ doctrinę
vir plæclara quędam in mathematicis & ſcriptura
ſacra tum compoſuit. Inuectus eſt & in manicheorũ
hęreſim, quæ tum maxime inualuerat. Ii ad reliquos Hæreſis
errores & duas ſubſtantias introduxerũt, bonam & manicheo-
malã, dixerecꝫ animas ex deo quaſi ex aliquo fonte rum.
manare. Teſtamentũ vetus oĩno reſpuebant, nouũ
vero aliqua ex parte recipiebãt. At Eutichianus vbi
ex ſacris ordinibus menſe decẽbri habitis presbyte-
ros. xiiij. diaconos. v. ep̄os nouem creaſſet, martyrio
coronatur. & in cœmiterio calixti via appia ſepelitur
viij. kalen. auguſti. Sedit an. vnum, menſem vnũ, diẽ
vnum. Vacat tum ſedes dies. viij. Sunt tñ qui ſcribãt
eum annis octo menſibus decẽ in pontificatu vixiſſe
Sed ego multo magis Damaſo credo, qui primę ſen-
tentiæ auctor eſt.

## Caius .I.

Caius natione Dalmathęus patre Caio ex
genere Diocletiani imperatoris, primum
Probi tempore fuit, deinde Caio & Carino
imperantibus. Probus aũt rei militaris glo- Probus.
ria iſignis, ſuſcepta reip. adminiſtratiõe gallias a bar-
baris occupatas ingenti felicitate reſtituit. Saturninũ
imperium vſurpare conãtem in oriente. Proculũ &
Bonoſũ agripinę magna celeritate oppreſſit. Apud
Sirmum tamẽ vir acer & iuſtus, tumultu militari &

licentia occiditur anno imperij eius ſexto, poſt quem
*Carinus.*
carus Narbonenſis imperium ſuſcepit, ac biennio te
nuit. Hic cũ filios duos carinum & numerianũ ad gu
bernacula imperij traduxiſſet, bello parthico capitis
etiã cœlenis & Cteſiphonte nobiliſſimis vrbibus ĩ ca
ſtris fulmĩe ictus cõcidit. Numerianꝰ vero qui tũ cũ
patre erat rediẽs apri ſoceri ſui fraude necat̃. Carinꝰ
aũt probris oĩbus cõtaminatus, a diocletiano difficili
tñ bello in Dalmatia victus ſcælerũ ſuorũ pœnas tan
dem luit. Caius vero ordines in eccleſia diſtinxit qui
*Caij pon. cõmendatio.*
bus tanq̃ gradibus quibuſdã ad epiſcopatũ aſcẽderet.
Ii erãt Hoſtiarius, lector, exorciſta, accolitus, ſubiaco
nus, diaconus, presbiter, epiſcopus. Idẽ quoq; vt quõ
dam Fabianus regiões diaconis diuiſit, qui res geſtas
martyrum conſcriberent. Conſtituit etiam ne ꝓpha
nus quiſpiã ſacris initiatum in iudicium vocaret, ne
*Victorinꝰ*
ue paganus, aut hæreticus accuſandi chriſtianũ homi
nem poteſtatem haberet. Huius tẽpore fuiſſe victo
rinũ Petabionẽſem epiſcopũ cõſtat, qui multa cõmẽ
taria in ſacros codices ſcripſit. Inuectus eſt etiã in hære
ſes oẽs licet nõ æque Græcã linguã nouerit, vt Hiero
nymo placet, & qui affirmat eius eius ſcripta grandia
ſenſu, cõpoſitiõe vltima apparuiſſe. Pãphilꝰ vero pſbi
ter Euſebij Cæſarienſis epĩ neceſſarius, adeo diuinorũ
*Panphili cupiditas commendanda.*
voluminũ cupidus fuit, vt magnã partẽ librorũ ori
genis ſua manu deſcripſerit, quos quidẽ libros Hie
ronymus affirmat ſe vidiſſe in bibliotheca cæſarienſi
tãta auiditate, vt Crœſi diuitias conſecutũ ſe arbitra
retur. Scripſit idem Pãphilus apologeticũ pro orige
ne: Quod etiam Euſebius nõ multo poſt fecit. At ve
ro Caius orta in Chriſtianos tẽpore Diocletiani tãta
ꝑſecutiõe q̃nta nũquã ãtea ĩ ſubterrãeis locis q̃s cry
ptas vocant diu latuit. Captus deinde a perſecutori



bus vna cum Gabinio fratre eiuſq; filia ſuſanna mar
*Gabinius. Suſanna.*
tyrio coronatur, & via appia ĩ cœmiterio caliſti ſepe
litur. x. kalẽ. Maij. Sũt etiã qui ſcribãt Luciã, agatham
agnetẽ non multo poſt martyriũ paſſas fuiſſe. Sedit
autem Caius annis. xi. men. iiij. diebus. xij. Quo qui
dem tẽpore presbyteros quinq; &. xx. diaconos octo,
epõs. v. creauit. Quater ordinibus ſacris mẽſe decem
bri habitis. Vacat tum ſedes dies. xi.

## Marcellinus .I.

MArcellinus natione Romanus patre proie
cto Diocletiani dalmatæ obſcuro loco nati
& Maximiani tẽporibus fuit. Diocletianus
*Diocletianus.*
ẽm anno ab vrbe cõdita. m. xli. ab exercitu
imperator electꝰ aprũ qui Numerianũ interfecerat
ipſemet occidit. Verũ mortuo ĩ gallia tumultu potiꝰ
q̃ bello eo cũ exercitu maximianũ cognomẽto, her
culeũ miſit, qui agreſtes facile cõpeſcuit. At vero cir
cũſtrepẽtibꝰ vndiq; bellis cũ ſolꝰ diocletianus reſiſte
re tot periculis nõ poſſet, maximianũ Auguſtũ cõſtã
*maximianus.*
tiũ vero & maximianũ galerũ cæſares creat. Maximi
anus autẽ caruſio fraude allecti interempto Britan
niam poſt annos. x. recepit, at Conſtantius herculeus
*Conſtantius:*
cum primo in gallia male pugnaſſet, renouata ſecun
do pugna, multa milia alemãnorũ occidit, qui eo ve
nerant mercede conducti, ac gallias placatas reddidit
Diocletianus interim captam alexãdriam quã Achil
leo reſiſtente menſibus octo obſederat diripiendam
militibus dedit. Prætereavero maximianus galerius
quum duobus prælijs contra Narſeum bene pugnaſ
ſet, poſtremo inter galiecium & caras ſuperatur. At
que tam ſiniſtra pugna amiſſis copijs ad Diocletianũ
cõfugit, a quo ita arogãter exceptus eſt, vt ꝑ aliquot
millia paſſuum purpuratus añ currũ eius cucurriſſe

dicatur,is aũt cõtumelia motus repetito bello hoſtes
ſuperat ac domat. Pacatis hoc mõ vndiq; reb⁹ Dio-
cletianus in oriẽte. Maximiam⁹ vero herculeus in oc

Decima perſecutio & magna

cidẽte. Veſtari eccleſias chriſtianos affligi interficiq;
mãdãt, decima poſt neronẽ perſecutione, quæ certe
oĩbus diuturnior & ĩmanior eſt habita. Nã & ſcriptu-
ræ ſacræ igni exhauſtæ ſũt, & ſi quis chriſtianus in ma
giſtratu fuiſſet eo ſublato remanebat infamis. Pręter
ea vero ſerui qui in chriſtianiſmo perdurabãt liber-
tatem conſequi non poterant. Milites itẽ Chriſtiani
cogebãtur aut immolare idolis aut militiã pariter vi
tamq; deponere ędicto principis in foro poſito. Hoc
vero quidam lacerare auſus pelle nudatus ſuperfuſo
aceto & ſale tãdiu cruciatur quoad vita ſupfuit. Hũc

Dorothe⁹ Gorgoni⁹

in fide cõfirmarũt Dorotheus & Gorgonius viri cla
riſſimi. Hiſdem diebus forte fortuna in vrbe nicome
dię regia domus incendio cõflagrare cæpit. vnde im
perator a chriſtianis id factum falſa ſuſpitione exiſti-
mans multos interfici pleroſq; viuos in ignem cõijci
iubet. Eadem quoq; ſæuitia vſi ſunt qui in militeni
prouincia in Syra in Aphrica, in thebaide, in ęgypto
cum imperio erant. In planitię vero paleſtinę & Tiri
multi ſæuiſſimis beſtijs expoſiti ſunt. Nullum autẽ
genus tormẽtis chriſtiani tũ non adhibitum eſt. Pro
vngulis enim teſtas fictiliũ vaſculorum adhibebant.
Quibuſdam vero harũdines acutæ ſub vnguibus fi

immaniſſimũ gen⁹ formẽti in mulieres.

gebantur. Hoc etiam tormẽto vexatæ mulieres ſunt
harundinibus ipſis per pudenda corporum adactis.
Vrbs quædã in phrigia tota combuſta eſt quia ciues
idolis ſacrificia exhibere recuſarũt. Adaucto Roma-
no viro ſanctiſſimo eos in fide retinẽte. Ad hæc po-
ſtremo venere ſæuiſſimi tortores, vt oculis effoſſis
ac cauterio aduſtis ſæuirẽt. Paſſi etiã martyriũ ſunt



Anthim⁹ Lucianus pãphilus Hileas.

Anthimus Nicomedæ epiſcopus. Lucianus presby
ter antiochenus vir doctiſſimus, Pamphilus Cęſari-
enſis, Hileas ęgyptius qui & thyn⁹ vocabatur. Is enĩ
capitali pęna afficitur, qui & librum de laudib⁹ mar-
tyrum cõpoſuit, & impugnare iudices male iudican-
tes auſus eſt. Quid plura? cũ Damaſus referat. xvij.
milia hominum vtriuſq; ſexus dieb⁹. xxx. per diuer
ſas prouincias martyrio coronata fuiſſe. Omitto eos
qui in iſulas relegati ſunt, vel ad metallũ, vel ad op⁹
metalli, vel ad fodiendas harenas excidẽdoſq; lapi-
des damnati. Quæ multitudo prope infinita eſt habi
ta. At marcellinus pontifex ad ſacrificia gẽtiũ duct⁹

Marcellini incõſtãtia.

cum nimis inſtarent carnifices, vt thura dijs exhibe-
ret, metu perterritus deos alienos adorauit. Habito
deinde non ita multo poſt cõcilio centũ & .lxxx. epi-
ſcoporũ in Sinueſſa vrbe Cãpaniæ, eo & marcellin⁹
ſquallidus & puluerulentus ac cilicio indutus profici
ſcitur, petitq; vt ſibi pro incõſtãtia debita pœna tribu
atur. Qui eũ dãnaret in tãto conſilio nemo vnus in-

Cõtra eos qui in ſentẽtiã ſunt pręcipites

uentus eſt. Cũ dicerẽt omnes: ea ferme ratione petrũ
peccaſſe ac flendo peccati pænã fuiſſe. Rediit Romã
marcellinus iratus Diocletianum adijt, hominẽque
increpat, qui ſe impulerit Dijs gentium immolare.
Ducitur ad martyrium Diocletiani iuſſu marcelli-
nus cum Claudio Cyrino Antonino xp̄i fidelibus.

Claudius Cyrinus Antoni-

Intereundum vero marcellum presbyterum admo
net ne Diocletiani præceptis obtẽperet in reb⁹ maxi
me ad fidẽ pertinẽtibus, neue corp⁹ ſuũ ſepulturę tra
deret, quod diceret ob negatũ Saluatorẽ ſe id nequa
q̃ mereri. Horũ aũt ſimul interẽptorũ corpora Dio-
cletiani iuſſu ad dies ſex & xxx. inſepulta iacuerunt
via publica. Vnde petri apoſtoli iuſſu q marcello in
ſomnis apparuit via ſalaria ĩ cęmiterio q̃d priſcillę de

Appari-
cio b.petri
marcel.

inceps nomē habuit,ſepeliuntur.vi. kalē. maias apđ
beati Creſcentionis corpus. Tandē vero aperuit ocu
los deus,vt euſebi⁹ ait,& eo Diocletianum cōpulit,
vt depoſita īperio priuatus viueret. Idē fecit & ma-
ximianus eius collega acerrimus ꝑſecutionis xp̄ia-
nę auctor. Qui poſt aliquot ānos multis varijſq; mor
bis vexatus ac poſt longos cruciatus inſania mentis
percitus furijſq; ſcęlerum agitatus ſeipſum tandē pe-
remit. Hanc autē calamitatem quā noſtri paſſi ſunt a
deo pmiſſam refert Euſebius,propter corruptos ni-
mia libertate & indulgētia chriſtianorum mores: ma
xime vero eccleſiaſticorum quorū peruerſitatē diui
na iuſticia frenare hac perſecutione inſtituit,dū ſimu-
lationē in vultu,dolū in corde fallaciam in eorū ver-
bis cerneret. Ii enī liuore ſuperbia inimicitijs odijs iter
ſe certantes tyrānidem potius q̄ ſacerdotiū ſapere vi-
debantur chriſtianę pietatis omnino obliti ac diuina
miſteria prophanātes potiuſq̄ celebrātes. Sed qui fu-
turum noſtra ætate arbitramur, quo vitia noſtra eo
creuere,vt vix apud deum miſericordiæ locū nobis
reliquerint? Quanta ſit auaricia ſacerdotum & eorū
maxime qui rerū potiūtur quanta libido vndiq; cō-
quiſita,quanta ābitio & pōpa, quanta ſuperbia & de
ſidia,quanta ignorātia tū ſui ipſius tūm doctrinę xp̄ia
næ q̄ parūa religio & ſimulata potiuſq̄ vera, q̄ corru
pti mores vel in prophanis etiam hominibus quos
ſeculares vocant deteſtandi nō attinet dicere. cū ipſi
ita aperte & palā peccēt ac ſi inde laudem quærerēt.
Veniet mihi,credita,vtinam falſus ſim vates veniet
Thurcus hoſtis xp̄iani nominis Diocletiano & Maxi
miano violentior Italiæ clauſtra iam pulſat. Nos de-
ſides & ſomniculoſi interitum cōmunē expectamus
voluptati priuatæ potius q̄ communi vtilitati con-

Perſecu-
tio xp̄ia-
norū pro-
pter q̄đ cō
tigerit.

Prophecia



ſulētes. Ad marcellinum venio,quē vtinam aliquā
do imitati ad ſanitatē redeamus. Hic enim vt dixi co
gnito errore ſuo quo a fide defecerat ad ſe rediens
martyrium pro fide chriſti cōſtanti aīo paſſus eſt.
Vbi ex ſacris ordinibus bis menſe decembri habitis
preſbyteros.iiij.diaconos duos,epōs quinq; creaſſet.
Sedit autem an.ix.men.ij.diebus.xvi. Vacat tum ſe
des,quinq; dies &.xx.

## Marcellus. .I.

Marcellus de quo hic agitur cū maxētio maxi-
mum adortus fuit inſultū, dicens æquiſſimum
principem decere eccleſas dilapidatas reſtaura-
ri & dei omnipotentis ſacerdotes venerari vt
eſt exaratum in.c.boni, q̄ eſt cano.finalis.xcvi.
diſt. Et ſtatuit ꝙ conciliū generale non poſſit ce
lebrari ſine ſummi pontificis auctoritate.

MArcellus natione Romanus patre benedi-
cto ex regione viæ lataæ a Conſtantio & Ga
lerio vſq; ad Mazentium peruenit. Conſtan
tius enim & Galerius abdicantibus ſe ab im
perio Diocletiano & maximiano imperij guberna
cula ſuſcipiētes prouintias inter ſe ptiti ſunt. Nam
Galerius illyricum Aſiam & orientē ſortitus eſt. Cō
ſtantius vero ſingulari moderatione vſus Gallia tā
tum & Hiſpania contentus fuit,licet ei & italia for-
te obtigerit. Vnde Galeri⁹ duos cæſares legit maxi-
mianū quē orienti pręfecit. & Seuerum cui italiam
commendauit. Illyricum ipſe retinuit,quod ea bar-
baros hoſtes populi Romani iter facturos ſentiebat.
At Cōſtātius vir ſingularis māſuetudinis & clemē-
tiæ Gallis omnibus cariſſimus fuit,pręcipuę veroq;
& Diocletiani vaphrum ingeniū & maximiani cru
delitatē non ſine magno diſcrimine euaſerant. Mo-

Mazenti⁹.
Cōſtātius.

Galerus.

Marcelli cōmendatio.

ritur autē Conſtantius boraci in britannia principatus ſui anno.xiij.atq; in diuos ſummo omniū conſenſu refertur.at Marcellus diuino cultu intētus,vbi priſcillam Matronā romanā impuliſſet, Cœmiterium ſuis ſumptibus via ſalaria conſtruere,titulos quinq; &.xx.in vrbe Roma cōſtituit quaſi Dioceſes ad cōmoditatē baptiſmi & opportunitatē eorū qui ad fidem ex gentibus quotidie veniebāt.Conſultū iri & eo modo ſepulturis martyrū videbat. Mazētius vero vbi Lucinam matronā romanā inſtituiſſe eccleſiam dei rerū ſuarū hęredē intellixiſſet,iratus & mulierem ipſam relegauit ad tempus,& Marcellum captum impellere minis conatus eſt,vt & epatu ſe abdicaret,& xpianū nomē deponeret,quē vbi cōtēnere & deridere ſua pręcepta vidit,in cacabulū ad cuſtodiēda animalia publica vt quidā volūt ſtatim inclusit,quo in loco nec oratiōes vnquā nec ieiunia ptermiſit,Parochias item nō ſecus ac ſi liber eſſet epiſtolis gubernabat.Menſe autē nono captiuitatis ſuæ a clericis noctu e cacabulo liberat⁹ eſt.qua ex re maiore percitus ira,Mazentius ſanctiſſimum virū in cacabulum redegit,vbi cū fœde & incommode habitaret pedore & ſitu mortuus eſt. At vero lucina ſanctiſſimi viri corpus via ſalaria in cœmiterio priſcillæ cōcludit.xviij.Kalen.Februarij Poſtea autem re xpiana creſcēte cacabuli domus in eccleſiā erigitur beati Marcelli noīe quæ etiā ætate noſtra inuiſitur. Sunt autē qui ſcribāt Mauritiū cū vna xpianorū legione apud Rhodanum flumē a pſecutoribus cęſū, his additur,Marc⁹,Sergius, coſmus,Damian⁹,aliiq; complures qui vbiq; terrarum cædebantur.Marcellus autem annis quinq; ſedens mēſi ſex, diebus vno &.xx.ex ſacris ordinibus mēſe decēbri habitis pſbyteros ſex &.xx.diaconos duos,epos vnū &.xx.creauit.Vacat tum eius morte romana ſedes dies.xx.

Priſcilla.

Lucina.

Cœmiterīū priſcę.

S.marcellus.



## Euſebius .I.

Euſebius natione græcus,patre medico, Pōtificatū adijt cōſtantino & mazētio imperātibus.Nā mortuo conſtātio ſicuti dixi claudij ex filia nepote Conſtantinus eius & helenæ in gratiam herculei repudiatę fili⁹ occidentis imperium maximo omniū cōſenſu adeptus eſt.Romæ interea pretoriani excitato tumultū,Mazentiū maximiani herculei filium auguſtum nuncupāt. Vnde Maximianus ſpe recuperandi imperij ex ſolitudine Lucanię romā venit litteris Diocletianum adhortatus,vt idē ipſe faceret. Contra hos motus miſſus a Galero ſeuerus cū exercitu dum vrbē romam obſidet fraude militum qui cū Mazentio ſentiebant, circunuentus fugiens,demum Rauennę occiditur.Paulum etiam abfuit quin Maximianus pater militū beniuolentiam pollicitationibus & largitione quęrens a filio Mazentio occideretur. Is autem in Gallias ad conſtantinum generū pfectus dum circūuenire hominē ſtudet detecto per fauſtā eius filiam dolo,quæ rem omnem marito aperuit,fugiens ac Maſſiliæ oppreſſus ſuorū ſcęlerū pœnas tandem luit, vel ſeipſū vt quidam volunt deſperatis rebus interfecit.Dum autem Euſebius in pōtificatu viueret crux domini inuenta eſt.v.nonas maij, & ab helena conſtantini matre exornata,ac in magna veneratione habita. Baptizatur & iudas crucis inuentor,quē poſtea mutato noīe Kyriacū vocarūt Hereticos quoq; idē pōtifex reconciliauit,impoſita tmmō manu.Iſtud habeē in,c,laicos i,q.vij.Inſtituit,preterea ne pphani quos

Cōſtantinus.

Mazētius.

Crux chriſti ab Helena inuēta.

laicos vocant epiſcopum in iudicium vocarent. Hu
Firmian⁹. ius vero temporibus fuiſſe Lactantium firmianum
conſtat Arnobij diſcipulum. Hic cum rhetoricā Ni
comediæ doceret in frequentia diſcipulorum motus
quod id in græca ciuitate ageret ad ſcribendū ſe con
tulit, qua in re tantum valuit, vt poſt tempora Cice
ronis ab eo ſecundus habeatur. Multa ſcripſit ſed illa
potiſſimum extant, quę contra gentiles, de opificio
hominis de ira dei cum ſcripſit in extrema ſenectute
Euſebius pāphilus conſtitutus cæſaris criſpi filij conſtantini præceptor
fuit in Gallia. Euſebius quoq; cæſareę paleſtinæ ep̄s
ac bibliothecæ diuinę cum pamphilo martyre dili
gentiſſimus inueſtigator multa eiſdem temporibus
ſcripſit, maxime vero libros euangelicę præparatio
nis, eccleſiaſticæ hiſtoriæ. In porphyrium chriſtiano
rum hoſtem acerrimū, Apologias item ſex pro Ori
gene cōpoſuit, De vita pamphili martyris a quo ob
amicitiam cognomentū accepit libros tres. Euſebius
autem pontifex habita ſemel ratione ſacrorum ordi
num mēſe decembri, cum presbyteros, xiij. diacono
tres, epiſcopos. xiiij. creaſſet, Romę martyrio coro
natur, ac in cœmiterio calixti via appia ſepelitur ſex
to nonas octobris. Sedit autem annis ſex, menſe vno
diebus tribus, Vacat tum ſedes diem vnum.

¶Melciades .I.

¶Huius pontificis ſanctiſſimi ſanctiones a cō
ſtituta habentur in c. ieiunium, de conſecra.
diſtinct. iij. Et hic fuit vltimus martyrum a
beato Petro in ordine cōſequutiuo ponti-
ficum Romanorum. Et tunc laudabile erat
ſecundum Grego. dictum pauli, affectare ſci
licet epiſcopatum tanquam bonum opus.



MElciades natione Apher Mazētij Licinij Ma
ximini temporibus fuit. Licinius enim ex Licinius.
Dacia oriūdus a Galero in partem imperij
recipitur, propter eius in re militari præſtā-
tiam. Ii ꝙ conſtantinū videbāt apud omnes magno
eſſe in precio chriſtianis parcebant. Mazentius tamē Sæuitia Mazentij
milites clāculum mittebat, qui obuiū quemq; cæde-
rēt arte quoq; magica delectatus: grauidas maxime
vero chriſtianas funeſtis ſacris adhibitas ſcīdebat in-
fantum cauſa, quorum cineribus in magia vtebatur.
vt oſtenderet tyrannidem ſeruari etiam per nephas
poſſe ſimili veſania crudelitate. Maximinus quoque Maximinus.
in oriente vtebatur, qui magorū magiſtris & mala-
rū artiū doctoribus pręmia etiā decernebat, augurijs
diuinatiōibus fidē pręſtās. Sæuior cæteris in chriſtia-
nos hæc omnia contēnentes eſt habitus. Vetera aūt
delubra renouari ac more veterū ſacra dijs exhiberi
iubet. In hos vero conſtantinus mouēs & Mazentiū
graui prælio victum apud Pontem millium ita ſupe Conſtantinus.
rat, vt dum prę dolore ſuarum fraudum oblitus pō-
tem ad decipiendum hoſtem ſtructum decipulis trā-
ſit cum magna parte ſuorum ſatellitū ſubmergitur.
Et Licinium Sororiū nauali ac terreſtri prælio victū
apud Micomediam dedere ſeipſum coegit, vitamq;
theſſalonicæ priuatum ducere ac merito quidem cū
a fide ob inuidiam deficiens chriſtianos Conſtanti-
no fauētes grauibus ſupplicijs perſequeretur. Maxi- Maximini punitio.
minus vero diuina vltione inflatis ſubito viſceribus
ſuppuratiſq; inteſtinis ita diſtēditur, vt inter ſe & pu
tridum cadauer nil intereſſet. Scatētibus vndiq; ver
mibus & tabo ſerpente, tāto pudore vt ſubſtineri fe-
tor nō poſſet. Hoc volebāt eius merita qui & noſtros
ad cœmiteria cōuenire vetabat, & ſimulachrū An-

tiochię conſecratum,ſubornatis ſacerdotibus,qui ex
adytis id enunciarent clamaſſe dicebat,pellendos ab
vrbibus chriſtianos,& præmia in ꝓuincijs diſtribuit
ſacerdotibus ſimulacrorum qui contra xp̄ianos age-
rēt. Tandē vero tyrānus pęnitētia ductus,medio ve-
rū dicēre decreto publico vetuit chriſtiāos lędi,eoſq;
ſuis legibus vti ſinit.Sed hoc nil ei profuit cū vi fierēt
omnia.Nā grauiſſimus morbis diutius cruciatus vi-
uendi finem tandē fecit,homo ſæuus & varius nunc
enim in chriſtianos,nunc pro chriſtianis agebat.His
aūt cladibus multi chriſtiani interfecti ſunt,maxime
vero Dorothea virgo ſāctiſſima & pulcherrima quę
mortē potius quā ſtuprū tyrāni pati voluit. Sophro
nia quoq; a Mazentio ſæpius de ſtupro appellata cū
diutius,vitare periculū non poſſet ſeipſam interfecit
Lucretiam imitata. Melciadis autem inſtitutum fuit,
ne die dominico neue quinta feria ieiunaretur, quia
hos dies pagani quaſi ſacros celebrāt.Multa quoq; in
oblationibus faciēdis cōſtituit, quod Manicheorū hę
reſis in vrbe Roma tū maxime inualeſcebat.His au-
tē peractis Maximini iuſſu martyrio coronatur. Idē
fatum ſubiere & Petrus Alexandrinus ep̄s,& Lucia-
nus Antiochenus presbyter vir moribus & dictrina
inſignis. Et Thimotheus presbyter romanus,alijq; cō
plures ep̄i & ſacerdotes. Sepultus eſt autem Melcia-
des via appia calixti crypta. iiij.idus decēbris. Viuēs
adhuc ex ordinibus ſacris ſemel habitis,presbyteros
ſeptem.diaconos ſex.epiſcopos.xij.creauit.Sedit an-
nis.iiij.men.vij.diebus.ix. Vacat tum ſedes dies.xvij.

Doro-
thea.
Sophro-
nię dira
mors.
Hæc inſti-
tuta.

Syluester .I.

¶ Fertur quod eo dierum interluuio, quo Im
peratoris patrimonium ab eccleſia receptū
fuit,quod vox clangoroſa in cœlo intonuit



dicens,hodie venenum in eccleſia dei ſemi-
natum,de quo per Lauren. Vallen. in tra-
cta.de donatione conſtantini.

SYlueſter natione romanus patre Ruffino,cō
ſtantini temporibus fuit. Anno ab vbe con-
dita milleſimo nonageſimo primo. Domini
vero anno.ccc.xxxviij. Sub hoc tādē princi-
pe chriſtiani a tyrānis antea oppreſſi nō nihil reſpira-
re incipiūt.Nam corporis ac animi dotibus cū opti-
mo quoq; principe comparari Conſtātinus potuit.
Militaris enim glorię appetētiſſimus fuit,in bello for
tunatus.Pacem petētibus libenter dedit, liberalibus
ſtudijs vbi per ocium licebat delectabatur,liberalita-
te & gratia omniū beniuolentiā ſibi cōparabat. Mul-
tas leges ędidit ex ęquo & bono. Superfluas abſcidit.
Sęueras nimium emēdauit. Vrbem in Byzantij,rui-
nis de noīe ſuo condens, eā Romæ magnitudine ędi
ficiorum parem facere conatus.Secundā romā voca
uit vt literæ ſub equeſtri eius ſtatuta indicabāt.Is igi
tur tantus princeps oīa circūſpiciens, omnia conſide
rans,vbi honeſtatē xp̄ianæ religionis intellexit,quia
ſeruare parſimoniā,paupertate gaudere, māſuetudi
nē colere,paſſim ſtudere,ſimplicitate & cōſtantia vti
iubemur,eam ita cōplexus eſt,vt iturus ad bellū non
alio quā crucis ſigno vteretur, quod ſereno cœlo, dū
in mazētiū tyrannū copias mouet: & viderat & ado
rauerat, Aſtenteſq; Angelos audierat dicentes.Con
ſtātine in hoc ſigno vinces, qđ etiam fecit,ac tyrānos
omnes a ceruicibus populi Ro. xp̄ianorumq; omniū
depulit,maxime vero Licinium qui chriſtianos & do
mo & militia pulſos aut relegatiōe aut carcere vt di
xi ad mortē vſq; macerabat,aut leonibus obijciebat,
aut ſuſpenſos tanq̄ porcos membratim lacerās diſſi-

Conſtan-
tinus.

Conſtan-
tinopolis.

pabat. Tantum itaqꝫ principē ac tam humanū Syl-
ueſter nactus relictos ſoracte mōte quo a tyrānis ſę-
uientibus relegatus fuerat, vel vt quidam volūt ſe-
ceſſerat Romā veniēs Conſtantinum erga chriſtia-
nos bene animatum promptiorem ad optime de ec
cleſia dei promerendum reddidit. Nam & pontifici
bus diadema aureū diſtinctum gemmis concedebat
quod quidem Sylueſter aſpernatus, tanq̄ religioſo
capiti minime conueniens, phrygia mitra & cādida

Equitius.

tantummodo contentus fuit. Permotus autē Cōſtā
tin⁹ ſanctitate Sylueſtri, eccleſiam in vrbe Roma cō
didit in ortis Equitij nō longe a thermis Domitianis
quę titulū Equitij vſqꝫ ad tēpora Damaſi præſe fere
bat. Cui quidem eccleſiæ Imperator munificus hęc
etiam dona pręſtitit, Patenam argenteam librarū.
xx. Scyphos duos. xx. librarū, Calicem aureū duarū
librarum, & alia vaſa tum argentea tum aurea quæ
enumerare longum eſſet. Fundum quoqꝫ Valeria-
num dono dedit in agro Sabino poſitū, vnde quo-
tannis ſolidos. lxxx. capiebat. Hortū intra vrbem ad

Arriana
hęreſis.

regionem duorum Adamātum. vnde ſolidi. xv. ca
piebantur. Domum in regione orphea intra vrbem
vnde ſolidi octo &. l. proueniebant. Verum dū hæc
Romę agerentur apud Alexandriam presbyter q
dā Arrius nomine vir ſpecie & forma magiſq̄ vir-
tute inſignis & laudis ac glorię potiuſq̄ veritatis cu
pidus, ſerere diſcordiā in fide chriſti cœpit. Separare
.n. filium ab eterna & ineffabili dei patris ſubſtantia
conabatur his verbis. Erat aliquando quando non
erat, non intelligens filium patri coeternū eſſe & ei
dem in trinitate ſubſtantiam. Cū dictū ſit ego & pa
ter vnū ſumus. Cū autē Alexander Alexādrinę vr
bis ep̄s fruſtra reuocare Arrium ab errore tentaſſet



Conſtantini mandato adhibita etiam impenſa mu
nifice quidē apud Niceā vrbē Bithynię cōciliū ge-
nerale indicitur. cui. ccc. &. xviij. ep̄i interfuere. Di-
ſputatū eſt in eo loco aliquādiu et quidā acriter. Nā

Conciliū.
Nicenum

viri aliquot in queſtionibus callidi Arrio tū quidem
fauebāt ſimplicitati fidei noſtrę aduerſantes, licet ex
his quidā doctiſſim⁹ philoſophus diuino ſpū motus
vno momēto fidē noſtrā quā antea impugnabat vt
ſanctā & integrā ſtatim amplexus ſit. Tādē vero re
ipſa in cōcilio diligēter diſcuſſa cōcluditur homuſiō
ſcribere debere. i. eiuſdē cū patre ſubſtantię filiū con
fiteri. Qui vero cū Arrio ſentirēt fuere ad decē & ſe
ptem affirmātes extrinſecus creatū eſſe dei filiū &
non ex ipſa patris diuinitate progenitū. Cognita au
tem tantæ cōtrouerſiæ veritate Cōſtantinus decre
tum cōcilij affirmat, ꝓpoſito cōtradicētibus exilio,
vnde ſex tm̄ cū Arrio exulauere, reliqui. n. in ſnīam
bene iudicantiū venere. In eodē cōcilio dānati fue
runt & photinianos a phonito ep̄o gallo gręciæ no-
men ducētes, q ebionitarū hęreſim imitati, affirma-
bant xp̄m a maria pio coitu fuiſſe cōceptū. Dānati
& ſabelliani qui vnā tm̄ pſonā patri filio & ſpūi ſan-
cto aſcribūt. In eodē vero cōcilio querimoniarū li-
bellos vt ſit ep̄i ipſi Cōſtantino dabāt, ſe inuicem ac

Photinia-
ni.
Ebionitæ.
Sabelliani

cuſantes expetenteſqꝫ a principe iudiciū, quibus ita
imperator optimus reſpondet, combuſtis eorum li-
bellis, eos dei tantummodo & nō hominū iudicium
expectare debere. Prætereea autem in eodē concilio
decretū eſt, ne qui ſe in patientia libidinis caſtrarent
in clerū amplius reciperentur, neue Neophytus an-
teq̄ cautius examinaretur clericus fieret, & ne in mi
litiam dei aſcitus cum extraneis mulieribus habitet,
cum matre vero ſorore amita id tm̄ modo licere, ne

Cōtra eu-
nucos.
Neophy-
tus.

epiſcopus in ordinem aſciſceretur, niſi ab omnibus,
vel ſaltem a tribus prouinciꝫ epiſcopis, & ne quē ali-
us epiſcopus expulerit, vel clericum, vel laicū alius
ſuſcipiat. Decernitur etiā ac quidē ſancte, ne cuiquā
fieret iniuria vt ſingulis annis cōciliū in prouīcia ha-
beatur. Quare hoc ſanctū inſtitutū aboleuerit noſtrę
ætatis pōtifices nō video, niſi cēſuras bn̄ viuentiū ac
ſentiētiū reformidabāt. Cōſtitutū quoque eſt, vt qui
abſq; tormentis in pſecutionibus lapſi fuerint annos
quinq; inter cathecuminos vitā ducant. Poſtremo ve-
ro decernitur ne qs de minore eccleſia ad maiorem
trāſeat ambitionis & auariciꝫ cā, qđ certe non obſer-
uatur, cū ſiccis faucibꝰ tāq̄ lupi famelici pcibus polli-
citatiōibus mūeribꝰ largitiōe vberiores epatus omiſ-
ſis primis oēs quęrant & efflagitēt. Sylueſtri aūt con- ſiluestri ſta-
ſtitutiōes hę ſunt habitæ, vt chryſma ab epiſcopo tā- tuta.
tū cōſecraretur, vt epi baptizatū ſignarent, ppter
hęreticā ſuaſionem. vt baptizatum chryſmatæ liniat
presbyter occaſione mortis. Addit pterea laicus cle-
ricum in iudiciū ne vocet. Diaconus in eccleſia cele-
brandi cauſa dalmatica induat, & palla linoſtima le-
ua eius tegatur. Clericꝰ cauſas ī curia ne agat: nec an-
te iudicem ſecularē cauſam dicat. Presbyter celebra-
turus, neq; ſerico, neq; pāno tincto vtatur, ſed lineo &
quidem albo. Sic in albis celebrādū eſſe dicebat, quē-
admodum in linea ſyndōe & alba chriſti corpꝰ ſepul-
tum fuit. Gradus quoq; in ordinibus eccleſiaſticis cō-
ſtituit, vt vnuſquiſq; vno tantū ordine cōtentus ſit,
& vnius ſolum vxoris vir. Cōſtantinus autem auge-
Baſilica cō dę chriſtianæ religionis cupidus baſilicam cāſtātinia-
ſtātiniana. nam, quam lateranenſem vocāt, ædificauit, doniſq;
plurimis eādem exornauit. Nam & faſtigiū argētei
templo obtulit, habens in fronte ſaluatorē ſedētem



in ſella quinq; pedū centum & .xxx. librarum & duo-
decim apoſtolos ī quinis pedibus librarum nonagin-
ta cum coronis argenti puriſſimi. Saluatorem quoq;
addidit reſpicientē in apſida, ſedētem in trono quinq;
pedum cuius pondus centū .xl. librarum erat. Ange-
los .iiij. ex argento ponderis cētum & quinq; librarū:
coronas .iiij. ex auro puriſſimo cum delphinis .xx. li-
brarum. Altaria ſeptem ex auro puriſſimo .cc. libra-
rum. In vſum vero luminū, maſſę gargillanæ puen-
tum ex agro ſueſſano cōſtituit ſolidos .cccc. Additur
& maſſa vrbana, q̄ in agro Antiati eſt. Sacrumq; prę- Fōs ſacer.
terea fontē inſtituit apud eādē Baſilicā ex lapide por-
phiretico, cuius tota pars illa quæ aquam cōtinet ex
argento erat. In medio autem fontis colūna porphy-
retica poſita erat, in qua aurea phiala .l. librarum bal-
ſamo plena in celebritate paſcæ vſum nocturni lu-
minis præſtabat. In labro fontis ſtabat agnꝰ auri pu-
riſſimi, vnde aqua fundebat. Nō longe ab agno erat
Saluatoris ſtatua argenti puriſſimi cētū & .lxx. libra-
rum. Ad alterā partē ſtabat ioannis Baptiſtæ ſtatua
argentea centum librarum, hūc titulum præ ſe ferēs
Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccati mūdi. Septem
vero cerui aquam fundebant, quorū ſinguli .lxxx. li-
brarum erāt. Prouentus aūt ſacri fontis ex maſſa ſta-
tiliana in agro corano, ex fundo Baſſi, ex domibꝰ &
hortis aliquot in vrbe poſitis, ex quibuſdam fundis ī
aphrica. Numida, græcia ſitis. Idem etiam Conſtan-
tinus rogatu beati Sylueſtri petro apoſtolorum prin-
cipi Baſilicam in vaticano ædificat, nō longe a tēplo Baſilica pe-
Apollinis, quo in loco eiuſdem apoſtoli corpꝰ ſplen- tri in vati-
dide ac mirifice collocauit, ex ære em̄ & cupro vndi- cano.
q; cluſum erat. Supra beatiſſimi apoſtoli ſepulchrū,
crux centum & .l. librarū extabat ex auro puriſſimo

Aderant circunquaq; candelabra.iiij. argento cõclu
ſa,cum ſigillis argenteis,vnde apoſtolorũ actus cer-
nebantur.His addidit calices aureos. iij.librarum.xij
calices argẽteos.xx.quorũ ſinguli.x.librarum erant
Metretas argẽteas. iiij.cc.librarum. Patenã auream
cum thure &columba ornatã gẽmis hiacynthinis,&
margaritis.xxx.librarũ.Ipſum aũt altare erat clau-
ſum argento & auro diſtinctũq; plurimis gẽmis, hos
vero ꝓuẽtus huic Baſilicæ addidit.In anthiochia:do
mum Datiani ſolidos.c.&.l.pꝛ̃ſtãtẽ. Cellã in Apro
diſia ſol.d.xv.pꝛ̃bẽrẽ.Ortum Maronis thermas cõ-
plures,popinas priſtinas cõdonauit,vnde multũ col
ligebatur ad vſum ſacerdotum.Idem quoq; conſtan

Baſilica Pauli.

tinus inſtante ſyluestro Baſilicam pauli via hoſtienſi
extruxit,corpus vero apoſtoli ita cõdidit, vt de Pe-
tro diximus. Vaſa etiam aurea argẽtea ænea totidẽ
donauit,quod diuo petro.maxime autem crucẽ au-
ream.c.l.librarũ ſupra locũ beati Pau.collocauit.Ve
nere prouentus ad eandẽ baſilicã ex Tarſo cilicię, ex
poſſeſſione tyri,venit oleũ. Venere aromata & Caſ
ſiæ.venit balſamum ex locis hæc eadem ferentibus.
Venit crocum,ſal,piper,cinama.Aedificatur etiam
imperatoris iuſſu baſilica in atrio ſeſſoriano ſub titu-

Crux ĩ hie rulalem.

lo ſanctæ crucis in hieruſalẽ,vbi ſanctę crucis partem
aliquã repoſuit,inuẽtã ab helena matre fœmina incõ
parabilis fidei & religionis.Hæc.n.magnitudine ani

Helenę religio.

mi mota & viſis nocturnis hieroſolymã petijt,vt li-
gnum crucis perquireret,difficile id quidẽ erat,quia
ab antiquis perſecutoribꝰ eo loci ſimulachrũ veneris
collocatum fuerat,vt chriſtiani venerẽ ſaluatoris lo
co adorarent.At mulier religiõe ꝑcita vbi locũ ipſũ
ruderibus purgaſſet,tres cõfuſo ordine cruces reperit
in vna inſcriptio illa legebat̃ tribus linguis.I.N.R.I.



Aſtabat autem Macharius illius vrbis tum epiſcopꝰ

Macharius

qui vnam ex his manibus cum religione retinẽs ve
ram eſſe dicebat. At tertia mulieri mortuæ admota,
eidem vitam reſtituit,hanc ob rẽ Cõſtãtinus motus,
ædicto vetuit,ne quiſpiam deinceps eo ſupplicio vte
retur.Helena vero ædificato eo in loco templo, vbi
crucem repererat, abiens clauos quibus Chriſti cor-
pus cruci affixũ fuerat,ſecũ ad filiũ portat. Horũ ille

Claui chriſti.

vnũ in frenos equi trãſtulit,quibus in prælio vteret̃,
alio pro cono galeæ vtebatur,tertiũ in mare hadria
ticum:vt ait Ambroſius,ad cõpeſcẽdas ſæuiẽtis ma
ris procellas deiecit.Illa autem crucis pars quã eadẽ
mulier ſecũ in thecis argẽteis detulerat gẽmis & au-
ro diſtincta in baſilica ſeſſoriana collocatur.Huic hęc
munera adduntur,argẽtea candelabra. iiij. argentei
Scyphi.iiij.calices aurei,decem.Patena argentea au-
ro clauſa librarum.l, Altare argenteum .cc.l.libra-
rum. Agros quoq; circa palatium poſitos eccleſię do
no dedit.Ex faliſcis autem & Nepeſino agro fundos
quoſdam donauit.Sunt qui ſcribant,& baſilicam ſan
ctæ Agnetis conſtantini iuſſu ædificatam eſſe,roga-

Baſilica Agnetis.

tu cõſtãtiæ eius filiæ & baptiſterium eccleſiæ additũ
vbi & filia & ſoror Cõſtãtini eiuſdem nominis bapti
zatæ ſunt.Huius baſilicæ hæc fuere munera patena
aurea librarũ.xx.Calix aureus librarũ.x. calices ar-
gentei quinq;.Fundus ex agro Fidenatium.Fundus
ex vico Piſonis.Idem quoq; imperator baſilicã ſancti
Laurentij extra muros ædificat in agro veranio ſu-
per Arenarium cryptæ.Graduſq; extruxit qbꝰ aſcẽ

Laurentij templum extra muros.

ſus ac deſcenſus his daretur qui ad viſendũ beati Lau
rẽtij corpus accederẽt. Templi ornamẽtum erat ap
ſis argento & porphireticis lapidibus ornata.In adi-
tu cryptæ lucerna erat ex auro puriſſimo librarũ.xx

Cyriace-
tis.

Ante corpus martyris erant lucernæ.x.argẽteæ li-
brarũ.xv.Fũdus aũt Cyriacetis fœminę quẽ,fiſcus
perſecutionũ tẽpore occupauerat .Huic baſilicę aſſi
gnatur.Fũdus item Veranius vnde ſolidi.lx.venie
bãt.Via etiã lanicana idẽ imꝑator iter duas lauros
baſilicã btis martyribus Marcellino p̃sbytero & Pe

Marcelli-
nus.
Petrus ex
orciſta.

tro exorciſtę ędificat.Nõ lõge vero mauſoleũ ere-
xit ĩ honorẽ matris ꝙ ſepulcro porphiretico ĩcluſit,
huic tẽplo martyrũ & matris gratia hæc dona data
ſunt.Patena ex auro puriſſimo librarũ quiq; &.xxx.
candelabra argẽtea.iiij.auro cluſa in pedibus.xij.ca-
lices aurei tres cũ gẽmis praſinis&hiacynthinis.amę
aureę duę.Ara ex argẽto puriſſimo librarũ.cc. Scy
phũs ex auro puriſſimo librarũ.xx.Fũdus Laurẽti-
nus cũ balneo iuxta formã ꝓdeũtis aquę poſito.Fũ-
dus auguſtę helenę vnde ſolidos.ccc.&.xx.ſacerdo
tes quotannis habebãt.Sunt qui ſcribãt ſine auctore
tñ ſardiniã cũ fundis ſuis & Meſanã & Matiniam,cũ
monte argentario ac fundis oĩbus huic eccleſiæ do

Tẽpla ho-
ſtiæ ędifi-
cata.

no datã.Ad has Baſilicas in vrbe Roma ædificatas,
alias quoq; foris extrũit.Nam & Hoſtiæ nõ longe a
portu eius mãdato tẽplũ ædificatur in honorẽ bea-
torum apoſtolorũ Petri & Pauli ac Ioãnis baptiſtæ,
quibus etiã hæc dona eius munificentia oblata ſunt.
Patena argentea librarũ.xxx.Calices argẽtei.x.Pa
tena argentea chriſmalis librarũ.x. peluis ex argẽto
ad vſum baptiſmi librarũ.xx.His muneribus addi-
ti & Graccorũ fundi Ardeatini agri.Fũdus Quirini

In albano

in agro hoſtienſi in albano quoq; Ioãni baptiſtæ tem
plum ædificat.Cui hæc dona obtulit patenã argen
team librarũ.xxx.Scyphũ argenteũ deauratũ libra
rum.xij.Amas argenteas librarũ.xx.Fundũ Laurẽ
tinum cũ adiacentibus prędijs.Fũdũ cũ lacu Alba



Capua.

no fundũ Tyberij Cæſaris.Capuæ etiã Baſilicã apo
ſtolorum cõdidit,quã ciues Conſtantinianã appel-
larunt.Cui & hæc dona oblata.Patenæ argẽteæ.xl.
librarũ.Candelabra gręca.iiij.cũ pedibus.x.His ad-
ditur fundus ex agro Caietano & fundus paternus

Neapoli.

ex agro Sueſſano.Aliam poſtremo baſilicã Neapo
li ędificauit,vt ait Damaſus in cuius honorẽ eã ere-
xerit nõ ſatis conſtat.Proinde reticere donaria tem
plo dedicata inſtitui,ne videar cũ alijs errare.Sunt
etiã qui ſcribant Syluestrũ titulũ ſuũ in tertia regio-

Equitius.

ne vrbis apud thermas domitianas inſtituiſſe,equi-
tium quidã vocant.Huic titulo multa dona cõſtan-
tinus obtulit.Vt patenam argenteã librarũ,xx. Ce
roſtrata ænea.xvi.fundum barbatianũ ex agro Fe
rentiniani,fundum ſulpitianũ ex agro corona. Ne
autem nouę romę ſacerdotes imperatorię munifi-
centię expertes eſſent.duas itẽ baſilicas Cũſtantino-
poli ædificat, quarum altera hirenę, altera apoſtolo
rum vocatur.euerſis prius paganorum templis,aut
in vſum chriſtianorũ trãſlatis ſublatiſq; e medio tri
podibus delphicis vnde infinita mala oriebantur.
hæc ſunt cõſtantini dona,quæ antea narramus,qui-
bus hoc etiã addit. Fuere autẽ & ſylueſtri tẽporibus
multi pręclari viri quorum opera & labore gentes
& nationes pleræq; ad fidẽ noſtrã venere, maxime

Iulianus.
Frumẽti9.
Ediſius.
Antonius
hæremita

vero Iuliani Frumẽtij & Ediſij prędicatiõibus, quos
philoſophi quidam alexandrini eo perduxerãt.Ibe-
rorum quoq; gens quæ ſub axe pontico iacet fidem
chriſti intelligunt a captiua muliere,& credũt Baccu
rio rege omnes ad id cohortãte. Valuit etiã multũ
illis temporibus admonendos homines Antonij hæ
remitę ſanctiſſimi auctoritas,cui litteris & nũcijs He
lena ſe ac filios ſæpius commẽdauit,eius cibus ſolus

pãnis erat,aqua potus,nec vnq̃ niſi in occaſu ſolis co
medebat,Homo ægyptius omnino cõtẽplationi de
ditus.Huius quidem vitam Athanaſius alexãdrinæ
vrbis epiſcopus inſigni volumine perſcripſit.Sylue-
ſter autem vbi ex ſacris ordinibus ſepties menſe de-
cẽbri habitis presbyteros duos &.xl. Diaconos ſex
&.xxx.epiſcopos quinq; & ſexaginta creaſſet. mori
tur ac ſepelitur in cœmiterio Priſcillę via ſalaria.ter
tio ab vrbe miliario,pridie Kalen.Ianuarij.Sedit au
tem annos.iij.&.xx.menſes decem , dies vndecim,
Vacat tum ſedes dies.xv.

## ❡Marcus. .I.

MArcus natiõe roman⁹ patre priſto Magni
conſtantini tẽporib⁹ fuit,de quo varia ſcri
bunt hiſtorici.Sũt enim qui affirmãt cõſta
tinũ vltimis perij ſui annis ĩſtigante ſoro
re Annium ab exilio reuocaſſe,quod inuidia dãna-
tũ hominẽ mulier diceret in eiuſq; dogma declinaſ-
ſe. Hos ego deceptos ſimilitudine nominis puto,&
patri illud aſcribere quod filij ſcęlere factũ eſt. Neq;
em̃ ſimile veri eſt principẽ illũ ſapientiſſimũ quo
ſemper improbauerit,ea potiſſimum ætate qua ſa-
pere datur illud idẽ collaudaſſe.Scribũt pręterea cõ
ſtantinũ ab Euſebio Nicomediæ ep̃o arriani dogma
tis imitatore baptizatũ eſſe,quod quidẽ falſum eſſe
& religio principis oſtendit,& baptiſteriũ huius rei
cauſa Romę ab eo magnificẽtiſſimis op is ędificatũ,
A Sylueſtro em̃ vna cũ Criſpo filio baptizatur pul
ſis ab vrbe tyrãnis fideq; edocetur. Aiunt qui aliter
dictum ſentiunt conſtantinũ tãtã rem diſtuliſſe quo
Cõſtãtini baptiſma. ad ei ad iordanem peruenire contingeret, in quo ad
imitationem ſaluatoris baptizari cupiebat. Verum
dum in Parthos proficiſcitur Meſopotamiã incurſio



nibus vaſtantes vno &.xxx.imperij ſui anno:æta
tai vero ſexto &.lx.apud Nicomediam villa pu
blica diẽ extremũ obijſſe:nec ad iordanẽ baptiſ-
mi cauſa peruenire potuiſſe. Atq; illic tũ demum
extremo vitæ tẽpore baptizatum fuiſſe. Miſceãt
iſti vt volunt rẽ hanc:& nos quod oẽs ferme ſen
tiunt credamus:Conſtantinum qui in ſigno cru-
cis totiens hoſtes vicerat:qui tot templa in hono
rẽ dei ædificauerat : q ſacris concilijs interfuerat:
qui totiens cũ ſanctis patribus in myſterijs oraue
rat baptiſmatis charactere vbi ſapere cœpit mu-
niri etiam contra hoſtem humani generis voluiſ
ſe:latet me certe quod Socrates & Sozomenes in
tripartita ſua velint quidq; alij plęriq; veritatem
ſequor optimi principis religioni & pietati cõue-
nientem.Quod vero in leprã inciderit vulgo di
citur baptiſimoq; mũdatus ſit cõficta prius de ſan
guine infantũ neſcio qua fabula nullo modo cre-
do.Socrate hac in re ſecutus:q affirmat cõſtãtinũ
ipſum vbi ſexageſimũ quintũ ętatis annũ attigiſ
ſet ægritudine captũ ex vrbe cõſtãtinopoli ad a-
quas calidas egreſſum valitudinis cauſa nulla de
lepra mẽtione habita,p̃tereavero hac de re a nul
lo ſcriptorũ fit mẽtio: nõ dico ab his q ethnici ſũt
habiti:ſed ne a noſtris quidem nõ retinuiſſet hoc
Oroſius,nõ Eutropius:non illi qui conſtantini res
geſtas q̃ diligentiſſime ſcripſere. Ante vero tanti
principis mortem Stellam crinitam inuſitatę ma
gnitudinis quã Gręci cometẽ appellant : fulſiſſe
aliquãdiu cõſtat, Marcus autem Romanus põti-
fex ad curã chriſtianę religiõis cõuerſus inſtituit:
vt ep̃s Hoſtienſis a quo romanus cõſecratur pal-
lio vteretur. Voluit pręterea diebus ſolemnibus

ſtatim poſt euangelium ſymbolũ a clero & popu
lo magna voce decãtari. & eo modo quo fuerat ĩ
Niceno cõcilio declaratum. Duas item eccleſias
Romæ cõdidit: vnã via Ardeatina in qua ſepul
tus eſt. alteram in vrbe Roma ad Palatinas quas
quidem Conſtantinus his muneribus exornauit
& auxit: Fundo Roſarũ cum omni agro cãpeſtri:
patena argẽtea librarum. xx. Scypho argẽteo. x.
librarum. Corona argentea librarum. x. Fundo
Antoniano qui eſt via claudia: fundo ab baccha
nas via appia. Fũdo marmoreo via Ardeatina.
Huius autẽ & conſtantini temporibus fuit Iuuen
cus hiſpanus preſbyter genere nobilis qui tetra
uãgelia hexametris verſibus fere ad verbũ trãſ
ferens quatuor libris compoſuit. Scripſit & quę
dam eo genere metri ad ſacrorum ordinẽ perti
nentia. Marcus autem poſtea quam ex ſacris or
dinibus bis mẽſe decembris habitis preſbyteros
quinq; & . xx. diaconos ſex epiſcopos octo & . xx.
creaſſet: moritur ac ſepelitur in cœmiterio Balbi
nę via Ardeatina. iiij. nonas octobris. Sedit autem
annis duobus: menſibus octo: diebus. xx. Vacat
tum ſedes dies. xx.

## Iulius. I.

IVlius natione Romanus patre Ruſtico
temporibus conſtantij fuit qui cum con
ſtantino & cõſtante fratribus imperium
adeptus annis. iiij. & . xx. imperauit. Ha
bitus eſt etiam inter ſucceſſores Magni cõſtanti
ni Dalmatius Cæſar fratris filius adoleſcens ſa  Conſtãs. dalmati⁹.
ne pręclare indolis: qui haud ita multo poſt: tu
multu militari opprimitur. Sinente potius con
ſtante q̃ iubente. Interea vero Arriana hæreſis



inualuit fauente conſtantio qui noſtros cogebat
Arrium recipere. Secundo itaque Conſtantij an  Arriani.
no apud Laodiceam vrbem ciriæ vel vt alij vo
lunt: apud Tyrum conſilium indicitur. Eo con
uenere catholici & Arriani: diſputatur quotti  Conſiliũ.
die homuſion ne an ſecus chriſtum cum patre vo
carent. Inſtabat Athanaſius alexandrinus epiſco  Athana
pus rationibus & argumentis affirmans filium  ſius.
patri homuſion eſſe. Id cum refellere Arrius nõ
poſſet ad comitia verſus: magicas artes athana
ſio viro ſanctiſſimo obijcit prolato in loculis ar
ſenij bracchio. Damnatur itaque violenter iu
bente conſtantio Athanaſius qui quidem fugi
ens ſex continuis annis in lacu ciſternæ carentis
aqua ita delituit: vt ſolem nunquãm viderit. In
dicante deinde ancilla quadam: cum in eo eſſet
vt caperetur dei monitu ad conſtantis partes cõ
fugit: qui fratrem conſtantium minis certe coe
git Athanaſium recipere. Arrius interim epiſco  Mors ar
porum & populi frequentia ſtipatus dum leuan  rij.
di ventris cauſa ad publicum locum declinat:
egerere conatus inteſtina omnia in cuniculum
latrinæ demiſit mortem certe paſſus vita turpiſ
ſima condignam. Iulius autem pontifex multis  Iulij acta.
incommodis vexatus in tanta rerum perturba
tione tandem poſt menſes. x. Romam ab exilio
redijt audita præſertim Conſtantini morte: qui
bellum fratri conſtanti inferẽs dum apud Aqui
leiam inconſulte dimicat occiditur. Non deſtitit
tamẽ Iulius orĩetales epiſcopos reprehẽdere: ma
xime vero arrianos: qui in iuſſu romani põtificis
antiochiæ conciliũ indixerãt cum id ſine eius au
ctoritate fieri nõ poſſet: q̃ romana eccleſia cęteris

præeſſet.cõfutabãt id oriẽtales non ſine ironia ꝙ
dicerẽt a ſe ad occidentẽ xp̃ianæ religionis prin-
cipiũ cõmigraſſe:hanc ob rem ſuã eccleſiã tanꝗ̃
perennẽ fontẽ:vnde tanta gratia manauerat cæ
teris præferendã. Conſtat autem Iulium ipſum
omiſſis is contẽptionibus duas ædificaſſe baſili-
cas:vnam iuxta forũ Romanum: aliã in tranſty-
berina regione. Tria item cœmiteria extruxit:
vnũ via Flãminea:aliud via Aurelia: tertiũ via
Portuẽſi. Conſtituit præterea ne ſacerdos alibi:
ꝙ apud iudicẽ eccleſiaſticũ cauſam diceret. Vo-
luit item vt omnia ad eccleſiam pertinẽtia per
notarios:aut p Primiceriũ notariorũ conſcribe-
rẽtur:hos hodie vt arbitror ꝓtonotarios voca-
mus quorum officiũ eſt res geſtas præcipue cõ-
ſcribere. Verũ noſtra ætate adeo plæriq; nũc di-
cere oẽs literarũ ignari ſunt:vt vix ſciant nomen
ſuũ latine exprimere:nedũ aliorũ res geſtas pſcri
bere. De moribus nolo dicere:cum e lenonũ nu
mero & paraſitorum quidã in hunc ordinẽ rela-
ti ſint. Conſtãtini autẽ & cõſtantij tẽpore in pre-
cio fuit Marcellus Anticyranus ep̃s q multa ſcri
pſit:maxime vero cõtra Arrianos. Feruntur tñ
contra hũc Aſterij & appollinaris libri eũ Sabel
lianæ hæreſis arguentes:eiuſdẽ quoq; erroris cũ
Hilarius arguere conatur: quẽ certe Marcellus
refellens:ſe tñ nequaꝗ̃ cũ Iulio & Athanaſio ſen
tire oſtendit. Cõtra hunc p̃terea ſcripſit & Baſi-
lius anquiranus ep̃s librum vnum de virginita-
te. Nam Baſilius Macedoniæ partis vna cum Eu
ſtaſio Sebaſteno princeps fuit. Theodorus quoq;
Heracleæ thraciarum epiſcopus elegantis copio
ſæq; elocutionis vir: multa tum ſcripſit: maxime

Primice-
rij protho
notarij di
cuntur.

Marcel-
lus

Baſilius



vero commẽtarios in Matheũ in Ioannẽ in pſal-
terium: in Apoſtolum. Iulius vero, cũ ex ſacris
ordinibus ter mẽſe decẽbri in vrbe habitis: pre-
ſbyteros. xviij. diaconos tres. ep̃os nouẽ creaſ-
ſet.moritur ac ſepelitur via aurelia in cœmiterio
callopodij.ab vrbe Roma miliario.iij.pridie idꝰ
Auguſti. Sedit annos.xv.men.duos.dies ſex. Va
cat tum ſedes dies quinq; &.xx.

## Liberius. .I.

Huius tempore ſecundum eccle. ſciſma ortũ
habuit propter arrianos quibus ſuppetias da
bat liberius. Qui primus in romana eccleſia
infamis pape nomen eſt nactus.

Liberius natiõe Romanus patre Augu
ſto conſtantij & cõſtãtis tẽporibus fuit.
Cõſtantinus eñ vt ante dixi dum con
ſtantem fratrem bello incautius perſe
quitur ab eius militibus opprimitur. Conſtãs au
tem vana fortuna contra Perſas vſus cum nocte
intẽpeſta ſeditione militum ſuſcipere preliũ co-
geretur tandem vincitur. Verũ poſtea cũ de ſe-
ditioſis militibus ſuſcipere pœnas inſtituiſſet: Ma
gneti dolo ac fraude in oppido helena interfici-
tur: anno imperij ſui.xvij. ætatis vero.xxx. Mor-
tuo autem conſtante rurſum in Athanaſium cõ-
ſurgunt veteres illi Arrianæ hæreſis ſuſcitato-
res. Nam concilio apud Mediolanum habito om
nes qui Athanaſio fauebant in exilium pellun-
tur. Præterea vero cum in Synodo Ariminenſi
orientales ſacerdotes callidi homines & acuti oc
cidentales ſimplices & imperitos argumentis ac
fallacijs conuicerent: pretermittere eam diſputa
tionem pro tempore ſatius viſum eſt. Chriſtum

Conſtãti-
nus.

Conciliũ
mediola-
nenſe.

enim cū patre homuſion eſſe negabant. Hoc au-
tem quia primum liberius pōtifex aperte impu
gnabat. quodq; etiam damnare Athanaſium iu-
bente imperatore nollebat in exilium ab Arria
nis pellitur: atque ita triennio ab vrbe abfuit. At
vero ſacerdotes congregata ſynodo in Liberij

Felix lo-
co.

locum Fœlicem presbyterum virum optimum
pontificem crearūt qui ſtatim octo &. xl. episco-

Liberij i-
troduci-
tur.

porum cōuentu duos presbyteros Vrſatium &
Valentē ab eccleſia ſeparauit: quod cum Con-
ſtantio auguſto in fide ſentirent. Hanc ob rem ro
gatu & præcibus eorundē Conſtantius liberium
ab exilio reuocat. Qui imperatoris beneficio mo
tus cum hæreticis in rebus omnibus vt quidam
volunt ſentiens illud tamē cum catholicis tene-
bat hæreticos ad fidem redeuntes non eſſe reba-
ptizandos. Ferunt liberium apud cœmiterium
ſanctę Agnetis aliquandiu habitaſſe. cum con-
ſtantia conſtantij ſorore quo eius rogatu & auxi-
lio vrbem tutius ingrederetur: ſed mulier catho
lica dolum ineſſe ſentiens id ſe facturam omnino

Conſtan-
tius ītro-
ducit ite-
rato libe-
rium.

recuſauit. Tandem vero Conſtāntius inſtiganti-
bus vrſatio & Valente pulſo Fœlice Liberium
introduxit: Vnde perſecutio ita vehemens exor
ta eſt vt in eccleſijs ipſis presbyteri & clerici paſ-
ſim necarentur. Sunt tamen qui ſcribunt mulie-
res romanas in circēſi ſpectaculo reditum Libe-
rij ab imperatore precibus impetraſſe. Pontifex
autem tametſi cum Arrianis ſentiebat eccleſias
dei quàm diligenter exornauit: maxime autem
ſepulchrum beatæ Agnetis & baſilicam quam
de nomine ſuo fecit apud Marcellum Lydiæ. Fu-
it autem hac miſera tempeſtate Euſebius Eniſe-



nus epiſcopus qui multa contra Iudæos gētes &
nouatianos docte admodum & eleganter ſcri-

Eriphil9.

pſit. Eriphylus quoque Cyprilẹtrenſis ſiue leu-
coniæ epiſcopus: in cantica canticorum copioſe
& accurate commentarios compoſuit. Præterea

Donati-
anus.

vero Donatus apher a quo Donatiani nomen
ſumpſere. Multa in catholicos ſcribens totam pe-
ne aphricam & Iudæam ſua perſuaſione dece-
pit. Affirmabat enim patre minorem eſſe filium
& ſpiritum ſanctum minorem filio: catholicoſ-
que rebaptizandos eſſe. extabant autem Hiero-
nymi tēpore eius multa ſcripta ad hæreſim per-
tinentia: & de ſpiritu ſancto liber Arrianæ do-
ctrinæ conueniens: Et ne quicquam Arrianæ

Aſterius.

perfidiæ tum deeſſet. Aſterius eius factionis phi-
loſophus imperante conſtantino multa ſcripſit
ad Romanos in euangelia in pſalmos quæ ab ho-

Lucifer.

minibus ſuæ hæreſis ſtudioſiſſime leguntur. Lu-
cifer præterea Caralitanus epiſcopus cum Pan-
cratio & Hilario Romanis clericis ad Conſtantiū
a liberio miſſus cum nollet ſub nomine Athana
ſi Nicen[illegible]n dānare fidem relegatus contra con-
ſtantiu[illegible] imperatorem ſcripſit librūq; ei legen-
dum m[illegible]t, moritur tamē ſub Valētiniano prīci-
pe. Feru[illegible] autē Fortunatianum Aquilienſem epi
ſcopum li[illegible]eriū fidei cauſa in exilium pergētem:
vt in hæreſi[illegible]n & diſcordiā laberetur ſolicitaſſe.

Serapio-
nis cōſtā-
tia.

Serapion quoq; qui ob elegantiam ingenij ſcho-
laſtici cognomen meruit. Edidit tum aduerſum
Manichcum librum egregium: nec vnquam cō-
ſtantij minis a confeſſione veritatis deſtitit Ad
hominem enim profectus quo eum pacatiorem
magno Athanaſio redderet minis, tāti principis

e gradu cōſtantiæ nūq̃ decidit. Ideo autē Atha-
naſius magnus eſt habitus ꝙ paganis & hereticis
cōſtāti animo ſemper reſtitit. Liberius vero vbi
ex ſacris ordinibus bis ī vrbe Roma habitis preſ
byteros.xviij.diaconos quinque:epiſcopos.xix.
craſſet.moritur:ac ſepelitur via ſalaria in cœmi-
terio priſcillę.ix.kalēd.Maij.Sedit autē annos ſex
menſes tres. dies quatuor. Vacat ſedes dies ſex.

## Felix. II.

FOelix ſecūdus natiōe Romanus pa-
tre Anaſtaſio Conſtantij tēporibus
fuit: qui ſolus poſt interfectū a Ma-
gnetio cōſtantē imperio potitus eſt.
Mox Iulianū patruelem ſuum quip
pe qui ex Coſtantio patris conſtan-
tini fratre natus erat Cæſarē creatum in Gallias
ſeditione quorūdam tyrannorū tumultuātes mi
ſit:qui breui & gallorū & germanorū motus vir
tute ſua cōpeſcuit: vnde militū omnium cōſenſu
Auguſtus appellatur. Quo audito Cōſtantius re-
bus Parthicis occupatus ad bellū ciuile cōuerſus
appoplexia in itinere obijt inter Ciliciā cappado
ciam in Mopſocrem oppido.anno imperij quar-
to & vigeſimo ætatis quinto & quadrageſimo.
hoc autē morbo dixerūt medici hominē interijſ
ſe ob dolorē animi & grauē cogitationem in quā
rebellāte iuliano inciderat. Ob eius autē mode-
rationē:chriſtianorum cauſam ſemper excipio in
qua vnice impius fuit & comitatem inter diuos
more veterū referri meruit. Nam poſt ſuſceptū
imperium:Romam cum triumpho via Flammi-
nea ingreſſus aureo carpēto ciues obuiam factos
mira benignitate inſpexit & veneratus eſt:dicti-



tans illud Cyneæ Pyrrhi legati verum eſſe:tot ſe
videre reges ī vrbe Roma quot ciues. In vna ta
men re Popu.Ro. ad riſum potiuſquam ad indi-
gnationem cōcitauit: ꝙ portas Vrbis ingrediēs
celſas & faſtigatas arcuſq; triūphales pręaltos &
latos homo paruæ ſtaturæ caput incuruaret mo-
re anſerum leſionem veritus. Is præterea campū
martium cum admiratione inſpiciens ſepulchrū
Auguſti Cæſaris tot ſimulachris marmoreis &
æneis ornatum.Forū Romanum.Iouis tarpei de-
lubra. Thermas:porticus:in prouinciæ modum
auctas. Amphiteatrum tyburtino lapide extru-
ctum:tātæ altitudinis vt eo vix inſpicere huma
nus oculus poſſet:pantheon mira altitudine ſpa-
tioſis molibus fornicatum. Templum pacis.Pom
pei theatrum: Cirtū maximū:Septiſolium: Tot
arcus triūphales :tot aquæ ductus tot ſtatuas per
vrbem ad ornatū poſitas obſtupuit:ac tandē di
xit naturā vires omnes in vnam vrbē effudiſſe.
Stabat Traiani equus ęneus in Atrio:cuius inſtar
alterum ſibi fieri cōſtantinopoli conſtātius pete-
bat ab ormiſda architecto:quem ſecum duxerat. Hormiſ-da.
Cui hormiſda ſtabulum quoq; tale cōdas opor-
tet ſi voles equū late ſuccedere.Idem quoq; hor-
miſda a cōſtātio interrogatus quid de vrbe Ro-
ma ſentiret.Id tantū ſibi placere reſpondit quod
didiciſſet ibi quoq; homines mori:vt philoſophū
decebat locutus.Felix autē quē diximus in libe-
rij locū a catholicis ſubrogatū eſſe(licet id factū
ab hæreticis Euſebius & Hieronymus affirment
quod certe miror)ſtatim vbi Pōtificatū inijt cō-
ſtantinum magni conſtantini filium hæreticum:
& ſecūdo rebaptizatum promulgat ab Euſebio

Nicomedienſi ep̄o in aquilone villa nō longe a
Nicomedia. Hinc autem deprehēdi error poteſt
quo ducũtur nonnulli qui hanc hæreſim magno
conſtantino aſcribunt. Quod profecto vt ex hy
ſtoria vides in tm̄ principē tamq̃ religiōis chri-
ſtianæ amātiſſimum nec debuit cadere nec po-
tuit. Dum autem altercatio eſſet & quidem ma-
Error de hæreſi cōſtantini. — gna vt diximus inter liberiũ & Fœlicem. Arria
na hęreſis biffariā diuiditur. Nam Eunomius vn
de Eunomiani vir corpore & aīo leproſus: nec ſe
Eunomi⁹ hæretic⁹. — cus interius q̃ exterius morbo regio correptus:
affirmabat in rebus oībus & filiũ diſſimilem pa-
Macedonius. Hæreticus. — tri: & ſctm̄ ſpm̄ cum patre & filio nil habere cō-
mune. Macedonius autem quē noſtri ante erro-
rem: cōſtantinopolitanũ ep̄m fecerant ab arria-
nis expellitur: quia filiũ patri ſimilē fatebatur: li
cet ſpm̄ ſanctum nō ſecus atq̃ illi blaſphemaret.
Aiũt qdā fœlicē cōciliũ. viij. & xl. ep̄orũ habuiſ-
ſe in quo decernitur: vt epi oēs aut conciliũ gene
rale veniant. aut literis rationē reddāt quare id
facere nequeant: quod quidem inſtitutũ cartha-
ginēſi cōcilio poſtea renouatũ eſt. Huius aũt tem
Achatius Monophtalmon. — poribus fuit Achatius quē quia luſcus erat mo-
nophtalmon vocarunt. Hic vero cæſariēſis ec-
cleſiæ in paleſtina ep̄s: multa in eccleſiaſticē con-
ſcripſit tantæq̃ auctoritatis ob eloquentiam &
verſutiam apud cōſtantiũ fuit quēadmodũ Hie
ronymus ait (quid ergo certe miror) vt Roma
in liberij locũ Fœlicē Arrianum ep̄m conſtitue-
ret: quē profecto catholicũ fuiſſe cōſtat vt ſcrip-
ſimus & Arrianos ſemper dānaſſe. Fœlix autem
poſtremo cum nulla in re orthodoxe fidei deeſ-
ſet ab aduerſarijs captus vna cum multis ſecum



bene ſuntiētibus interficitur: ſepeliturq̃ in Baſi-
lica quā ipe ædificauit via Aurelia ſecūdo ab vr
be Roma miliario. xij. Kal. decēbris. Sedit aũt tā
tũmodo annũ vnũ. mēſes quattuor: dies duos ꝓ
pter ſeditionē a liberio motā: quē damaſũ ſecut⁹
licet imerito iter pōtifices nũeraui. Damaſus .I.

Is Damaſus conciliũ ſecūdũ vniuerſale hoc eſt
cōſtātinopolitanũ cōtra macedoniā celebrare
iuſſit, Cuius tpib⁹ burgūdi ſanctũ baptiſmatis
ſacramētũ ſuſcipere. Et ortũ fuit tertiũ ſciſma in
ter eũ & vrſicinũ Cardinalem Diaconum.

DAmaſus natiōe hiſpanus p̄re antonio Iu-
liani tpib⁹ fuit viri certe egregij ſi domi — Iulianus apoſtata.
foris eius ingeniũ reſpicis. Nā & Eubolo
ſophiſta: libanio phſo p̄ceptoribus vſus
liberalibus diſplinis ita erat imbutus tum græce
tũ latinæ vt cuiuis optimo principi cōparari poſ-
ſet. Multæ erat memorię ingētis facūdiæ: in ami-
cos liberalis: ꝓuincialibus iuſtiſſimus: glorię cu-
pidus. Verũ hęc omnia ad extremũ euertit dum
chriſtianos perſequitur. Callidior tamen cæteris
perſecutor: nō vi neq̃ tormētis primo: ſed p̄mijs
honoribus blāditijs perſuaſionibus maiorē fere
populi partem quā ſi atrocior fuiſſet elicuit. Ve-
tuit aũt ne chriſtiani auctorũ gentiliũ ſtudia adi-
rēt: neue ſcholę niſi his qui deos deaſq̃ venerarē
tur paterēt. Vni tamē ꝓhæreſio viro doctiſſimo
concesſum eſt: vt xp̄ianus publice doceret: quā — Prohæreſius.
grām ipſe indignatus contēpſit. Militare cingulũ
dari niſi gētibus vetuit. Statuit pręterea procu-
ratiōes ꝓuinciarũ viriſq̃ dictionē xp̄ianis nō de
bere pmitti quippe quib⁹ lex ipſa xp̄iana ꝓprio
vti gladio vetat. Athanaſiũ tn̄ apte oppugnat

atq; in exiliũ mittit a magis: ab auguribus inſti-
gatus: quorũ artibus maxime delectabatur: q̃d
diceret Athanaſiũ obſtare quo minus eorũ ar-
tes in precio eſſent. Cum Daphnius quoq; in ſub
urbano Anthiochiæ iuxta fontẽ caſtaliũ litaret
apollini: & nulla ex his quæ querebãtur reſpon-
ſa ſuſciperet: cauſaq; ſilentij perconctaretũ a ſacer
dotibus: demones aiunt ſepulchrũ Babylle mar
tyris ꝓpe aſtare & ideo reſponſa nõ reddi. Tum
Iulianus Galilæis imperat (hoc. n. nomine xp̃ia-
nos appellabat) vt ſepulchrũ martyris inde aufe
rant. Qui dum ſepulchrũ mira exultatione tra-
herent dicentes. Confundãtur omnes qui ado-
rãt ſculptilia: & qui gloriãtur in ſimulachris ſuis
ita iram Iuliani principis concitarũt: vt multos
prȩter inſtitutum ſuum interfici iuſſerit. Miror
ego id a Iuliano factũ cum diaboli artes iam va-
nas eſſe cognoſceret. Semel. n. Magum quendam
in ſpeluncã ſecutus cũ voces demonũ perhorre-
ſceret ſigno crucis vſus eſt quo fugati ſunt demo-
nes: cũ vero Iulianus diceret ſigno crucis aliquid
mirũ ineſſe rñdit Magus demones etiã genus il-
lud ſupplicij formidare: hãc obrem Iulianus per-
nacior q̃ antea factus eſt adeo vanitati magicæ
deditus erat. Licet prius xp̃ianã religionẽ ſimula-
to aĩo amplexus fuiſſet vt cõſtantij odiũ vitaret
legiſſetq; publice diuinos codices ac baſilicã no-
mine martyrũ ædificaſſet. Præterea vero diẽ im-
perator quo noſtris ſtomachũ faceret iudæis tẽ-
plũ hieroſolymitanũ reſtituit: cũ diceret ſe alibi
ſacrificare nõ poſſe. Qui certe tãta arrogãtia elati
ti ſunt vt maiore impẽſa q̃ antea reſtituere tẽpli
conarẽtur. Verũ nõ ita multo poſt terremotu tẽ

Babylla Galilæi antiquit9 nũc xp̃ianus:

Signi crucis victus etiã apud ethnicos.



plũ corruẽs & multos iudæos ſimul oppreſſit: &
illud approbatũ eſt lapidẽ ſupra lapidẽ poni nõ
debere. Sequenti autem die incendio diuinitus
immiſſo: & ferramenta ipſa conſumpta ſunt: &
eo miraculo multi iudȩi perterriti ad fidem chri
ſti venerare. In perſas vero proficiſcẽs Iulianus
quos intellexerat res nouas moliri ĩ redditu ſuo
malam quidem rem chriſtianis minatur. Cũ au-
tem ſuperatis hoſtibus incompoſito agmine vi-
ctor rediret apud cteſiphontem confoſſus perijt.
A ſuis, aut ab hoſtibus id factum ſit incertum eſt:
quanq̃ ſunt qui ſcribant ſagitta ex incerto miſſa
tranſfixum fuiſſe eundẽq; exclamaſſe manu ad
cœlum extenſa viciſti Galileæ viciſti: nam xp̃m
galileum appellabat & fabri filium: vnde illud
adoleſcentis in libanium ſophiſtam interrogan-
tem quid ageret fabri filium iuliano inquit locel
lum cõponit: nam paulopoſt eius cadauer locel-
lo auectum eſt. Sunt etiam qui ſcribant hunc an-
tea clericum fuiſſe ac poſtea a fide noſtra defeciſ
ſe: vnde hominem apoſtatam vocãt. Perijt autẽ
poſt annũ & octo imperij ſui menſes. anno vero
ætatis. ij. &. xxx. Huic deinde ſuccedit Iouinia-
nus qui ab exercitu imperator electus nõ prius
profiteri imperatoris nomen voluit q̃ omnes
cõclamarũt ſe chrriſtianos eſſe. Quibus collau-
datis & imperium ſuſcepit & exercitum e mani-
bus barbarorum liberauit. Ni ſibi ac magna Me
ſopotamiæ parte Sapori regi perſarum relicta.
Hic autem octauo imperij ſui mẽſe cruditate ſto
machi ſiue tetro odore prunarum moritur. Da-
maſus autem electus ad pontificatum obeundũ.
Vrſicinũ diaconũ competitorẽ habuit in baſili

Templũ iudȩorũ terremotu deſtruitur.

Mors Iuliani.

Iouinianus xp̃ianus imperator.

Damaſi geſtus

ca quę ſiccinini appellatur: vbi multi vtrinq; ce
cidere in ipſo tēplo cum res non ſuffragijs tantũ
ſed vi & armis tractaretur. Verum nō ita multo
poſt ſacerdotũ ac populi conſenſu Damaſus ep̄s
cōfirmatur: & Vrſicinus ad Neapolitanā eccle-
ſiam traducitur. Damaſus autem adulterij accu
ſatus publico cōcilio cauſam dixit: vbi & Inno-
cens abſoluitur: & Cōcordius atq; Calixtus dia-
coni falſi accuſatores dānati ac reiecti ab eccleſię
ſunt: cautũq; lege eſt: vt deinceps pœnā talionis
ſubeant qui aliquem falſo accuſauerit. Paccata tā
dem eccleſia Damaſus ocio literario delectatus
vitas pontificũ omnium: qui ante ſe fuere con-
ſcripſit: eaſq; ad Hieronymum miſit. Nō deſtitit
tamen & tēpla & cultũ diuinum augere. Duas .n.
baſilicas ædificauit: vnā iuxta theatrũ: alteram
via ardeatina ad cathecũbas dedicauit: & plato
niā vbi corpa Petri & Pauli aliqñ iacuerāt. Ver
ſibus quoq; elegātibus ſanctorũ corpora eo loci
ſepulta exornauit ad memoriā poſteritatis. Præ
terea vero baſilicā quā ipſe in honorē diui Lau-
rētij nō lōge a theatro pōpeano conſiderat maxi
mis muneribus ornauit. Patena argēta librarũ
xx. Arma argētea librarũ. xv. Scypho argēteo
anaglipho librarũ. x. calcibus argēteis. v. Coro-
nis argēteis. v. Domos quoq; circa baſilicā poſi-
tas dono dedit. Fũdũ etiā papyrianũ agri ferēti-
natis fundũ Antoniũ. Balnea nō lōge a tēplo po
ſita. Vt pſalmi quoq; alternis vicibus in eccleſia
canerentur: in fineq; eorũ verba hęc ponerētur
Gl̄ia pr̄i & filio & ſp̄ui ſc̄tō inſtituit. Primus enī
Hieronymi ſcriptis auctoritatē dedit cũ pri⁹. lxx
interp̄tũ ſcripta tm̄modo in p̄cio eſſent. Nā & bi

Concor-dius Calixtus. Falſi accuſatores

Hieronymi ſcripta approbā-tur.



blia Hieronymi legi cæpta eſt & pſalmi eiuſdem
fideliter ex hebraico traducti cũ antea apud Gal
los potiſſimum incōpoſite legerētur. Mandauit
item vt in principio celebrationis quam miſſam
vocāt cōfeſſio diceretur vt hodie fit. Idem vero
Damaſus vbi ex ſacris ordinibus quinquies ha-
bitis p̄ſbyteros vnũ & .xxx. diaconos. xi. ep̄os. ij.
& .lx. creaſſet: moritur ac ſepelitur via ardeatina
cũ matre & ſorore in baſilica a ſe cōdita. iij. Idus
decēbris. Sedit annis. xix. menſes. iij. dies. xi. Va-
cat tum ſedes dies vnum & .xx.

## Syricius. .I.

SIricius natione romanus patre Ty-
burtio Valētiniani tp̄ibus fuit. qui
a Iuliano multa incōmoda ob fidē
xp̄i paſſus pluſq; militia cum Scu-
tatorum princeps eſſet. mortuo au-
tem Iouiano militum omniũ cōſenſu imperator
electus valentē fratrē in partē imperij accipiens
eidem oriētem aſſignat. Poſtea vero imperij ſui
anno tertio Gratianũ filium nec dũ bene pubetē
ſocrus & vxoris hortatu Auguſtũ creat. p̄copiũ
quidem apud cōſtantinopolim res nouas moliē-
tem cũ ſatellitibus ſuis mira celeritate opprimit.
Sed valēs ab Eudoxio Arriani dogmatis ep̄o ba
ptizatus in ſæuiſſimā hæreſim declinans noſtros
perſequitur: & in exilium pellit. mortuo pręſer-
tim Athanaſio quo viuente res chriſtiana ſex &
xl. annis mirifice ſubſtentata eſt. Inſtabat Lucius
hæreticus hoſtilem in modũ noſtros perſequens:
neq; illis quidem parcēs qui in hæremo erāt. eos
.n. immiſſis militibus aut trucidabat: aut in exi-
lium mittebat. Magnę auctoritatis tunc erũt An

Valentinianus

Eudoxi⁹

ronij diſcipuli Macharij duo in ſyria, quorũ alter
in ſuperiore:alter in inferiore habitabat heremo
Iſidorus quoq; tum in precio erat Panucius: Pã-
bos:moſes Beniamin: Paulus apheliotes. Paulus
phocẽſis Ioſeph qui mõs Antonij dicebatur. Hos
cũ exilio vexaret lucius mulier phanatica pro-
clamat:viros dei iñ inſulã egypti nequaquã mit-
tẽdos eſſe. mãnia quoq; ſaracenorũ gentis regina
cum frequẽtibus prelijs romanorũ opes attriuiſ-
ſet Paleſtini & arabici limitis oppida vaſtãs. ora-
ta pacẽ nõ aliter repromittit: niſi Moſem xp̃ianũ
virũ ſanctiſſimũ gẽti ſuæ ep̃m deſignarẽt. id age-
Moſes. re Lucius conabatur: verũ Moſes inclamat. Ar-
guũt te o luci per metalla dãnati xp̃iani ĩ inſulas
relegati & carcere incluſi: quare manus tuas ad
me cõſecrandũ nunq; inicies. Reuocatus itaq; ep̃s
qui ſe cõſecrarẽt datur reginæ pręſul ac pax Ro-
manis redditur. Sæuiebat in chriſtianos Valens
& Lucius licet themiſtij philoſophi litterę valen-
tem aliquãtulum mitiorẽ reddiderint. Sæuiebat
Tanaicus gorthorum rex. & Thanaricus Gorthorũ rex qui plurimos bar-
barorũ martyrio affecit. Interĩ vero Valẽtinia-
nus ſaxones gentẽ in occeani littoribus poſitã lo-
cis inuijs & Burgõdiones virtute ac rei militaris
ſciẽtia oppreſſit. At vero dum Sarmatæ ſeſe per
Pãnonias effudiſſent bellumq; in eos parat ſubi-
ta ſanguinis effuſione apud Brigionẽ oppidum
Gotthi. moritur. Tũ Gotthi ſedibus ſuis pulſi per omnes
ſe tracias effundũt:quibus dum Valẽs ire obuiã
cũ exercitu parat:reuocatis prius ſed ſero ab exi-
Valentis mors. lio ep̃is & monachis quos etiã militare coegerat
pręlio victus igni exuritur. Hęc quidẽ clades ro-
mani imperij ac totius Italiæ exitiũ fuit. Sciricius



autem dum hæc agerẽtur:cẽſuit monachos quo-
rum vita probata eſſet poſſe ſacris initiari a pri-
mis ordinibus vſq; ad ep̃atũ. Cenſuit itẽ ordines
per interualla dandos. Manicheos p̃terea qui in
vrbe erant vetuit cõicare cum fidelibus: penitẽ-
tes aũt & redeũtes ad gremiũ orthodoxæ fidei
recipiendos eſſe cenſuit:ſi monaſterium ingrede-
rentur atq; ibi ieiunijs & orationibus ſe toto ſuæ
vitæ tẽpore macerarẽt. Viaticũ ſiquidẽ tum de-
mum ab eccleſia recipiebãt vbi de optima eorũ
vita conſtaret. Cõſecrari autẽ preſbyterũ ab ep̃o
tantum cẽſuit. Inſtituit itẽ vt quicũq; aut viduã
aut ſecũdam vxorem duxiſſet ab officio eccleſia-
ſtico pelleretur. Hæreticos quoq; p manus impo-
ſitionem recipiẽdos cẽſuit. Huius tp̃ibus Hilarius Hilarius
fuit vrbis pictauiorũ Aquitanię ep̃s qu. & cõtra ep̃s picta
Arrianos. xij. libros ſcripſit:& alterũ cõtra Va- uieñ.
lentẽ & Vrſatiũ: atq; nõ ita multo poſt pictauijs
moritur. Victorinus autẽ natiõe apher romæ tũ Victorinus
primum rhethoricã docuit. poſtea vero in extre-
ma ſenectute fidei noſtræ ſe tradẽs:cõtra arrium
libros more dialectico ſcripſit. Multa quoq; com-
poſuit ad cõmẽdationẽ fidei noſtræ Gręgorius
lacticus hiluerti ep̃s. Photinus autem gallo græ- Rhetoricus
cus Marcellini anticyrani ep̃i diſcipulus Hebio-
nis hæreſim inſtaurare tũ conatus eſt. Hebion. n. Hebionis
xp̃m pio coitu Mariæ natũ, virũ iuſtũ putauit. Is hæreſis
quidẽ a Valẽtiniano imp̃atore pulſus plura ſcri- dydimus
pſit volumina ad pręcipua cõtra gẽtes At Didy-
mus Alexãdrinus a teneris annis oculis captus:
& ob id etiã primarũ literarũ ignarus ita geome-
triã & dialecticã:quę magno vſu indigẽt: iã grã-
dis natu cũ primis elementis didicit: vt pręclara

h

quedam opa in mathematicis ſcripſerit in pſal
mos quoq; & in euangeliū Matthei ac Ioannis &
contra arrianos multa edidit. Optatus quoq; a
pher eps miluetanus libros ſex contra donatia
nos compoſuit. Seuerus autem Cecilius hiſpanus
agnationē ab illo Seuero ducens ad quam Lacta
tij.ij.ex ſtāt epiſtolarū libri: volumen compoſuit
quod cataſtrophen vocauit. Syricius vero cōpo
ſitis eccleſiæ rebus ac creatis ſex &.xx. preſbyte
ris. diaconis.xvi. epis.ij.&.xxx. ex ſacris ordini
bus quinquies habitis: moritur ac ſepelitur in cœ
miterio priſcillæ via ſalaria. viij. Kalē. martij. ſe
dit. n. annos. xv. mēſibus vndecim. dies. v.&.xx.
vacat tum ſedes dies. xx.

## Anaſtaſius .I.

ANaſtaſius natione romanus patre ma
ximo impante Gratiano vrbis roma
eps creatur. Nā Gratianus adoleſcēs re   Gratianꝰ
ligione clarus: militia ſtrenuus apud ar
gentariam oppidum Galliæ vno prelio ad.xxx
millia alemanorū fines romanorū vaſtātes cum
minimo ſuorum incōmodo interfecit. In Italiam
deinde rediens pulſa Arriana hæreſi totam pro
uinciam ad verā xpi fidē redegit. At vero cum
ſtātibus Gotthis rempu. in magno diſcrimine vi
deret Theodoſium ex hiſpania oriundum virū   Theodoſius.
clariſſimum ſocium ac imperij comitem ſibi de
legit: qui ſuperatis alanis Hunnis & Gotthis ori
tale imperium reſtituit icto cum athalarico rege
Gotthorum fœdere: quo quidem mortuo ac Cō
ſtantinopoli egregie ſepulto omnes eius milites
Theodoſium virum optimum ſecuti ſunt. Inte
rim vero Maximus in Britānia tyrānidem occu



pans ac in galliam traijciēs apud Lugdunū gra
tianū interfecit: qua re Valētinianus iunior fra
ter metu perterritus ad Theodoſium in orientē
cōfugit. Sūt autem qui ſcribāt hos quidē fratres
in tantam calamitatē incidiſſe matris iuſtinæ cri
mine: quæ Arrianā hæreſim fouens xpianos pſe
quebatur. Maxime vero Ambroſium quē etiam
inuitum populus Mediolanēſis tum epm delege
rat. Mortuo. n. Auxētio hereticorū epo ſtatim ſe
ditio Mediolani exorta eſt. Cum hāc itaq; repri
mere Ambroſius conaretur: qui tū conſularis eiuſ   Ambroſij geſta.
dem prouinciæ faſces regebat: eccleſiāq; ingreſ
ſus multa de concordia partium diſſeruiſſet: ab
oībus ſucclamatū eſt nō alteri q̄ Ambroſio epa
tum cōmitti debere: quid etiam factū eſt. Ex ca
thecumino. n. xpianus factus: & ſacris initiatus
Mediolanēſis eps creatur, cuius doctrina & ſan
ctitas quanta fuerit eius vita ac opera doctiſſi
me elegantiſſime ſcripta oſtendūt. Tunc autem
Anaſtaſius rei diuinæ cauēs conſtituit ne ſacer   Anaſtaſij geſta.
dotes vllo modo ſederent: ſed curui & venera
bundi ſtarent cum ſacrum euangelium: aut cane
retur, aut legeretur in eccleſia dei. Neue peregri
ni maxime autem tranſmaritimi in clerum reci
perentur: niſi quinq; epōrū præ ſe ferrēt chiro
grapha. Hoc aūt factū eſſe aiūt ꝓpter Manicheos
qui tum in aphrica magno in precio erant: &
ad corrūpēdā fidē de ſuis quoquo verſum mitte
bāt. Cōſtituit itē ne debiles & māci neue aliquo
mēbro carētes in numerū clericorū reciperētur.
Baſilicam quoq; quæ creſcentina vocatur in re
gione ſecunda via Mamertina dedicauit. Huius
& Damaſi & Syricij tpa illuſtrarūt nō modo op

timi iperatores Iouinianus Valentinianus Gra-
tianus Theodoſius: verũetiã ſanctiſſimi atq; ex-
cellentes in quauis facultate doctores tũ gręci tũ
Gregori-
us.
latini. Gregoriũ nobis xp̄ianis cum Baſilio ca-
padocia genuit vt ait Euſebius. Ambo fuere no-
Baſilius.
biles: ambo Athenis eruditi. Baſilius .n. cęſarę ca-
padocię que prius Maza vocabatur ep̄s cõtra Eu-
nom um egregios libros ędidit. Scripſit & volu-
men de ſpiritu ſancto: & monachorum inſtituta.
Duos habuit fratres: Gregorium: & Petrum vi-
Gregori-
us.
ros doctiſſimos. Gregorij extabant Euſebij tem-
Naziãze
nus.
poribus aliqua volumina. At Gregorius Nazi-
zenus qui Baſilium ad monaſteriũ perduxit Hie-
ronymi pręceptor multa ſcripſit: maxime vero
in laudẽ Cypriani Athanaſij maximi philoſophi.
Scripſit & contra Eunomium libros duos: cõtra
Iulianum imperatorem librũ vnum. Laudauit
& nuptias & virginitatem hexametro verſu le-
uauit & Conſtantinopolitanos ab hæreſi ratiõi-
bus & ſuo elegantiſſimo dicendi genere in quo
polẽnonum virũ eloquẽtiſſimum ſecutus eſt. I
poſtremo dum ſenex admodum eſſet ſucceſſori
ſibi diligens ruri vitam monachi duxit. Baſilius
autẽ ſub Gratiano hic vero ſub Theodoſio mo-
Epipha-
nius.
ritur. Epiphanius quoq; Cypri Salaminæ ep̄s hæ-
reſes omnes elegantiſſimis voluminibus impu-
Ephren.
gnauit. Cõpoſuit tum etiam multa ſermone Sy-
ro ephren ediſſenæ eccleſiæ diaconus: qua ex re
ad tantam venit dignitatem, vt poſt lectionem
ſcripturæ ſacræ publice in quibuſdam eccleſiis
eius ſcripta legerẽtur. Anaſtaſius autem vbi de
ſacris ordinationibus bis in vrbe menſe decẽbri
habitis: p̄ſbyteros octo diaconos quinq;: ep̄os.x



creaſſet. moritur & ſepelitur in cœmiterio ad Vr-
ſum pileatũ .v. Kalen. Maij. Annos vero .iij. dies
x. ſedit. Vacat tum ſedes dies vnum & .xx.

## Innocentius. .I.

De hoc Innocẽtio tractatur in .c. nunquid. xx-
viij. q. i. & .xxiiij. q. i. Et circa hęc tempora Tal-
mud Iudæorũ a duobus rabbinis cõponitur

INnocentius natione Albanus patre In-
Theodo-
xius.
nocentio particeps Theodoſij temporũ
fuit: qui ſingulari celeritate & conſilio
vſus maximum tyrannum Gratiani in-
terfectorem apud Aquileiam occidit. Hanc cala-
Martinus
mitatem maximo ipſi martinus vir ſanctiſſimus
antea prędixerat dum Britanniã militaribus co-
pijs ſpoliat in Italiam contra ius faſq; venturus.
Tũc enim a circio Scoti aquilone picti: inſulã va-
cuam militibus ingreſſi longe ac late omnia va-
ſtarũt. Theodoſius autem diuino auxilio fretus
& Androgatiũ Maximi comitẽ: & victorẽ eiuſ-
dem tyrãni filium & Abrogaſtem & eugenium
tyrannus mira celeritate vſus opprimit. Vnde
merito claudiani poetæ carmina in laudẽ Theo-
doſij extant. O nimium dilecte deo: tibi militat
Claudia-
nus poeta
æther. Et coniurati veniunt ad claſſica venti. Ac-
cedit theodoſio ad diſciplinam militarem laus
ingenij: quo plurimum valuit & religionis. Nã
cum Mediolani ingredi eccleſiam vellet myſte-
ria viſurus prohibitus ob quo idã facinus vt fie-
ri ſolet ab ingreſſu eccleſiæ niſi pœniteret: ita æ-
quo aĩo id tulit: vt vltro ipſi Ambroſio gratias
egerit: atq; pœnituerit. Huiꝰ vxor Facilla fuit ex
qua Archadium & Honorium ſuſcepit. Iratus ſe-
mel Theodoſius quod Theſſalonicenſes in thea-

tro militem occidiſſent vel vt alij voluntiudicē
ſuum : ægre retentus a ſacerdotibus italicis eſt:
quominus omnes Theſſalonicenſes occideret:
qui poſtea ad ſe rediens re cognita : & lachrymis
pœnitentiam prope patrari ſceleris egit : & legē
tulit vt ſententiæ principum ſuper animaduer-
ſione prolatæ in tertium diem differrentur quo
miſericordiæ vel pœnitentiæ locus daretur. Fe-
runt principem ipſum ſi quādo ira percitus fuiſ-
ſet hac deinceps cunctatione vſum. vt notas om
nes literarum expreſſe recenſeret : quo interim
iræ daretur locus . Affirmant quidam principē
ipſum familiaritate cuiuſdam Ioannis monachi
Anachoritæ in thebaide vſum cuius conſilio: tū
bellum tum pacem gerebat . Theodoſius autem
quinquageſimum ætatis agens annum Mediola
ni moritur. Innocentius vero tanta imperij tran
quillitate & benignitate prīcipis vſus: multa ad
religionem chriſtianam pertinentia meditatus
eſt. Conſtituit enim vt ſabbato ieiunium celebra
retur:& ꝙ tali die xp̄s in ſepulchro iacuiſſet:&
ꝙ eius diſcipuli ieiunaſſent . De iudæis quoqꝫ &
paganis deqꝫ monachis regulas quaſdam tulit.
Cataphrigas autem hęreticos quorum auctores
fuere mōtanus Priſca & Maximilla: vt ante dixi
ab vrbe expulit Theodoſio annuente vel in mo
naſteria. vt alij volunt relegauit. Pręterea vero
Pelagium monachum & celeſtinum hereſeos dā
nauit: ꝙ liberum arbitrium diuinæ gratiæ ante-
ferrent : & quod dicerent ad implenda diuina
iuſſa voluntatem per ſe ſufficientem eſſe . Con-
tra hos quoqꝫ multa ſcripſit Auguſtin⁹. Pelagius
autem in Britanniam proficiſcens totam inſulā

Sententię prīcipū ī diē tertiū differri debent.

Mors Theodoſij.

Cataphrige.

Pelagiū.



errore ſuo infecit adiuuāte Iuliano tanti mali co
mite & ſocio, Baſilicam vero Geruaſij & Protha
ſij dedicauit veſtinæ mulieris impenſa ſtructā &
ornatam: diuēditis eius bonis ex teſtamento reli-
ctis iuſto precio Tēpli dona hæc fuere Paternę ar
gētez duę. xl. librarū: coronæ. xij. ceroſtrata argē
tea iiij. Ad ornatū baptiſterij ceruū obtulit quinqꝫ
&. xx. librarum fundētem aquam. Vas chriſma-
tis ex argento librarum. v . Scyphos duos argen
teos, Anaglyphos. xx. librarum. Dos autem tem
pli erat domus ad baſilicam blinam Balneū ad
templum mamuri . Domus item in cliuo ſalutis
balneatæ. Fundus in agro cluſino : alter fundus
in agro fundano. His addita domus emeriti ī cli
uo mamertino. Domus altera in vico longo: Bal
neū quoqꝫ eodem vico. Curam vero & admini-
ſtrationem huius baſilicæ & ſanctę Agnetis Leo
pardo ac Paulino preſbyteris cōmiſit. Huius tē-
poribus fuit Apolliaris Laodiceæ Syriæ ep̄s vir
ſane in diſputando vehemēs & ita acutus: vt au-
ſus ſit dicere corpus non animā a dn̄o in diſpen-
ſatione ſuſceptū: poſtea vero cum rationibus vr
geretur: ait eum quidē habuiſſe animam non ta
men ex ea parte qua rationabilis eſt: ſed ex ea ſo-
lū qua corpus viuū reddit. Ad ſupplemētū ve-
ro rationabilis partis ipſum verbū dei fuiſſe phi
beat. Quæ quidē ſn̄ia & a Damaſo antea & a Pe
tro Alexādrino xp̄o exploſa eſt. Hinc apollinari
ſtæ originē habuere. Martian⁹ aūt Barcilonę vr
bis ep̄s caſtitate & eloquētia inſignis bene cū fide
ſenſit & Nouatianos ſcriptis ſuis īpugnanit. Cy-
ryllus vero hieroſolymitanus ep̄s ſępe pulſus ec
cleſia: & recept⁹ ad extremū ſub Theodoſio prin

Baſilica geruaſij & ꝓthaſij.

Apollinariſtæ.

Cyrillus.

cipe annis octo epatū tenuit multaq; ſcripſit. Eſi-
cius item apud Teſpheſiū rhetorē cum Gregorio
Nazianzeno epo adoleſcens cæſareæ eruditus
plurimo labore Origenis & Pamphili corruptã
bibliothecã membranis inſtaurare conatus eſt;
Hieronymus. ſcripſit & ipſe multa. Eodem quoq; tēpore Hiero
nymus preſbyter in bethleem habitãs ingenio ac
facundia ſua xp̄i fidē mirū immodū auxit: quod
etiam eius ſcripta declarãt. Improbatur itē eo tē
pore in ſynodo burdegalenſi priſciliani dogma
Cnoſtici. ſumptū ex Cnoſticorū & manicheorū hæreſi de
qua ſuperius diximus. Innocentius vero vbi per
ſacros ordines quater in vrbe habitos preſbyte
ros.xxx.diaconos.xij.ep̄os.iiij.&.l. creaſſet mori
tur ac ſepelitur in cœmiterio adurſum pileatum
v.Kalē. Auguſti. Sedit an.xv.mē.ij.diebus quin
q; &.xx.vacat tum ſedes dies.ij.&.xx.

## Zozimus. .I.

ZOzimus natiōe græcus patre Abraha
mo Mortuo Theodoſio: arcadij & ho
norij qui patri imperio ſucceſſere tem
poribus fuit. Ii quidē gubernacula im
Arcadius honorius perij ſuſcipientes tpibus auſpitijs illud rexere di
uiſis tantūmodo adminiſtrationibus: Arcadius
enim orientem Honorius vero occidentē guber
nabat: licet Theodoſius filijs adhuc adoleſcenti
bus tres duces reliquerit: qui romanū guberna
rent imperium Ruffinum qui orientem: Stilconē
qui occidentē Gildonem qui Aphricã regerent.
Qui deinceps cupiditate imperãdi moti ſpretis
paruulis regnum occupare conati ſunt. Gildoni
res nouas in Aphrica molienti Maſcelger frater



eius crudelitatem veritus cum exercitu obuiam
factus hominem fundit fugatque qui vel dolore
animi vel veneno nõ ita multo poſt moritur. Idē
quoq; Maſcelger tãta victoria elatus cū nec deo
nec hominib9 parceret a militibus occiditur. Ruf
finus vero ab Archadio opprimitur dum oriē
tale imperiū conatur inuadere. Ingreſſus tū Italiã
Rhadagaſius Gotthorum rex immaniſſimus fer- Radagaſius rex Gottorū.
ro ac flãma omnia vaſtabat. Verum romani cõ-
parato exercitu Barbarum in Feſulanis mõtibus
opprimūt duce ſtilcone. Huic vero ſucceſſit Ala Alaricus.
ricus: quē Stilco regni cupidus cum ſuperare poſ
ſet & fouit & iuuit. Verū poſtremo cum Alari-
cus in Galliam proficiſcens cõcedente eo loci ſe-
des ad incolēdum Honorio apud pollentiã cõce
diſſet: Saulum gēte & religione hæbreum a Stil-
cone eū militibus immiſſum quo fœdus turba-
retur hoſtē ſenſit. Facile enim fuit barbaros nil ta
le ſuſpicãtes & diem phaſcæ obſeruãtes incautos
perturbare. Verum ſequēti die ſumptis armis &
Saulum cum exercitu ad internetionem cedit: &
omiſſa Gallia ī Stilconē & Romanos mouet: qui-
bus ſuperatis vrbē romam poſt lõgam & grauē
obſidionē capiunt. Anno eiuſdem cõditæ mile- Capitur Roma.
ſimo ac centeſimo & ſexageſimo quarto. Salutis
vero chriſtianæ anno.xij.&.cccc. Hac tamen mo
deratione Alaricus vſus eſt & clementia: vt ſuis
mãdauerit a cæde & ſanguine quoad fieri pote-
rat abſtineri: vt ve confugientibus ad Baſilicas Eccleſiarū immunitas.
Petri ac Pauli parceretur Rex vero tertia die ab
vrbe diſcedēs minus calamitatis q̃ putaret per-
peſſa. parū em incēdij ſenſerat: in lucanos & Bru-
cios proficiſcitur: vbi apud luſentiam vi captam

& directā moritur. Cui ſtatim omnium Gottho
Athaulphus. rum cōſenſu Athaulphus ob affinitatē & genus
ſuccedit: quē quidem ad vrbē Romā cum exer-
Galla placidia. citu redeuntē Galla placidia ſuperioris Theodo
ſij filia eius vxor ita placuit: vt a cædibus & ra-
pinis temperatum: & ſuis magiſtratibus vrbis di
miſſa ſit. In animo certe ei prius fuerat vrbē Ro-
mam delere ac nouam condere; eamq; Gotthiā
appellare & īperatoribus nomen de ſe relinque-
re: vt non Auguſti deinceps: ſed athaulphi voca
rentur. Mentē hominis placidia non modo a tan-
to facinore auertit: verūetiam fœdus inter At-
aulphum Honoriū & Theodoſiū iuniorē cōpo-
Zozimi commendatio. ſuit Arcadij iam mortui filium. Zozimus autem
in tanta rerum perturbatiōe rem diuinā nunquā
omiſit. Cōſtituit enim vt diaconi dum celebra-
retur leuas tectas haberēt linoſtimis. Cōceſſit itē
vt in parrochijs cerei ſancto ſabbato bn̄dici poſ-
ſent. Bibere autē in publico clericis vetuit. In cel
lis fidelium id fieri poſſe nō negauit. Vetuit etiā
ne ſerui ī clerum reciperētur: q̄ huiuſcēmodi vi-
ros liberos & ītegros eſſe oporteret. Aſciſcūtur
nūc nō modo ſerui: & vulgo cōcepti ac nati: ve-
rum etiā flagitioſo quoq; geniti: quorum ſceleri-
bus eccleſia dei magnū aliquod īcommodū tā-
dem capiet. Ferunt tamen Zozimum miſiſſe ad
fauſtinus. carthaginēſe concilium Fauſtinum epiſcopum:
duoſq; vrbis Romæ præſbyteros: vt oſtenderet
nil vſquam publice agi debere ſine conſenſu ec-
Lucius. cleſiæ Romanæ. Huius autem pontificatu fuit Lu
cius Arrianæ partis epiſcopus qui variarum hy-
potheſeon libellos ſcripſit. Diodorus quoq; tar-
ſenſis epiſcopus dum Anthiochiæ præſbyter e-



ſet multa tum ſcripſit. Euſebij ſn̄ias non autē elo-
quētiam imitatus propter ignorantiā ſæculariū
litterarum. Scripſit & Tyberianus apologeticū
ob ſuſpicionē hæreſeos quia cum Priſcilliano ac-
cuſabatur. Euagrius præterea acris & feruētis in- Euagrius
genij vitam bti Antonij de græco Athanaſij in vitam. b.
ſermonē noſtrum trāſtulit. Scripſit & ambroſius Antonij
alexādrinus auditor Didymi ī apollinarē volu- cōſcribit.
men pręclarum. Fuere tum etiam ī pręcio Ioānes
cōſtantinopolitanus & Theophilus alexādrinus
illuſtres epiſcopi: hūc ego arbitror Ioānem chry
ſoſtomū fuiſſe qui ob elegantiam dicēdi hoc co-
gnomētum merito adeptus eſt. quiq; Theodorū
& maximū cum diſcipulos ſuos ad fidē xp̄i tra-
duxit relictis pręceptoribus libanio & Andraga
thio philoſopho. Interrogatus libanius iā morti
propiquus quē potiſſimum ī ſchola ſucceſſorē re
liquere vellet nō aliū q̄ chryſoſtomum dixit niſi
hoiem xp̄iani ad ſe traduxiſſent. Perlata tū etiā
ſunt ad Zozimum ſynodalia decreta: quibus cō
firmatis pelagiana hæreſis vbiq; damnatur. Sunt
q ſcribāt & Petroniū boniēſem ep̄m vir ſctiſſimū
& Poſſidoniū Aphricæ ꝓuīciæ ep̄m magnā ſan-
ctitatis opinionē de ſe tū cōcitaſſe. Scripſit & mul
ta cōtra hæreſes primatius ad fortunatum ep̄m.
Sunt qui ſcribant probam Adelphi proconſulis
vxorem Centonas Vergilij in laudē chriſti tum
compoſuiſſe. Hanc certe laudem quidam Eudo- Eudochia
chiæ aſcribunt Theodoſij iunioris vxori. Augu Auguſtinus.
ſtinus vero beati Ambroſij in fide diſcipulus ho
mo certe omnium qui tum fuere doctiſſimus hip
pone in Aphrica epiſcopus fidem noſtram ſcri-
ptis & diſputationibus tum maxime tuebatur.

At Zozimus creatis in vrbe roma præſbyteris decem: diaconis tribus epiſcopis. viij. moritur: ac ſepelitur via Tiburtina apud corpus btī Laurē-
tij martyris. vij. kalēd. Ianuarij. Sedit annū vnū, men. iij. dies. xij. Vacat tum ſedes dies. xi.

## Boniſacius. I.

Boniſacius natiōe Romanus patre iucū-
do præſbytero Honorij tēporibus fuit. Orta quidē tum ī clero ſeditio eſt. Nam dū Bonifacius in baſilica Iulij vrbis Ro-
mæ ep̄s creatur. Eulalius in cōſtantiniana electus

Sciſma quantum eccleſie.

huic ſtatim obicitur. Quod vbi Honorius qui tū Mediolani erat intellexiſſet: inſtāte Placidia cum filio Valētiniano ambo ab vrbe pelluntur. Reuo-
catur tamē. vij. mēſe pōſt Bonifacius: & ſolus vr-
bis præſul cōſtituitur. Interea vero mortuo At-

Vallias.

haulpho gottorū rex Vallias decernitur qui dei iudicio perterritus Placidiā apud ſe tamē hone-
ſte habitam Honorio fratri reddidit: pacēq; cum eo datis lectiſſimis obſidibus inijt. Idē fecere Ala-
ni vandali & Sueui. Placidiā vero Honorius cō-

honorius Placidia.

ſtātio quem Cæſarem declarauerat in matrimo-
nium collocat: vnde cōſtantius Valentinianum filium ſuſcepit: quæ poſtea a fratre pulſa ad oriē-
tem cum filijs Honorio & Valētiniano proficiſ-

Bonifacij conſtitu-
tiones.

citur. Bonifacius autē pontifex tum conſtituit ne mulier vlla aut monacha ſacratam pallam attre-
ctaret: aut thura cōtingeret: neue ſeruus aut ob-
noxius vel obęratus in clerum reciperetur. Cō-
didit præterea Oratorium in cœmiterio ſanctæ Fœlicitatis maryris: eiuſque ſepulchrum ornauit marmoribus & argento. Nam & patenā argen-
team dono dedit librarū. xx. & ciphū argenteū



librarum decem. & coronas argenteas tres cali-
ces minores duos. Huius quoq; pontificatum inſi-
gnem reddidere mihi pręclari viri: maxime ve-
ro Hieronymus præſbyter patre Euſebio natus oppidō Strydonis quod a Gotthis euerſum Dal-

Hieronymus.

matię quōdam Pannoniæq; in finibus fuit. Quā-
tum iſte iuuerit eccleſiam dei vita & ſcriptis non attinet dicere: cū & vita eius ſanctiſſima omni-
bus pręluceat & ſcripta eius ita in precio & in ho-
nore ſint: vt nemo magis legatur ab eruditis do-
ctior. Moritur autem Hieronymus in bethleem ætatis ſuæ anno. lxxxxi. pridie kalend. octobris.

Gelaſius.

Laudatur & Gelaſius cæſareæ paleſtinę poſt Eu-
nomium epiſcopus vir accurati elegātiſque in-
genij. Scripſit & hyſtoriam Dexter Patiani filius ad Hieronymum. Laudauit & ſpiritum ſanctum

Sophronius.

Amphilotius eleganti ſtilo laudat & Sophroniū Hieronymus ꝙ de euerſione Serapis librum co-
pioſe ac docte ſcripſit. Aiūt & Lucianum pręſby-

Stephani reliquiarum inuētio.

terum deo iuuente: tum quidē reliquias Stepha-
ni ꝓthomartyris & Gamalielis Pauli præcepto-
ris inueniſſe: deq; ea re ſermone gręco ad omnes eccleſias ſcripſiſſe: quam ſcriptionem poſtea Ha-
būdius præſbyter hyſpanus latinā fecit: ad Oro-
ſium pręſbyterum. Sunt etiam qui huic ætati ad-
dant Ioannem Caſſianum: & Maximinum viros doctiſſimos. De Eutropio autē Auguſtini diſci-
pulo nō ita ambigitur: qui hyſtoriæ Romanę Epi-
thomem fecit ab vrbe condita vſq; ad tempora ſua: ſatis eleganti ſtilo & oratione. Scripſit & ad duas ſorores chriſto dedicatas de pudicitia & a-
more religionis. Laudatur & Iuuenalis qui tum conſtantinopolitanus epiſcopus erat. Fuit etiam

·lor s Bo
ifacij.

in precio Hæros vir ſanctus: ac btī Martini diſci-
pulus Arelatēſis epiſcopus iniuria pulſus. Boni-
facius autem vbi ex ſacris ordinibus ſemel habi-
tis præſbyteros. xiij. diaconos. iij. epiſcopos. vi. &
xxx. creaſſet. morit̄ ac via ſalaria ſepelitur: apud
corpus ſanctæ Fœlicitatis martyris. viij. kalend.
Nouembris. Sedit annis tribus, men. viij. diebus
vij. mortuo bonifacio clerici quidam Eulalium
ſtatim ad vrbem reuocant qui vel indignatione
vel contemptu rerum humanarum reuocationē
ſpernens. anno poſt Boniſacium moritur. Vaca-
tum ſedes dies. ix.

Theodo-
ſius Iuni-
or.

## Celeſtinus. I.

CEleſtinus natione Campanus The-
odoſij iunioris temporibus fuit. Hi-
n. mortuo Honorio principe clariſ-
ſimo Valentinianum Placidæ ami-
tæ ſuæ filium Cæſarem creatum ad
regendum occidentale imperiū mi-
tit. Qui ſtatim totius Italiæ conſenſu imperator
creatus gubernacula imperij apud Rauēnam ſu-
ſcipiens hoſtes Romani nominis. maxime vero Io-
annem tyrannum mira fœlicitate in Italia com-
peſcuit. Interea vero Vandalorum Alemano-
rum & Gotthorum effera gens: ab hiſpania in
Aphricam Ganſerico rege traijciens prouinci-
am ferro: ac flamma depopulata fidem quoque
catholicā Arriana impietate fœdauit: pulſis etiā
in exilium quibuſdam epiſcopis bene ſentienti-
bus: in qua perturbatiōe beatus Auguſtinus Hip-
ponenſis epiſcopus:, tertio obſidionis. menſe, v.

Ganſeri-
cus.



kalend. Septēbris. moritur. vij. &. lxx. ætatis an-
no. Vandali autem capta Carthagine in Siciliam
traijcientes inſulam depopulātur & vaſtā. Idem
fecere pictauij: & Scothi inſulam Britanniam oc-
cupātes. Accitus autem a Britannis in auxilium
Etius patritius vir bellicis artibus inſignis non
modo laborantibus auxilium non fert: verum-
etiam regnandi cupidus Hunnos ad inuaden-
dam Italiam ſolicitat. Vnde Britāni ab Etio de-
ſtituti ab Anglis auxilium petiere: quos hoſtes
deinceps non auxiliares ſenſere. Ab his. n. oppreſ-
ſi & patriam ſimul & nomē amiſere. Interim ve-
ro Theodoſio Conſtantinopoli mortuo ſeptimo
& vigeſimo imperij ſui: ac patrui honorij anno.
Belda & Attila fratres Hunnorum reges illiri-
cum ingreſſi: omnia incendunt & vaſtant. At Ce-
leſtinus diuino cultui intentus. conſtituit vt pſal-
mi Dauid ante ſacrificium antiphonatim ab om-
nibus canerētur: quod ante fieri non conſueue-
rat. Perlecta enim epiſtola & euangelio: finis ſa-
crificio imponebatur. Refert Martinus Caſſinas.
Iudica me deus & diſcerne cauſam meam. quod
in principio ſacrificij dicitur eius inuentū fuiſſe.
Graduale quoq; huic aſcribitur. multa præterea
conſtituit de omni eccleſia quę tum in archiuis le-
gebātur. Dedicauit & Baſilicam Iuliam: cui etiā
hæc dona obtulit. Patenam argenteam librarum
quinq; &. xx. ſcyphos duos argēteos. xx. librarū:
aquam annulos argenteos. xv. librarum. cande-
labra argentea duo. xx. librarū. Cātharos. Cero-
ſtrata ænea. iiij. &. xx. magni ponderis. Neſtorius
autem Cōſtantinopolitanus epiſcopus nouū tum
errorem inducere conatus eſt. Prædicabat enim

Vuādalo
riū iſulas.

Belda, &
attila hū-
norū re-
ges.

celeſtini
cōſtituta.

Inuentio
p̄i Iudica
me deus ī
miſſa.

neſtorius
hereticus

chriſtum ex Maria hominem tãtum & nõ deum natum:eiq́ꝫ diuinitatem collatam eſſe pro meritis:cui impietati & Cyrillus Alexandrinus epiſcopus:& Celeſtinus pontifex mirumimmodum aduerſati ſunt. Nam habita apud epheſum ſynodo.cc.epiſcoporum impius Neſtorius cum hæreſi nominis ſui: cumque pelagianis omnibus qui dogma illud prope cognatum iuuabant: omniũ conſenſu.xiiij.canonibus eorum ſtultitiam impugnantibus damnantur. Præterea Germanũ Antiſiodorenſem epiſcopum in Britanniam mittit qui de turbatis hæreticis inſulares ad catholicam fidem redigeret. Miſit & ad Scotos chriſti fidem optantes:palladium quem ipſe epiſcopum creauerat. Huius certe atq́ꝫ ſuorũ opera magna pars occidentis ad veram chriſti fidem conuerſa eſt. Ferunt hoc tempore dyabolũ perſonã Moyſi indutum: multos iudęos decepiſſe:dum eos ex creta in terram promiſſionis ad ſimilitudinẽ hiſtoriæ veteris ſicco pede per mare deducere pollicetur multi.n.ex his falſum Moyſen ſecuti in vndis periere. aiunt autem illos ſolos euaſiſſe:qui tñ chriſtum verum eſſe deum credidere. At Celeſtinus vbi ex ſacris ordinibus ter in vrbe: menſe decẽbri habitis:preſbyteros duos &.xxx. diaconos.xij.epiſcopos.ij.&.xl.creaſſet: moritur ac ſepelitur ĩ cœmiterio Priſcillæ via ſalaria.viij.Idus Aprilis. cõſederat annis octo. mẽſibus decẽ.diebus.xvij. Vacat tum ſedes dies vnum & viginti

Cyrillus. Synodus epheſina. German⁹ Falſus Moyſes.

## Sixtus. III.

Sixtus tertius natiõe Romanus patre Sixto Valẽtiniani tẽpora attigit: qui occidentalis imperij gubernator pacem cũ



Gãſerico Vandalorũ rege iniit: ac certis finibus Aphricam ſibi a ganſerico diuiſam vuãdalis incolandam dedit. Subornatus deinde ganſericus ab Arrianis eorum impietatem extollens varijs terroribus ep̃os noſtros perſequitur. Interim vero dum Valentinianus Conſtantinopolim proficiſcitur:& Theodoſij filiam in vxorẽ ducit vuãdali Ganſerico duce Carthaginẽ iterum capiunt ac diripiunt anno quingenteſimo &. lxxxiiij. poſtea quam romanorum eſſe cœperat. Dum hæc autem in Aphrica gererentur Attila cum bleda fratre Hũnorum reges nõ contenti occupaſſe Pannonias:macedoniam: myſiam:achaiam:& vtraſq́ꝫ thracias ferro ac flamma deuaſtat. Bledã q́ꝫ fratrem obtruncat:quo ſolus regno potiretur. Inde vero animos ſumens ad occupandũ occidẽtale imperium:copias vndiq́ꝫ celeriter colligit atq́ꝫ iter ſtatim capit. Quod vbi Etius intellexiſſet legatos de pace ſtatim Toloſſam ad Theodoricũ regem mittit: cum quo fœdera ita ſunt inita vt communi impenſa & paribus copijs bellum contra Attilam gereretur. Romanorum ac Theodorici auxiliares copiæ fuere: Alani; Burgundiões Franci, Saxones, atq́ꝫ omnes fere occidentales populi. Tandem vero ſuperueniente Attila in cãpis catalaunenſibus: magno ardore animorũ prelium vtrinq́ꝫ cõmittitur pugnatum erat aliquãdiu atq́ꝫ acriter, cum vxor ſuperueniens incerto auctore certamini finem impoſuit. Ad centum &.lxxx. milia hominũ in eo prælio vtrinq́ꝫ cecidiſſe conſtat: neutro inclinãte acie, aut cedẽte. Ferunt tamẽ Theodoricũ Thuriſmõdi regis p̃rem eo p̃lio cecidiſſe, at Sixtus põtificatũ iniẽs, a. Baſ-

Valentinianus. Carthago a vuãdalis capitur. Blede mors per fratricidium. Theodoricus.

ſo quodam reus in iudiciũ accerſitur. Hic autem
congregata ſeptẽ &.l. epõrũ ſynodo, ita cauſam
dixit vt ab omnibus vno cõſenſu abſolueretur.
Damnatur Baſſus calũniator iniquus, annuente
Valẽtiniano & Placidia eius matre in exiliumq;
mittitur, ita tamẽ vt vltimo die viaticum ei ob
pietatẽ eccleſiæ nõ negaretur. Eius autem prędia
nõ fiſco ſed eccleſiæ aſcribuntur. Aiunt baſſum
poſt exilium nõ multũ vixiſſe. Tertio. n. menſe
diem extremum obijt, cuius corpus Sixtus eps
linteaminibus inuolutum & aromatibus cõſpar
ſum proprijs manibus ad ſanctum Petrum ſepe
liuit in loculis parentum. Aedificauit autem Six
tus Baſilicam beatę Marię virginis quæ ab anti
quis Liberij cognominabatur iuxta macellum li
byæ. Accepit deinde nomen ad præſepe. poſtre
mo vero ſancta Maria maior vocata eſt. Sixtum
autem huius templi auctorem fuiſſe titulus ipſe
in frontiſpicio primi fornicis declarat his verbis
Sixtus epiſcopus plæbi dei. per. x. enim in princi
pio & y ſcribitur græca orthographia, licet no
ſtra ætas conſuetudini ſeruiens Siſtum ſcribat
s & iota. Huic quoq; tẽplo idem põtifex hæc do
na obtulit altare argenteũ puriſſimum tricena
rum librarum. Patenas argenteas tres cẽtum
xx. librarum. Scyphos argenteos quinq;. Calices
x. Coronas argenteas. viij. &. xx. Cãdelabra ar
gẽtea. iij. Thynna matarium librarũ. xv. Fũdum
ſcauri in agro caietano. Fundũ celeris. Cereũ ar
genteum fundẽtem aquã in fontẽ baptiſterij. O
nauit & ambonẽ eccleſiæ porphyreticis lapidi
bus: quẽ nos ſuggeſtũ appellamus: vbi euãgeliũ
& epl'a canitur. Præterea vero rogatu Sixti Va

Sixtus accuſatus a baſſo.

Mira pietas Sixti

Eccl'ia ſanctę marię maioris.



lentinianus tẽpla quędã ſanctorũ mirifice exco-
luit. Nã & ſupra cõfeſſionẽ beati petri aureã ſal-
uatoris imaginẽ gemmis aureis diſtinctã colloca
uit, & faſtigiũ argenteũ Baſilicæ cõſtantinianę a
barbaris ſublatum reſtituit. Ornauit & cõfeſſio-
nem beati Petri ex argẽto. Aiũt præterea huius
tẽporibus Petrum epm natiõe illiricum ædifi-
caſſe templum diuæ Sabinæ in mõte Auentino
nõ lõge a monaſterio ſancti Bonifacij: in quo di-
uus Alexius iacet. Quod ego factũ celeſtini pri-
mi tempore crediderim, vt etiã carmina heroi-
ca indicant: quæ adhuc leguntur his fere verbis.
Culmen apoſtolicum cum Celeſtinus haberet.
Primus & in toto fulgere eps orbe. Hæc que mi-
raris fundauit preſbyter vrbis, Illirica de gente
Petrus vir nomine tanto, dignus ab exortu xpi
nutritus in aula. Pauperib9 locuplex ſibi pauper
qui bona vitæ. Præſentis fugiens: meruit ſperare
futura. Sunt etiam qui ſcribant huius tẽporibus
fuiſſe Euſebium Cremonenſem & Philippũ Hie-
ronymi diſcipulos: qui plæraq; eleganti oratione
ſcripſere. Laudatur & Eucherius Lugdunenſis
eps doctrina & dicendi copia. Non improbãtur
poſtremo Hilarius Arelatenſis eps: vir ſanctita-
te & doctrina ea tempeſtate inſignis: Sixtus autẽ
cum omnia quæ habuerat: aut in edificijs & orna
mentis eccleſiarũ: aut pauperibus erogaſſet crea
tis præſbyteris octo &. xx. dyaconis. xij. epis duo
bus &. l. moritur ac ſepelitur in crypta viæ ty-
burtinæ apud corpus beati Laurentij. Sedit au-
tem annis. viij. diebus. xix. Vacat tum ſedes dies
duos &. xx.

Leo. .I.

*Huius tpe clariut apud inclitā piſiorū virgo genoueſa.*

Eo natiōe thuſcus: patre Quintiano eiꝰ
tēpore fuit: quo Attila a pugna cata
launica rediens in pānonias compara
tis magnis copijs Italiā hoſtili manu in
greſſus: ac primo Aquileiā in limitibus prouin
ciæ poſitā triēnio obſedit. Verum cum iam deſ
peratis rebus ī eo eſſet. vt ſtatiua moueret: vidiſ
ſetq; Ciconias ex vrbe ī agros pullos ſuos defer
res auſpicio motus adhibitis machinis miſerā c
uitatem acriter oppugnatam tandem capit, di
pit & incendit: nec illi generi hominem parcit
gellū dei ſe vocitās. Inde Hūni veluti ruptis cla
ſtris per totam venetiam ſede effundētes: vrb
omnes occupant. Mediolanū ac Ticiniū diripi
Iturus deinde Romā infeſtis ſignis: cum eo loc
concediſſet, vbi Mintius padū influit amnē tra
ctūrus: vir ſanctiſſimus Leo pontifex calamita
Italię & vrbis Romæ miſeratus, adhortante
Valētiniano ei fuit obuiā, perſuadetq; alarici e
plo qui ſtatim dei iudicio poſt captam vrbē mo
tuus eſt: ne vltra progrediatur. Monitis ponti
cis optimi obtemperans Attilla: q dum ſim
loquerentur cernere duos viros ſupra caput
ſtructos tenentes gladios, ac mortem minitā
niſi pareret viſus eſt: ſi Petrus & Paulus apoſt
putati ſunt, inde mouens Pannonias repetit, v
non ita multo poſt effundente ſe vbertim pro
pter ebrietatē e naribus ſanguine moritur. Le
vero ad vrbem rediens, totus ad confirman
catholicam fidem couertitur quę tum potiſſim
a multis hęreticis impugnabatur. Maxime au
a Neſtorianis. Neſtorius enim Conſtantinopol
tanus eps virginem non dei ſed hominis tm

*Attilla Flagellū dei.*

*Sanguis fluxu attilla morīt per ebietatem.*



genitricem dixit: vt aliam carnis: aliam diuinita
tis perſonam faceret: & ſeiūctim alterum eſſe dei
filium, alterum hominis oſtēderet. Euthiches au
tem Cōſtantinopolitanus abbas: ne ſentire cum
Neſtorio videretur, diuinā cū humana natura in
idē cōpoſitū recidiſſe affirmabat vnūq; factū, nec
vllo modo inter ſe diſtingui debere. Hanc hęre
ſim cū flauianus conſtātinopolitanus eps dānaſ
ſet. Teodoſio annuēte Synodus Epheſina indicit:
in qua Dioſcoro Alexaadrino epo pſidente eu
tiches reſtituitur. flauianus vero damnatur. At
Leo mortuo Theodoſio in eiuſq; locū ſuffecto
Marciano principe catholico cōciliū chalcidoniē
ſe icidit, in quo. Dc. &. xxx. epōrū auctoritate de
cernitur credendū, duas naturas in xpo fuiſſe: vt
q vnus idemq; xps deus & homo crederetur, ac
ſtatim neſtorius & Eutichius nephandus mani
cheorum pręſul dānarētur. Cōbuſti etiā publice
ſunt manicheorū libri, calcata & depſſa eſt Dio
ſcori ſupbia atq; hęreſis. Interim vero mortuo a
ſuis Valētiniano, maximus tyrannus imperium
occupat. Eudoxamq; quondā Valētiniani vxo
rem ſibi violētis nuptijs adiūgit. Hāc ob rē Van
dali ex Aphrica acciti Cāſerico duce romā hoſti
li manu ingreſſi: Maximū in illo tumultu ab Vr
ſo milite Romano occiſum in tyberim proijciūt:
vrbē diripiunt atq; incendūt templa & ſacraria
ſpoliant. Nec Leonem pontificem exaudiūt cla
mantem, vt vrbi & templi parcētes, prædā quo
vellent abigerēt. Abeūtes. xiiij. die poſt vrbem
captam atq; Eudoxā cum filia & ingenti captiuo
rum numero ſecum trahētes, in Aphricā reuer
tuntur. At Leo ad reparandā vrbē & tēpla con

*Synodus Epheſina.*

*Conciliū chalcidonienſe*

*Manichei.*

*vādali vrbē capiūt & incendunt.*

uerſus demetriam ancillā dei impulit: vt Baſili
cā beato Stephano via latina tertio ab vrbe mil
liario in fundo ſuo cōcedet. Ipſe vero in honorē
beati Cornelij epī baſilicā via Appia ędificauit.
Tēpla diffracta reſtituit. ſacrorum vaſa cōminu
ta aut ablata vel denuo renouauit. vel ex inte
gro quo ad fieri potuit reſtituit. Cameras pręter
ea tris cōdidit in tribus baſilicis Ioannis Petri ac
Pauli. Sepulchris quoqꝫ apl'orū cuſtodes addidit
ex clero romano: hos cubicularios appellauit.
Præterea vero monaſteriū ꝓpe ſctm̄ Petrū cōdi
dit. Cōſtituitqꝫ vt intra actionē myſterij diceret
Velamē Hoc ſctm̄ ſacrificiū: neue vlla monacha velami
qn̄ mona capitis benedictū accipet niſi approbatū fuiſſet e
cha acci- xl. annis caſte & integre vixiſſe. dū aūt his cur
pere poſ- vir ſanct9 intētus eſſet, ſubito exorta eſt Acepha
ſit. lorū hęreſis: qui ideo Acephali vocati ſunt: q a
Acepha- ne cerebro & ſine auctore habebant. ij aūt calc
lorū hære donē ſe cōciliū improbātes, proprietatē duarum
ſis. ſubſtātiarū in xp̄o negant vnā tm̄ in eiuſdē pſo
na naturā prædicātes: quā quidē hęreſim epiſto
lis ſuis eleganter & docte ad xp̄i fideles ſcript
accerrime cōfutauit. Sūt qui ſcribāt Paulinū N
lanæ vrbis ep̄m: proſperū Aquitanū virū doct
Mām̄ercū Viennienſem ep̄m in ꝑcio tum fuiſſe
Mammer primus em̄ Mām̄ertius (vt aiunt) ſupplicatione
tus. vieñ. quas græci letanias vocant inſtituit: ob frequen
Letaniæ tes terrēmotus q tū maxime Gallias vexabant
Leo poſtremo creatis ex iſtitutōe ſacrorū. lxxxi
prēſbyteris, diaconis. xxxi. ep̄is ſex & lxxx. mor
tur ac ſepelit apd̄ ſanctū Petrū in Vaticano. iii
idus Aprilis. Sedit annis vno & xx. mē. vno. di
bus. xiij. Vacat tum ſedes dies. vij.



HIlarius natione Sardus: patre Criſpino,
ad Leonis tempora peruenit. Leo em̄
primus ex Græca natiōe in locum Mar
tiani imperatoris demortui ſufficitur,
qui ſtatim filium ſuum eiuſdē nominis Auguſtū
creat. Sub hoc quidem imperatore reſp. Romana
magnas calamitates paſſa eſt: ſubortis quibuſdā
tyrānis imperium vſurpare conantibus. Hac ve
ro opportunitate illectus Gāſericus vādalorum
rex ex Aphrica in Italiam ſtatim nauigat Roma
num imperiū inuaſurus. Quod vbi intellexit leo
Baſilicum patricium cum valida claſſe in auxi-
lium Anthemij Principis Romani mittit. ij coniū
ctis copijs & animis ad Populoniam Ganſerico
fiunt obuiā: hominemqꝫ claſſe decernere impel-
lunt, qui quidem ſuperatus ingēti clade turpi fu-
ga in aphricā redijt. Vexare interea Vrbē Romā
parabat Richemer ille patricius, qui biorgū Ala Richmer
manorum regem in mōtibus tridentinis ſupera in Epipha
uerat elatus tāta victoria, in Epiphanius ticinen nius.
ſis epiſcopus hominē Anthemio Vrbem defen-
dendi conciliaſſet. Hilarius autem in tāta pertur
batione rerū diuinā rem intermiſit nunqꝫ. Pręter Et ē iſtud
ea vero inſtituit ne pontifices deinceps ſucceſſo- trāſlatū in
rem ſibi deligerent, quę inſtitutio ad omnes ec- c. pleriqꝫ
cleſiaſticos gradus pertinet. Fecit & decretalem viij. q. i.
ac per vniuerſum orbem ſparſit Epiſtolas quoqꝫ
cōſcripſit de fide catholica: tres ſynodos cōfirmā
tes. Nicenā: Epheſinam: & chalcidonenſem: qui-
bus itē Euríchē: Neſtoriū & Dioſcorium cum ſe-
ctatoribus dānat. in baptiſterio autē conſtantinia
næ baſilicę tria oratoria ædificauit auro & precio
ſis lapidib9 diſtīcta: tribus ſanctis dedicata. Ioāni

Baptiſteæ, Ioanni euãgeliſtæ: & ſancte cruci quo
rum Ianuæ erant æneę argento cælato cauſæ. In
oratorio autẽ του σαυροῦ erat lignũ crucis auro
clauſum, & ornatũ gẽmis. Stabat & eo loci agnus
aureus .ij. librarũ in colũna onychina. Ante ora-
torium erãt colũnæ miræ magnitudinis: quæ di
cũtur hecaton. In fonte Ioãnis erat lucerna aurea
librarum .x. cerui argẽtei tres .lxxx. librarũ aquã
fundentes, colũba aurea duarũ librarũ. Addidit
& oratoriũ ſancti Stephani baptiſterio lateranen
ſi. Duas quoq; bibliothecas apud eũdrm locum
ædificauit Ad lunã vero monaſterium in vrbe
ſtuxit. Omitto dona tẽplis oblata: quę quidẽ pro
pe infinita fuere ex auro: argẽto marmoribus, &
gẽmis. Sunt qui ſcribãt Germanũ Altiſiodoren-
ſem & lupum Trecharen̄. eps̄ huius tp̄ibus fuiſſe
qui tum multũ viuere xp̄ianã fidẽ: gentiliũ ac pe
lagianorũ opera plurimũ labefactatã. Gẽnadius
præterea Cõſtantinopolitanus eps̄ ingenio, do-
ctrina, & moribus eccleſiæ catholicæ multũ pro
fuit. Victorinus autẽ natione Aquitanus, arith-
meticus inſignis, rationem paſchæ ad curſum lu
næ tum redegit. Euſebiũ & theophilũ ea in re ſu-
perans. Sunt qui merlinũ Anglũ vatem inſigni
his tẽporibꝰ aſſcribãt, de quo plura fortaſſe, quã
ſatis eſt ſcribũtur. Hilarius autẽ vbi ea peręgiſ
ſet, quę ad optimũ põtificẽ ptinebãt, tũ in extru
dis tẽplis ornãdiſq;, tum etiã docẽdo, caſtigãdoq;
elemoſynaſue, vbi erat opus p̄bẽdo. morit̄: cre
tis prius de more quinq;. & .xx. p̄ſbyteris diaco
nis quinq;, ep̄is duobus. & . xx. Sepelitur autẽ in
crypta ſancti Laurẽtij apud corpꝰ Beati Sixti. Se
dit ãnos .vij. mẽ. tres dies .x. vacat tũ ſedes dies .x.

Germanꝰ & lupus ep̄i.

Paſcha ſecũdum lune curſũ.

Merlinus hoc tp̄e ꝓphetizat.



SImplicius patria tyburtinus: patre caſti-
no imperante Leone ſecundo & Zeno-
ne fuit. Nam leo primus valitudine cor-
reptus: Leonẽ ſecundũ ex Mariagene ſo-
rore ſua nepotẽ: & Zenonis Izaurici filium ſuc-
ceſſorem ĩperij deſignauit: qui nõ ita multo poſt
graui morbo oppreſſus: cum ſinẽ vitæ ſibi adeſſe
cerneret: patri Zenoni ĩperium reliquit. Interim
vero Odoacer cum maxima Turcilĩgorũ & he-
rulorum manu Italiã ingreſſus Horenſtẽ patri-
cium apud Ticinum ſupatum & captũ Placentiæ
inſpectãte exercitu ĩterfecit. At Zeno calamita-
tes Italię miſeratus, Theodoricum Gotthorũ re-
gẽ iã antea apud ſe ĩ honore habitũ cõtra Odoa-
cris nõ procul, Aquileia ad ſontium amnẽ graui
prelio ſuperat. Eadẽ quoq; fortuna cõtra Odoa-
crẽ: ſæpius vſus hoĩem triẽnio Rauẽnæ obſeſſum
eo perpulit hortãte etiam Ioanne ep̄o: vt ſe impe
rij ſocium acciperet. Verum ſequẽti die cum filio
cõtra datã fidem interficitur: vnde ſtatim nomi-
ne aduerſante Theodoricus totius Italiæ ĩperio
potitus eſt. Sĩplicius autẽ vir ſanctiſſimus has baſi
licas interim dedicat Baſilicã Stephani protho-
martyris ĩ cœlo mõte Baſilicam Andræ apoſto-
li nõ longe a tẽplo ſanctę Marię maioris: in q̃ ad-
huc veſtigia quædã antiquitatis apparet: quę p-
ſæpe flẽdo etiã inſpexi ob incuriã eorum quibus
ipſa tẽpla iam ruinam minãtia cõmiſſa ſunt. Hoc
autẽ in tẽplo hęc carmina legiſſe me memini mu
ſaico opere deſcripta. Hæc tibi mens validæ de-
creuit p̄dia xp̄i. Cui teſtator opes detulit ille ſuas.
Simpliciuſq; papa ſacris cœleſtibus aptans Effe-
cit vere muneris eſſe tui Et quod apoſtolici deeſ-

Zeno imperatoris

Odoacer

Theodoricus.

Verſus.

ſent limina nobis:Martyris Andreæ nomine cō-
poſuit. Vtitur hæc hæres titulis eccleſia iuſtis:Suc
ſedenſq; domo myſtice iura locat. Plebs deuota
veni perq; hæc cōmertia diſce. Terreno cenſu re
gna ſuperna peti. Dedicauit & aliam baſilicā Ste
phani ſimplicius apud ſanctum Laurētium Baſi-
licam quoq; Viuianæ martyris ad palatium Lu-
cininum:vbi corpus virginis repoſitum eſt. He-
bdomadas quoque inſtituit: vt præſbyteri tum
ad Petri,tum ad Pauli, tum ad Laurentij marty
ris templa viciſſim manerent, propter pœniten-
tes & baptiſmum requirentes. Vrbem pr̨eterea

*Vrbs pſ̃biteris diuiditur.*

præſbyteris ī quinq; regiones diuiſit: prima erat
Petri,ſecunda Pauli,tertia Laurentij, quarta Io-
annis lateranenſis,quinta ſanctæ Mariæ maioris,
Inſtituit poſtremo,ne clericus vllus poſſeſſionem
bñficij a laico recognoſceret:quod poſtea a Gre-
gorio & alijs pontificibus confirmatum eſt. Ro-
manam autem ſedem eſſe primam omnium ec-
cleſiarum declarant acatij epiſcopi conſtantino-
politani,& Timothei viri doctiſſimi ſcripta,qui-
bus rogatur Simplicius pōtifex maximus, vt Pe
trum alexādrinum epiſcopum Eutichetis imita-
torem hæreſeos dānet. Quod etiam factum eſt,
hac conditione tamē,vt pœnitenti tempus aſcri-
beretur.Sunt qui dicant huius temporibus fuiſſe

*Remigius remenſis antiſtes.*

Remigium Remenſem epiſcopum virum ſanctiſ
ſimum qui Clodoueum(vt hiſtoriæ referūt)Re-
gem Frācorum baptizauit. Scripſit etiam multa
eo tēpore contra Euticheté Theodorus ſyriæ epi
ſcopus edidit &.x.libros eccleſiaſtic̨e hiſtorįe:Eu
ſebium Cæſarienſem imitatus. Tum vero omnes
fere ̨egyptij declinarūt in Dioſcori h̨eretici erro-



rem:de quo multa ſuperius diximus. Vexauit &
catholicos in aphrica himericus Vuandalorum
rex arrianos imitatus:quā ob rem Eudoxa Theo
doſij nepotis:mulier catholica eius vxor ſimulās
ſe hieroſolymam voti cauſa ituram a marito h̨e-
retico diſcedens hieroſolymis poſt longam pere
grinationem & mulieri præſertim grauem mo-
ritur.Ferunt ea tempeſtate & eliſei oſſa in alexā-
driam tranſlata eſſe:& corpus Barnabæ apoſtoli
cum euangelio eius manu ſcripto repertum. At
Simplicius cum eccleſiam Romanam non inſtitu
tis ſolum verum etiam donis auxiſſet: creaſſetq;
ex ordine ſacrorum præſbyteros.viij.&.l.diaco-
nos.xi.epiſcopos ſex.&.lxxx. moritur ac ſepeli-
tur in Petri baſilica.vi.nonas Martij.Sedit autem
annos.xv.menſem vnū,dies.vij. Vacat tum ſe-
des dies ſex &.xx.

*Eudoxa mulier aſtuta.*

*Eliſei oſſa trāſferūtur cum corpore barnab̨e.*

## Fœlix. III.

Iſte fœlix fuit attauus & ſanctus vt patet ī quo-
dem ſermone. b. Gregorij vbi narrat de tri-
bus ſororibus matris ſuæ,Et ſtatuit ꝙ accuſa-
to darentur induciæ ad reſpondendum & ꝙ
accuſatores omni deberēt carere ſuſpitione &
de eo habetur in. c. oſius.lvi. diſt.

FOelix.iij.patria romanus:pr̃e Fœli-
ce præſbytero ex regione faſciolæ a
rege Odoacre:q annis.xiiij.Italiæ ī-
perauerat vſq; ad Theodoricū per-
uenit.Qui etſi Rauēnam ſedē regni
feciſſet tamē vrbē romā quo ad fieri potuit exor
nauit. Nā & ſepulchrū Octauij īſtaurauit:& ſpe-
ctacula de more exibuit: & ædificia ac baſilicas
pl̨eraſq; reſtituit nihilq; omiſit:qđ ad optimū prīci
pē ptineret, At vero vt regnū aliqñ ſtabiliter: &

*Laus theodorici.*

Clodouei franciæ regis filiã Andefledam ĩ vxo-
rem duxit:& ſororem Honorico Vuãdalorum:
& filiarum ſuarum alterã Alarico Veſogottho-
rum:alterã Gundebaldo ĩ matrimonium collo-
cauit. Fœlix autẽ tum maxime ĩtellexerat Petrũ
Eutichianum:quem antea diximus ob hæreſim ĩ
exilium pulſum:Inſtigãte Achatio tunc demum
ab eodẽ reuocatum eſſe Quare ſanctus pontifex
fraudem ſubeſſe veritus ex auctoritate ſedis apo
ſtolicæ cõcilio bene ſentiẽtium approbata:Petrũ
& Acatium dãnat. Poſt annos vero tres cum Ze
no fidẽ faceret hos homines pœnitere. Fœlix eo
miſit epõs duos Meſſenũ & Vitalẽ:qui re cogni-
ta dãnatos abſoluerent, ſic itaq; heracleam ciuita
tem ĩgreſſi:pecunia corrupti:nihil ex ſentẽtia fœ
licis ægere, Vnde Põtifex merito indignatus ha
bita de more ſynodo: hos vt præuaricatos & ſi-
moniacos a cõmuniõe deiecit. Meſſeno tamẽ pœ-
nitentiæq; tẽpus aſcriptum eſt:quia errorem ſuũ
faſſus eſt:pœnitendiq; tempus petijt. Idem quoq;
Fœlix baſilicã ſancti Agapiti ædificauit non lõ-
ge a baſilica Laurentij martyris. Conſtituit item
vt eccleſiæ non niſi ab epiſcopis conſecrarentur.
Aiunt autem huius tẽpore Theodorum prẹſby-
terum græcum librum contra hæreticos ſcripſiſ
ſe de conuenientia veteris ac noui teſtamẽti. Sũt
etiam qui huic ætati aſcribant Ioannem Damaſe
num virum doctiſſimũ ac Theologum ĩſignem,
Hic enim librum ſententiarum compoſuit:ĩ quo
Grægorium Nazianzeuum, Grẹgorium Enize-
num:Didymum Alexandrinum imitatus eſt li-
bros quoq; medicæ artis compoſuit:quibus mor
borũ cauſas & medelas deſcribit. At fœlix cum

Petrũ & Acaticus dãnãtur.

Theodorij ſcripta.

Ioãnes da maſcauus



ex inſtitutione ſacrorum ordinum:quos in vrbe
Roma menſe Decẽbri bis habuit:prẹſbyteros o-
cto, &.xx. diaconos quinq; epõs.xxx. creaſſet:mo
ritur & ſepelitur ĩ Pauli baſilica Sedit an.viij.mẽ.
xi.dies.xvij. Vacat tum ſedes dies.v.

## Gelaſius. I.

De gelatio habetur tex.in.c.eleutherius.xci.di-
ſtinctiõe. vbi. corripiuntur clerici qui officijs
matutinis vel veſpertinis ſe ſubſtrahunt.

GElaſius natione apher, patre Valerio: eo
tẽpore fuit quo Theodoricus Clodoueo
ſocero ſuo Frãcorũ regi bellum ĩtulit:q̃
Alaricũ generũ veſogotthorũ regẽ ĩ a-
gro Volgadẽſi ĩterfeciſſet: Vaſconiãq; occupaſ-
ſet Vterq; affinis erat. Iuſtior hẽbatur Alarici cã
vnde ſocerũ genero ꝓtulit. Supatis itaq; Frãcis ĩ-
gẽti ꝓlio, Vaſconiã recipit:receptãq; ꝓ Almari-
co Alarici filio donec adoleſceret gubernat. Idẽ
Theodoricus, Siciliã Dalmatiã Liburniã, Illyri-
cũ, narbonẽſem, Galliã, Burgũdiã, ſuo regno adi
xit. Tridẽtum vrbẽ ĩ alpibus muro cinxit & Ita-
liã ab externo hoſte tutatus eſt collocatis Erulis ĩ
extremis Italiæ ꝑtibus apud ꝑtoriã Auguſtam:
quorum regẽ adhuc adoleſcẽtẽ ĩ adoptionẽ ſuſce
perat. Gelaſius autẽ Manicheos ĩ vrbe dep̃hẽſos:
exilio dãnat:eorũq; libros apud baſilicã diue Ma
riæ publicæ cõburit. Inſtãte præterea ſynodo co
gnita Meſſeni pœnitẽtia:eum libello prius ſatiſſa
cientẽ purgatũ eccleſiæ ſuę reſtituit. Cũ vero ĩtel
lexiſſet Petri & Zcatij ſeditionibus multa flagi-
tia & parricidia ĩ eccleſijs Græcię cõmitti: cõfeſti
pœniterẽt ĩ perpetuũ dãnarẽt. Erat autẽ cõſuetu-
do primitiuæ eccleſiæ diutius expectare ad gre-

Teodoici regij aug mentum.

Manichei exulãtur.

mium pietatis ſuæ aliquãdo redituros. Cõfugerat tum Ioãnes alexãdrinus ep̃s vir catholicus illorũ ſeditiõibus vexatus ad pontificẽ Romanum a quo perbenigne & comiter ſuſceptus eſt.

Laus Gelaſij.

Dedicauit Gelaſius eccleſiã Euphemiæ martyris ĩ ciuitate tyburtina. Dedicauit & baſilicã ſctõrum Nicãdri & Eleutherij via lauicana: & baſilicã ſanctę Mariæ via Laurentina ĩ fundo chriſpi vigeſimo ab vrbe lapide. Clerũ quoq; amauit & auxit. Pauperes ſemper mira beniuolẽtia & charitate complexus eſt. Ciuitatẽ Romanã a multis periculis liberauit: maxĩe vero ab inopia rerũ & fame. Hymnos etiã compoſuit ad imitationẽ btĩ Ambroſij. Edidit & libros quinq; cõtra Eutichem & Neſtorium. Duos irẽ cõtra Arriũ. Oratiões habuit elegãtes & graues, Epiſtolas præterea ad amicos & domeſticos fidei ſcripſit: nõ minus graues q̃ doctas: quæ opera in publicis bibliotecis tũ legebãtur.

Imperator excõmunicari poteſt.

Sunt qui ſcribãt Gelaſiũ excõicaſſe Anaſtaſium ĩperatorẽ cõſtantinopolitanũ Zenõnis ſucceſſorẽ: ꝙ hereticis & Acatio fuerat. Vnde cõſtat imperatorẽ errãtẽ ĩ fide: & monitum ſi nõ paruerit a põtifice Romano excõmunicari poſſe. Eadẽ auctoritate vſus eſt etiã cõtra Vuãdalos: eorũq; regem qui Arriana infecti hęreſi catholicos cruciatibus & ſupplicij ꝑſequebãtur.

Epiphanius.

Fuere etiã ĩ primo huius põtificis tẽpore Germanus & Epiphanius: quorũ alter Ticinẽſis: alter vero campanus ep̃s fuit. Ii multũ auctoritate & ſctĩtate ſua Italiã a barbaris vexatã iuuere oratiõibus & blãditijs barbarorũ corda moliẽtes. Multũ præterea tum in Gallia profecere: & Lannociatus abbas Carnotenſis: & Aurelianus: & Mezetius Pictauienſis



Clodo.

viri optimi ac docti: q Clodoueũ regẽ Frãciæ ac Clotildim eius vxorẽ eo perpulere: vt chriſtianiſſimi fierent: & fidẽ catholicã vbiq; tutarentur.

Remigi9

Sũt qui hãc laudẽ Remigio viro ſanctiſſimo aſcribant. Gelaſius autẽ poſteaquã præſbyteros duos & xxx. diaconos. ij. epiſcopos. vij. & lx. creaſſet moritur ac ſepelitur in baſilica beati Petri apoſtoli xi. kalend. Decembris. Sedit annis. iiij. men. viij. diebus. xviij. Vacat tum ſedes dies. vij.

## Anaſtaſius. II.

Hic ducitur fuiſſe ſecundus papa notatus infamia eo ꝙ neſtorianis concurrente imperatorũ veſania faueret, de quo ſcribitur in. c. anaſtaſius. xix. diſtin. & in. c. ſecundum eccleſie, eadem diſtinctione.

Traſmundus.

ANaſtaſius ſecũdus patria romanus patre fortunato Anaſtaſio ĩperante fuit: quo tempore tranſmundus Vuandalorum rex: & catholicas eccleſias claudit: & cẽtum ac. xx. ep̃os exulatum in ſardiniam mittit.

olympius arrianus.

Ferũt tum apud Carthaginem Olympium quendã Arrianum epiſcopum ſanctam trinitatem publice in balneis deteſtantem tribus fulminibus ictum concidiſſe: eiuſq; cadauer exutum omnino fuiſſe.

Miraculũ in barbaris baptiſma.

Cumque item barbas quidam Arrianus epiſcopus: neſcio quem baptizaturus eſſet his verbis. Baptizat te barbas in nomine patris per filium in ſpiritu ſancto: ferunt aquam nuſquam comparuiſſe: quo miraculo permotus qui caracterem expectabat confeſtim ad noſtros trãſijt. Anaſtaſius vero (vt quidam ſcriptores referũt) Anaſtaſiũ imperatorem

excõicauit: ꝙ acatio fatueret: tametſi poſtea ipē
ab Zcatto ſeductus: dũ eum reuocare clãculum
tẽtat clerum a ſe grauiter alienauit: qui ſe a com-
muniõe põtificis: tum maxime ſubtraxit: ꝙ etiã
ſine catholicorum cõſenſu Photino theſſaloniſen.
diacono cõmunicaſſet: qui tũ Zcatij errorẽ imi-
tabatur. Hãc ob rẽ ferunt diuino nutu hominem
ſubito morbo correptum interijſſe. Sunt qui di-
cant eum in latrinã effudiſſe ĩteſtina: dum neceſſi-
tati nature obtẽperat. Huius temporibus Fulgẽ-
tius natiõe apher rupẽſis eṗs: qui ĩ ſardiniã quo-
que cum alijs catholicis aphricæ a trãſimũdo exu-
latum miſſus eſt: nil prætermiſit quod ad veram
chriſti fidẽ pertineret docẽdo, prędicãdo, monẽ-
do. Edidit & libros de trinitate, de libero arbi-
trio, de regulis fidei. Scripſit & contra pelagianã
heresim. Orationes quoq; habuit ad populos ele-
gantes quidẽ & graues. Iuuit etiã ſcriptis ſuis ec-
cleſiã dei Hegeſippus vir doctiſſimus qui & mo-
nachorum regulas cõpoſuit: & ſctĩ Seuerini ab-
batis eleganti ſtilo vitã edidit. Fauſtus autẽ apud
Gallos eṗs multa tũ ſcripſit copioſe & ornate ſed
eius illud opus potiſſimũ laudatur: quod contra
Zrrianos ſcripſit ĩ quo oſtẽdit triada hoc eſt tri-
nitatem eſſentialem eſſe. Scripſit & cõtra eos qui
dicunt increatis aliquid incorporeum eſſe qua in-
re oſtẽdit, tum patrum, tum ſententijs diuĩe ſcri-
pturæ teſtimonijs ſolum deum incorporeum di-
ci poſſe: ne etiam creata incorporea dicerentur.
Hæc de Znaſtaſio & eius pontificatu: qui ex ſa-
cris ordinibus ſemel Decẽbri menſe in vrbe ha-
bitis præſbyteros xij. eṗos. xvi. creauit. Sepultus
eſt autem in baſilica Petri. xiiij. kalend. Decem-

Fulgẽti9.



bris. Sedit annum vnum. men. x. dies. iiij. & xx.
Vacat tum ſedes dies quattuor.

Symmachus .I.

SYmmachus natiõe ſardus: patre for-
tunato mortuo Anaſtaſio pontifex
creatur: non ſine magna diſcordia.
Nam dum pars cleri Symmachum
apud Baſilicã Conſtantinianã pon-
tificem decernit, pars altera apud Baſilicam Ma-
riæ in via Laurẽtium in locum demortui Ana-
ſtaſij ſufficit. Seditio ingens in ſenatu ac populo
Romano biffariam diuiſo orta eſt, vnde omniũ
cõſenſu conciliũ Rauẽnæ indicitur: diſcuſſaq; re
præſente Theodorico ſymmachus tãdem in põ-
tificatu confirmatur: qui certe magna clementia
vſus. Laurentiũ competitorem Nucerinis eṗm
dedit. Verum anno quarto poſt clerici quidam
ſeditionibus gaudentes, adiuuãtibus feſto & pro-
bino ſenatorij ordinis viris Laurẽtium reuocãs
qua ex re indignatus rex Petrũ Altini eṗm Ro-
mam mittit, qui pulſo vtroq; ſedẽ teneret. Verũ
Symmachus habita centum & xx. eṗorũ. Syno-
do & obiecta cõſtanti aĩo diluit: & oĩm ſententijs
obtinuit, vt Laurentius & Petrus & malorũ oĩm
capita relegarẽtur. Orta aũt ob hanc rem tãta ſe-
ditio Romæ eſt, vt multi, tũ ex clero: tum ex po-
pulo paſſim cæderẽtur: nec ſacris virginibus par-
cerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus præſ-
byter vir optimus ad vincula ſancti Petri, nec fi-
nis tantæ cedis factus fuiſſet: in Fauſtus conſul cle-
ricos miſeratus contra Probinum tanti mali au-
ctorem arma ſumpſiſſet. Reſpirante deinde ali-
quantulum rep. chriſtiana, Clodoueus pulſis Ar-

De hoc pontifice habetur ĩ c. concilia ſacerdotũ xvij. diſt. & fuit gnãtũ ecclie ſciſma.

Cõcilium Rauẽnæ.

Gordian9 pſbyter.

rianis hæreticis & catholicos reduxit: pariſiori
ciuitatem regni caput cõſtituit. Symmachus ve
ro Manicheus tum ab vrbe expulit eorumq; li
bros ante fores Conſtantinianæ baſilicæ concr
mauit. Baſilicas vero multas: aut ornauit: aut
fundamentis erexit. Nam & templum beati A
dreæ apoſtoli apud ſanctum Petrum ædificauit
& templum ipſius apoſtolorum principis ac po
ticum marmoribus opere vermiculato in angu
ſtiorem formã redegit. Gradus quoq; ipſius ba
ſilicę ampliores fecit, aliosq; gradus ſub diuod
xtra leuaq; epiſcopis præterea contruxit. Aed
ficauit etiam baſilicã Agathę martyris via a
relia in fundo lardario. Baſilicam ſancti Pancr
tij cum arcu argenteo librarum .xv. In Baſil
Pauli renouauit, apſidam cui ruina imminet
picturiſq; ornauit, poſt apſidam vero aquam i
troduxit, balneunq; a fundamento erexit. In v
be autem baſilicam ſanctorum Syluestri & M
tini a fundamentis extruxit. miras Traiani th
mas vbi & ſupra altare ciborum fecit argent
librarum centum.xx. Arcus argenteos libr
x. Confeſſionem argenteam librarum.xv. Su
geſtũ quoq; ereyit porphyreticis & cruſtis m
moreis inſignem. Fecit & gradus baſilicæ Io
& pauli poſt aſpidẽ. Auxit & baſilicam arch
geli Michaelis: aquãq; introduxit. Sanctorũ C
me & Damiani oratoria a fundamẽtis erexit
tyburtina in fundo paciano adiuuãtibus Alb
& Glaphyra illuſtribus viris. Pauperibus qu
ad baſilicas Petri & Pauli habitacula extru
curauitq; nequid eis deeſſet quid ad victum
tineret. Amator enim pauperum fuit: & epiſc

Pariſius regni caput conſtituitur.

Simachi cõmendatio.



pis ac cæteris clericis in Aphrica & Sardinia pro
pter catholicã fidem exulãtibus pecunias & ve
ſtes ſubminiſtrabat. Reparauit etiam Baſilicam
ſanctę Fœlicitatis: & Aſpidã beatę Agnetis cum
Baſilica, quæ ruinã minabantur in meliorem for
mã reſtituit. redemit & captiuos in diuerſis pro
uincijs multa pecunia. Conſtituit item vt die do
minico vel natalicijs martyrum caneretur hym
nus. Gloria in excelſis deo Cœmiterium quoq;
Iordanorum vel fecit vel in meliorẽ formam re
degit. Nil poſtremo omiſit: quod ad omnipotẽ
tis dei gloriam pertineret. Huius quoq; tempore
eccleſiam dei multum iuuit Gẽnadius maſſilien
ſis epiſcopus: qui diligẽs Auguſtini imitator & li
brum de dogmatibus compoſuit: & quid cuiq;
ad ſalutem neceſſarium eſſet declarauit. Scripſit
item de viris illuſtribus Hieronymum imitatus.
Symmachus autem creatis duobus.&.xc. pręſby
teris. diaconis.xvi. epiſcopis.cxvij. habitas de mo
re ſacris ordinibus moriens ad baſilicam petri ſe
pelitur.xiiij. Kalen. Auguſti. Sedit autem annis.
xv. menſe ſexto diebus. xxij. vacat tum ſedes
dies.vij.

Gennadius.

## Hormiſda .I.

HOrmiſda patria Fruſinonius patre iuſto
ad Theodorici & Anaſtaſij tempora
peruenit a conſulatu ſenatoris vſq; ad
conſulatum Boetij & Symmachi: quos
Theodoricus ob ſuſpitionem affectatæ libertatis
exilio primo: mox carcere afficit. In hac calami-
tate cõſtitutus Boetius multa ſcripſit: quæ adhuc

Boetij cõmẽdatio.

leguntur. Tranſtulit & plæraq; ex Ariſtotele[?] demq; commentatus eſt. In Mathematicis doct[iſ]ſimus eſt habitus: quod eius muſice & aritmet[ica] oſtendunt. Poſtremo vero cum Symmacho ſ[o]|[ce]rore Theodorici iuſſu necatur. Sūt aūt qui ſcrib[ant] Boetium tantam calamitatem ſubiiſſe, quod Arrianos inueheretur: ad quos Theodoricus [in]clinauerat. Superior ſententia mihi verior vi[de]tur. Hormiſda autem hortante Theodorico [pro]uincialem ſynodum in vrbe habuit omnium cōſenſu Eutichianos iam antea improbatos d[am]nauit. Ioannē quoq; Cōſtantinopolitanum e[pm] litteris & nunciis adhortatus eſt vt ab eadem [he]reſi deſiſteret: crederetq; duas in xpo natura[s] ſe: diuinā & humanā. Deſiit parere Ioānes A[na]ſtaſii viribus fretus quē non ita multo poſt ful[mi]ne ictū dediſſe pœnas creditū eſt. tū propter h[e]reſim quę grauis erat: tum vel maxime, qui[a le]gatos ab Hormiſda miſſos cōtra ius gētium [ma]gna affecerat cōtumelia reiectos. n. a ſe naui[q; quaſ]ſa & rimoſa ea cōditione nauigare iuſſit: vt re[cta] in Italiā rediret, nec vllum græcię littus attin[ge]rent. Hæc etiā eiſdē mādata ad pōtificem ded[it] referūt, vt ſciret imperatoris propriū eſſe impa[re] & nō impata pōtificis aūt cuiuſuis alterius ac[ci]pere. Fuere aūt legati euodius Ticinēſis eps, [for]tunatus catinēſis, Venātius vrbis romæ præ[ſbi]ter: & vitalis diaconus. Mortuo itaq; Anaſta[ſio] vii. & xx. imperii anno. Iuſtinus orthodoxe [fi]|[dei] amator impiū accipit: ac ſtatim nūcios ad pō[tifi]cem mittit, qui & ſedis apłice auctoritatē com[pro]maret, & pacē eccleſiis oībus exquirerēt quam [pro] religionē cōcederet. Qua re pmotus Horm[iſ]|da Theodorico annuente. Germanū campanum epm: Ioānem & Blandū preſbyteros: & fœlicem ac dioſcorū diaconos legatos ad Iuſtinū mittit, q[ui] eos nullo nō gñe honoris adhibito, effuſa obuiā honoris gr̄a monachorū, ac magna orthodoxorum & illuſtrium virorū multitudine honorifice accepit: cōgratulāte clero vna cū Ioāne Conſtātinopolitano epo. at qui cū Achatio ſentiebāt iſtorū aduentū veriti, ſe in tēplo quodā munitiſſimo incluſerūt: & nuncios habita cōſultatiōe ad Imperatorē miſere, affirmātes ſe nullo pacto in ſententiam apoſtolicæ ſedis venturos niſi ei reddita fuerit ratio: quam ob rem Achatius dānatus eſſet. hos omnes Iuſtinus ex tēplo atq; ab vrbe expulit. Idem fecit Hormiſda cōtra Manicheos iterū in vrbe Roma pullulātes, eorūq; codices ante fores baſilicæ cōſtantinianæ incēdio conſumpſit. Eodem tēpore mortuo in Aphrica transmundo Vuandalorū rege, Ildericus filius quem ex captiua Valētiniani filia ſuſceperat regnum obtinet. Hic nō hereſim paternā imitatus: ſed matris catholicæ monita ſecut⁹, omnes catholicos, quos Tranſmundus in exiliū miſerat reduxit, atq; eos ſub inſtituto viuere permiſit. Dona pterea multa ac pcioſa eodē tēpore Romā ad ornādas baſilicas ſanctorū ſunt miſſa. Gēmas. n. magnæ æſtimationis Clodoueus rex Frāciæ miſit. Delata & dona: tum aurea, tū argentea. Delata euāgelia cū tabulis aureis gēmis diſtinctis a Iuſtino impatore voti gratia. Miſit & Patenam aureā librarum xx. cū hiacynthis. Scyphū aureū gēmis circundatū. Ornauit & tēplū beati petri Theodoricus rex trabe argentea mille & xl. librarum Ceroſtratis

Marginalia: Io. fulmie periit propter hereſim. — Iuſtinus impator. — Manicheorū Codices romæ cōburunt. — Ildericus. — Clodouei munera.

argenteis duobus librarum.lxx.Certauit & Ho
miſda muneribus cum his principibus. Locaui
enim ante altare conſtantinianæ baſilicæ coron
argenteam librarũ.xx.cantharos argenteos ſex
Ornauit etiam templũ Pauli cyphis argẽteis de
cem. Anulis argenteis tribus. His demũ ex ſen
tentia peractis cum etiam de more preſbytero
vnum &.xx.ep̃os quinq; &.I.creaſſet.moritura
ſepelitur in baſilica Petri.viij.Idus Auguſti con
ſulatu Maximi.Sedit annis.ix.Diebus.xviij.Va
cat tum ſedes dies.vi.

## Ioannes .I.

Hic Ioan. īter ſan- ctos cõnu meratur & tecũ cõ ſtātinopo li illumi- nauit.

IOannes natione thuſcus:patre co
ſtãtio a cõſulatu maximi vſq; ad
ſulatũ Olibrij peruenit theodor
regis tẽporibus & Iuſtini auguſ
orthodoxę fidei diligentiſſimus c
ſeruator:tandẽ hæreticorũ nomen extinguere
Arrianos expulit:eorũq; eccleſias catholicis aſſi
gnauit.Quam quidem rem Theodoricus ægr
ferens:Ioannem pontificem:Theodorum:duo
Agapitos oratores ad Iuſtinum mittit qui eu
adhortarentur:vt Arrianos reſtitueret:ſin ſec
animatus eſſet,ſciret ſe omnes Italiæ eccleſias c
tholicas preſertim demoliturũ. Magnifice & p
benigne primo quidem excepti legati ſunt q
vbi rationẽ legationis expoſuere: cũ flectere Iu
ſtinum non poſſent:ad lachrymas verſi ac ſupp
citer petentes,vt periturę Italiæ vna cum cath
licis omnibus ſubueniret, eo tandem piũ hoĩe
perpulere:vt Arrianos reſtitueret,atq; eos viu
re ſuis legibus & inſtitutis ſineret.Sunt qui ſcri
bant Theodoricum rabiæ ſæuiendi tum inci



tum,Symmacũ & Boetium reuocatos ab exilio
& carcere eo tempore occidiſſe: vt cumq; ſit ne-
catos Theodorici iuſſu cõſtat:nec multum refert
hormiſdæ: an Ioannis temporibus aſcribantur.
ioannes autm Rauennam ad Theodoricum re-
diens:in carcerem propere conijcitur: ac parum
abfuit quin eum ſtatim occideret:adeo in homi-
nem exarcerat:& fide moribus cum iuſtino ſen-
tientem.Perijt tamen ſanctiſſimus homo in car-
cere pedore ſiti, & inedia, quam quidem ſæui-
tiam ira diuina non ita multo poſt grauiore pœ-
na compeſcuit. Apoplexia enim Theodoricus
moritur eiuſq; anima (vt quidam hæremita vir
ſanctiſſimus retulit) in ignem lipareum immer-
ſa eſt.Theodorico autem in regnum Almaſiun-
ta filia ſucceſſit:cum gnato athalarico: quem ex
Euchario marito ſuſcæperat. Quæ quidem mu-
lier ſupra ſexum prudentia vſa, & patris decre-
ta mala præſertim emendauit:& Boetij ac Sym-
machi filijs bona paterna in fiſcum deleta reſti-
tuit,& filium optimis diſciplinis erudiuit:aduer
ſantibus Gotthis & acclamantibus, non litteris,
ſed rei militaris diſciplina regem ſuum imbuen-
dum eſſe.iuſtinus autem ſenex admodum eodẽ
ferme tẽpore iuſtiniano ſororis ſuæ filio impato
re relicto moritur, & Clodouæus Franciæ rex fi
lijs quatuor in regno relictis. Fuere tũ in p̃cio &
Bñdictus nurſinus,q rõnẽ monaſticę vitæ italis
dedit: & Brigida ſcotia mulier ſctĩſſima, & ioan
nes antiochenę eccl̃ię p̃ſbyter: q multa cõtra eos
ſcripſit,q in vna tm̃ ſubſtãtia xp̃m adorãdũ cẽſe-
bãt.His addit iſidorus Cyprigniũ quẽdam ep̃m
hiſpanũ q elegãter in Apocalipſym ſcripſit. ioã-

Boetij mors.

Mors Theodorici a malaſiũta prudens mulier.

Iuſtinian9

Brigida.

nes aũt põtifex anteq̃ Cõſtantinopolim profiſce
retur tria cœmiteria reſtituit. Primum fuit nerei
& achilei via ardeatina. Secundũ ſanctorũ mar-
tirũ Fœlicis & Adaucti. Tertiũ priſcillæ. Orna-
uit etiam altare ſancti Petri gẽmis & auro. Detu
lit & ſecũ Iuſtini imperatoris munere Patenã au
ream librarum .xx. Calicem aureũ cum gẽmis li
brarũ quinq; q̃ dona ſecũ periſſe arbitror. Crea-
uit etiam habitis de more ſacris ordinibus ep̃os
quĩdecim. Ferũt corpus viri ſanctiſſimi Rauẽna
ad vrbẽ delatũ: ſepultũq; in Baſilica Petri. vi. Ka
lẽ. Iunij. Olibrio conſule. Sedit autem annis duo-
bus. Menſibus octo. Vacat tum ſedes dies octo
& .I.

## Fœlix. IIII.

FOelix quartus natiõe Samius patre
Caſtorio Iuſtiniani tẽpora attigit q̃
Belliſſario duce in p̃lis vſus de Per-
ſis & Vuãdalis triũphat: quorũ gẽ-
tem in Aphricam tranciens idem
dux præſtantia animi & ſingularis virtutis ſupe-
rauit ac prope deleuit: capto eorũ rege Geliſme
ro: & in triũphum ducto Amalaſiũta vero ſedi-
tionibus Gotthorum diu vexata mortuo filio
Atalarico quo cum moleſte vixit. Theodatum
conſobrinum ſuum regni conſortem fecit. Erat
autem Theodatus ita Græcis & Latinis litteris
edoctus vt & tẽporum ſuorum hyſtoriam ele-
gãter ſcripſerit, & Platonicam diſciplinam opti-
me calluerit, ſegnis tamen ad res agendas habe-
batur. Verum hortante Amalaſiunta Burgon-
diones & Alemanos fœlicibus prælijs ſupera-
uit. Fœlix autem rei diuinæ interim curã gerẽs

Belliſſa-
rius.

Theoda-
tus.



& Patriarchã conſtantinopolitanum declinãtem
a fide anathemate notauit: & ſctõrum Coſmi ac
Damiani tẽpla, quę adhuc extant in vrbe via ſa-
cra apud forum Romanũ ædificauit quod carmẽ
vermiculato opere notatũ adhuc ĩdicat. Baſilicã
quoq; ſcti Saturnini via ſalaria incendio cõſum-
ptã: reſtituit. Sũt qui ſcribãt Caſſiodorũ hac æta-
te fuiſſe: qui & ſenator de regẽda repu. multa cõ-
ſcripſit: & Monachus pſalterij ſententias eleganti
oratiõe ac ſtilo edidit. Ferunt etiã Priſcianũ Cæ-
ſariẽſem grãmaticum inſignẽ librum ſuum grã-
matices tunc cõpoſuiſſe. Arrator quoq; vrbis Ro
mæ ſubdiaconus verſibus hexametris euãgelia
cõſcripſit. Laudatur & Iuſtinianus Valẽtinæ ec-
cleſiæ ep̃s, multa enim prædicauit & ſcripſit ad
doctrinã xp̃ianã ptinẽtia. At fœlix hĩtis de mo-
re ſacris ordinibus, vbi p̃ſbyteros quinq; & .l. creaſ
ſet, diaconos .iiij. ep̃os .ix. & .xx. morit: ac ĩ baſilica
Petri ſepelitur. iiij. idus octobris Annis. iiij. Sedit
men. ij. diebus. xiij. vacat tum ſedes dies tres.

Priſcian⁹.

Arrator.

## Bonifacius. ij.

BOnifacius ſecũdus patria Romanus: pa-
tre Sigilbundo iuſtiniano imperãte fuit.
Quẽ quidem imperatorẽ tãti cõſtat in-
genij: tãtæq; doctrinę fuiſſe virum nõ ſit
ſi leges Romanas ſparſas & incõpoſitas in ordinẽ
ad vtilitatem hominẽ redegerit: eaq; abſciderit
quę ſuperuacanea & ĩutilia videbãtur. Hac tamẽ
in re conſilio & opera ioãnis Patricij Tribuniani
Theophili Dorothei vſus eſt: qui tũ doctrina &
auctoritate inſignes habebãtur. Immẽſum namq;
illud librorum pelagus. Ad duo enim fere milia
librorum fuiſſe cõſtat coaceruatis ſimul ab vrbe

Laus iu-
ſtiniani.
Leges ro
manæ in
cõpẽdiũ
redigun-
tur.

condita vſq; ad hęc tempora tot iudiciis in quin-
quaginta libros tulatim digeſſit: quos nunc dige-
ſta: nunc pandecta appellant: quod omnem ciui-
lem doctrinã contineant. Idem quoq; legum Epi-
tomẽ fecit librorum quattuor. Has autem leges
inſtitutiones vocat. Dicimus etiam Iuſtiniani co-
dicem & volumen eſſe. Sunt pręterea qui dicant
iuſtinianum ipſum libros de incarnatione domi-
ni eleganter ſcripſiſſe: tẽplumq; in honorem dei
patris. (Nam filius ſapientia patris eſt) ſanctæ So-
phiæ: quo nullum eſt in orbe maius ſua impenſa;
ſuoq; iuſſu ædificatum. Huius itaq; tempore Bo-
nifacius põtifex creatur, non ſine contentione ta-
men. Nam & Dioſcorus diuiſo biſſariam clero
in demortui Fœlicis locum ſubrogatur. Exagi-
tatus autem clerus hac ſeditione diebus octo, &
xx. morte Dioſcori a tãta perturbatione tandem
liberatur: vnde Bonifacius ad confirmandã ec-
cleſiam conuerſus: inſtituit ne quiſpiã ſibi in epi-
ſcopatu ſucceſſorem deligeret quod poſtea mul-
ti pontifices cõfirmarunt. Inſtituit item vt in de-
mortui locum alter pontifex ſi fieri poſſet tertio
die ſufficeretur: ne dilatio ſeditionem faceret. Di-
uiſit & populum a clero dum celebraretur. Hoc
eodem tempore multi ex Romana nobilitate Be-
nedicti ſanctitate moti in mõtem Caſſinum per-
uenere religionis gratia: inter quos Maurus qui-
dem: ac Placidus inſignes habẽtur. Laudatur &
Dionyſius abbas: qui tum Romæ paſchæ calcu-
lum miratione compoſuit. Facundi quoq; ſcripta
contra Eutichianos quoſdã: tum pullulantes lau-
dantur. Martinus præterea gentem Sueſſionem
prædicatione & ſcriptis Arriana hæreſi ad no-

Tẽplum ſanctæ Sophiæ.

Dioſcor⁹

Benedictus.

Maurus.

Martinus



ſtros traducit. At Bonifacius cum in pontificatu
ſediſſet annis duobus: diebus duobus: moritur &
in baſilica Petri ſepelitur. Sedes autẽ men. duo-
bus tum vacat.

## Ioannes. ii.

IOannes ſecundus: patria Romanus
patre proiecto ex Celio monte iuſti-
niani tempore fuit: qui ſtatim vbi
pontificatum iniit Anthimum epi-
ſcopum damnauit q; in Arrianum
hæreſim declinaſſet. Sunt qui ſcribant hunc epi-
ſcopum conſtantinopolitanum fuiſſe. iuſtinianus
vero ſedem romanam veneraturus Hyppatum
& Demetrium epiſcopos Romam cum muneri-
bus mittit: qui & romanum pontificem ſuo no-
mini ſalutarent: & munera hæc beati Petri tem-
plo offerrent: ſcyphũ aureum circundatum gem-
mis librarum ſex: ſcyphos argenteos duos: libra-
rum duodecim. Calices argenteos duos: libra-
rum quindecim. Interim vero dum hęc dona mi-
ſiſſet Mũdus exercitus iuſtiniani dux Salonas vr-
bem minutiſſimam capit: ac Gotthos pręlio vin-
cit, non incruenta victoria. Vna enim cum filio
egregiæ virtutis adoleſcente Mundus eo prælio
occiditur, quo nihil potuit iuſtiniano moleſtius
nunciari. Tanti faciebat hominis virtutem & fi-
dem. Ioannes autem Pontifex de quo pauca ad-
modum ſcribunt hiſtorici moritur, vbi ex ſacris
ordinibus ſemel habitis præſbyteros quindecim
epiſcopos vnum &. xx. creaſſet, ſepeliturq; in ba-
ſilica Petri. vi. kalẽ. iunii. Sedit annis duobus mẽ.
iiii. Vacat tum ſedes dies, vi.

Dãnatur Anthim⁹.

Mundus dux iterficitur.

Iſte in ca-
thalogo
ſctõrum
cõnume-
ratur.

AGapius patria Romanus: patre Gor-
diano præſbytero eccleſiæ ſctõrum
Ioannis & Pauli pontifex creatus: a
Theodato ſtati ad iuſtinianum mit-
titur: ei infenſum ꝙ Amalaſiuntam

Laus a-
malaſiũ
tæ.

Athlarici matrẽ in inſulã lacus volſineſium rele-
gauerat: interficiq; iuſſerat. Erat enim hæc fœmi-
na ita grecis & latinis litteris imbuta: vt cũ quo-
uis docto diſputando cõgredi auderet. Præterea
vero ita linguas Barbarorum omnium callebat:
vt ſine interprete cum his omnibus loqueretur:
qui tum Romanum inuaſerant imperium. Huius
autem mulieris interim Iuſtinianus ita ægre tu-
lit: vt bellum Theodato ſe illaturum minaretur.
Agapitus itaq; eo miſſus ac benigne & honorifi-
ce ſuſceptum: cum pacem impetraſſet ab impera-
tore tẽtatur: vt Eutichianam opinionem confir-
maret. Verũ cum Iuſtinianus ab ea re hominem
ſanctiſſimũ abhorrere cerneret: præcibus minas
addit. Tũ Agapitus. Ego inquit ad Iuſtinianum
chriſtianiſſimum principem venire optaui: ſed
Diocleſianum inueni: quem chriſtianorum ho-
ſtem fuiſſe conſtat. Hac libertate loquẽdi & de-
nutu Iuſtinianus permotus: & fidem catholicam
amplexus eſt: & pulſo Anthemio conſtantinopo-
litano epiſcopo qui Eutichianam hereſim tueba-
tur. Mennam catholicum in eius locum ſuffeci:
Agapeto cõſecrãte: qui haud ita multo poſt Cõ-
ſtantinopoli moritur. cuius corpus loculis plum-
beis cluſum Romam defertur: ac in baſilica Petri
ſepelitur. Sedit autem menſibus. xi. diebus vnde-
viginti. Vacat tum ſedes. menſem vnum. die-
bus nouem. & . xx.



SYluerius natione Cãpanus: patre Hor-
miſda epiſcopo, Theodato iubẽte põti-
fex creatur: cum antea nõ regũ: ſed im-
peratorum auctoritas interueniret. Plus
autem valuere Theodati minæ ꝙ decreti ratio.
Mortem enim his clericis minatus eſt qui nomi-
na ſua non ſubſcriberẽt in creatiõe Syluerij. Hãc
ob rem: & vt etiã Amalaſiũtę necẽ vlciſceretur
iuſtinianus Belliſſariũ patriciũ cum exercitu in
Italiã mittit. Nauigãs hic primo ſiciliã attigit: eã-
que in fide imperatoris retinuit. Interĩ vero mor
tuo Theodato cum Gotthi regẽ cõtra voluntatẽ
iuſtiniani creaſſent: Belliſſarius e Siciliã mouens
italiã a tyrãnide Gotthorũ liberaturus: ĩ cãpaniã
veniẽs. Neapolim mãdata imperatoris nequaq̃
faciẽtem vi capiẽs ac diripiẽs: Gotthos omnes q̃
in præſidio erãt: ac magnã partẽ ciuiũ interfecit:
ab actis ĩde virginibus ac pueris cum omni præ-
da. In tãto autem belli furore & tẽpla ſpoliata: &
virgines ſacras violatas fuiſſe conſtat. inde vero
Romã cum exercitu properãs: noctu vrbẽ ingreſ
ſus: tãtum terroris Gotthis: qui in præſidio erant
incuſſit vt omnes relictis portis ac mœnibus Ra-
uennã cõfugerint. Belliſſarius autẽ ſuperuẽturũ
Vitigim cũ ingẽti exercitu ratus: cui aperto mar
te nequaquã par eſſe poſſet: mœnia Vrbis ꝓ tẽ-
pore vallo ac foſſa vbi opus eſſe videbatur quã
celerrime muniuit. Superueniẽte deinde Vitigi:
cum ingẽti exercitu: ad centũ nãq; milia hominũ
ſecum duxiſſe fertur: cõtinere ſe mœnibus Belliſ
ſarius cõtentus fuit: cum non amplius quinq; mil
libus hominũ ſecũ duxiſſet. Caſtra ĩter duos quæ
ductus locat: Vitigis quo munitiora ſint quorum

Belliſſa-
rius ĩ ita-
liam mit
titi.

Vitigis.

Dira con
tentio.

alter ad latinā viam: alter vero ad præneſtinam vergit. ſeq; inuicem iungūt, quinto ab vrbe miliario. & ne aqua vrbem romam influeret: omnes aquæ ductus: quod ad quattuordecim fuiſſe cōſtat interciſi ſunt: Portū quoq; vitigis cum parte copiarū: occupat, qua ex re magna calamitas romanis illata eſt. Cum & bello ſimul & fame laboratum ſit. Interea vero inſtigāte vigilio diacono ciue romano & Apochriſiario Theodora auguſta Syluerio imperat, aditis etiam minis, vt pulſo Menna ab vrbe Cōſtantinopoli Anthemum reuocet, quem diximus ob Eutichianam hereſim damnatum eſſe. Id autem cum facere pōtifex recuſaret, ſcribit ad Belliſſarium mulier, vt pulſo Syluerio in eius locum vigilium ſufficiat. Belliſſarius autem rei bellicæ intētus, rem Antoninæ vxori ſuæ cōmittit quæ quidem ſubornatis a vigilio teſtibus, qui affirmarent Syluerium vrbem Romam Gotthis hoſtibus prodera voluiſſe, hominem coegit abdicare ſe pontificatu, ac poſito pallio cucullam monaſticam ſumere, qui in pontium inſulam in exilium miſſus non ſine opinione ſanctitatis moritur. Ferūt Gallos hoc tempore nuncijs & litteris Benedictū rogaſſe, vt vnum aliquem ex diſcipulis ſuis ad ſe mitteret, qui Gallos monaſticam vitam edoceret. Quare Benedictus Maurum eo miſit, qui omnibus vita & moribus rationē bene ac beate viuendi dedit, quinque etiam multa monaſteria conſtituit. Vigilius autem clericis romanis ex Antoninæ ſentētia ita petentibus pontifex creatur. At vero Syluerius vbi annum vnum. mēſes quinq;. dies duodecim in pontificatu vixiſſet (vt dixit) in inſula Pontia

Periculoſum mulieris iudicium.

Bn̄dictus Maurus.



moritur, ac ſepelitur. xij. kalend. Iulij. Vacat quidem tum epiſcopatus dies ſex.

## Vigilius. .I.

VIgilius patria Romanus, patre cōſule imperāte Iuſtiniano, pōtifex creatur. Cuius tēporibus Cōſtātinopoli quinta Synodus habita eſt Cōtra Theodorum & oēs hæreticos qui affirmabāt beatiſſimā virginē ſolū hominē, nō etiā deum & hominē peperiſſe qua quidē in ſynodo ſtatutum eſt, vt beata virgo Maria diceretur, q̄ deum ſuo partu nobis edidiſſet. Interī vero Belliſſarius auctis copijs cum per annum integrum & dies nouem mœnia vrbis tutatus eſſet, egredi cōſtituit, & collatis ſignis cum Vitige decernere. Is autē copijs ſuis diffidens, incenſis caſtris rauennā magnis itineribus ꝑficiſcitur. Eo & Belliſſarius propere mouet, ac vitigim in vrbe captū cum omni familia & magna procerum parte, recuperataq; fere tota Italia Conſtantinopolim ſecum ducit, quīto anno poſtea quam in Italiam venerat. Idem quoque Mauros aphricam vaſtantes, mira celeritate perdomuit deoq; hoſtiū manubijs crucem aureā gēmis diſtinctā librarum cētū, Ceroſtrata duo magni prec̨ij. Petro apoſtolorū principi dono miſit. Duo itē Xenodochia (quæ nos domos hoſpitales appellamus) ſua impenſa Romæ ædificat, quorū alterum in via lata, alterum via Flāminea extabat. Cōdidit & monaſterium ſctī Iuuenalis apud Ortā Vrbem: additis fundis vnde monachi paſcerent̄. Inſtabat tū Theodora: vt vigilius pōtifex Cōſtantinopolim proficiſceretur: Anthemūq; vt pollicit⁹ fuerat reſtitueret.

Synodus cōſtantinopolitana.

Laus belliſſarij.

theodora vafra mulier.

Negat Vigilius ſe id facturum: ꝙ malis promiſ-
ſis ſtandum nõ ſit. Cenſere enim ſe quæ Agapi-
tus & Syluerius cõtra Anthemum hereticũ egiſ-
ſent: iure facta eſſet: & propterea eorum acta nul-
lo modo ſibi reſcindẽda videri. Irata Theodora
Romanis quibuſdã adiuuãtibus Vigilium in iu-
dicium vocat: & ꝙ eius fraudibus Syluerius cir-
cunuẽtus exulatum abierit: & ꝙ ipſo iubẽte ado-
leſcẽs quidã a nepote Vigilio Aſterij cõſulis fi-
lio cæſus ad necẽ ſit. At vero ne iudicij pœnã Vi- vigilij pſecutio.
gilius refugeret: Anthemũ quẽdam cum his mã-
datis Romã mittit: vt Vigiliũ parere recuſantẽ
ad ſe vi etiam perduceret. Is vero Romã veniẽs
mãdata facturus ĩ baſilica ſanctæ Ceciliæ homi-
nem cõprehendit, munera populo ob diẽ nata-
lẽ ſuum diſtribuentẽ more Romano: ac captũ qui-
buſdã romanis adiuuãtibus cõſtãtinopolim per-
ducit. Ferunt Vigilium naui per tyberim deue-
ctum fuſtibus & ſaxis cum execratione a popu-
lo impetitum cũq; hac exprobratiõe. Male meri-
tus de Romanis es: Mala oĩa tecum veniãt. In Sicili-
am vero perueniens cõcedentibus his qui captũ du-
cebãt quoſdã ſacros ordiẽs aſciuit: ex hiſq; Am-
pliatum pręſbyterũ & Valẽtinum epm: qui cle-
rum & romanã eccleſiã interim gubernarẽt. Ei
vero e Sicilia cõſtantinopolim mouẽti: Iuſtinia-
nus cum magno comitatu fit obuiã. Ingrediũtur
vrbẽ clero pręcedẽte vſq; ad tẽplum ſanctæ So-
phiæ Tẽtare tum Theodora Vigilium: vt quod
pollicitus erat pręſtaret. Cui ille male ſe quodu-
ſupplicium pati reſpõdit: q̃ ſententiã mutare: & cum dira ĩ põtificẽ crudelitas.
mulier & qui ſecũ aderãt minis inſtarẽt: ad dio-
cletianũ ſe nõ ad iuſtinianũ: quẽadmodũ arbitra-



batur veniſſe dicens: ita cæſus eſt: vt Paulum ab-
fuerit quin tum occideretur. Fugiẽs itaq; in tem-
plum ſanctę Euphanię. quod haud procul aberat
indea craſſatoribus trahitur & iniecto in collũ
eius fune tanq̃ latro per totam vrbem vſq; ad
veſperã trahitur. Deinde vero carceri incluſus:
pane & aqua tm̃modo aliquãdiu vitam duxit,
ita patienter & ęquo vt ſemper diceret ſe etiam
peiora meritum ſi digna pro peccatis pœna irro-
garetur. Clerici aũt qui hominem ſecuti fuerãt,
partim in exilium, partim ad excidenda metal-
la deportati ſunt. Verum poſtea rogãtibus Ro-
manis qui iam ſententiã mutauerant: & inſtante
Narſete, quẽ Iuſtinianus cõtra Gotthos romam Narſes
miſerat. Vigilius ac exules omnes in patriã re-
mittũtur. At vero cum Syracuſas in Siciliã per-
ueniſſent, Vigilius quẽ tot mala, tot curę occide-
re nõ poterant, ex calculo moritur. Eiuſq; cor-
pus romã defertur, & apud ſanctũ Marcellũ via
ſalaria ſepelitur. Vixit autẽ in pontificatu tũ Ro-
mæ, tum alibi annis. xvij. men. vi. dies ſex. & .xx.
Vacat tum ſedes eius morte. men. iij. diebus. v.

## Pelagius .I.

De hoc põtifice eſt ca. xxiij. q. v. incipiens rele-
gentes literas.

PElagius primus, patria Romanus, pa-
tre Ioanne vicario, eo tẽpore fuit, quo
Totila Gotthorũ rex Taruiſio mouit
cum magno exercitu Italiã inuadẽs, ac
diripiens adeo vt propter ſæuitiam & rabiem fla-
gellum dei vocatus ſit. Perueniẽs deinde ad mõ- Totila Flagellũ dei.
tem Caſſinum in cãpaniam iturus: gregorij mili-
tis habitu a Benedicto viro ſanctiſſimo dignoſci

tur:& minis deterretur,ne tantopere in xp̄ianos
ſæuiat.Inde vero mouens, in Samniũ proficiſci-
tur,Beneuentũ oppugnat, vrbis mœnia demoli
tur:Neapolim obſidet:Cumas recipit,& magna
benignitate ac modeſtia vſus,pleraſq; matronas
Romanas ibi captas romam ad ſuos intactas re-
mittit.Capta deinde Neapoli atq; occupata om
ni illa Italia parte,quę ad Syciliam vergit,in Ro
manos mouet quos quidem occupato prius por
tu,vnde his vehi comeatus poterãt,tam acri ob
ſidione preſſit vt inopia rerum humana quid
veſcerentur carne.Tandem vero Totila per H
ſtienſem portam vi irrumpens,vrbem capit,ac
direptam incendit.Sunt tamen qui ſcribant ei
Capitur vrbs.
animo fuiſſe vrbem ſeruare,miſiſſeq; noctu præ-
cones per vrbem:qui militibus mandarent,v
Vrbi parcerent.Hoc vero vbi Iuſtinianus com-
perit,Narſetẽ Eunuchum cum magno exerci
Narſe bibliopola.
in Italiam propere mittit.Narſes enim vt non
nulli ſcribunt primo quidẽ bibliopola fuit.Hu
cum in cubiculum ſuum accepiſſet imperator
gnita hominis virtute,eum in ordinem patric
tus aſciuit. Pietatis enim religionis,miſericord
magnificentiæ,gratiæ,poſtremo vnicum exem
plar tum omnibus erat.Is igitur acceptis etiã au
xiliaribus copĳs ab Alboino lõgobardorũ reg
Gothos inuadit,obtruncat perſequitur. Nam
Totila apud Brixellum male pugnãs occiditur
& Theias in eius locum ſuffectus,non lõge a N
cera fortiter pugnans, virtute Narſetis oppri
tur.Atq; ita ſecundo & ſeptuageſimo anno po
ea qua Theodoricus eorũ rex primo italiam i
greſſus eſt:Gotthorũ nomẽ cum in regno inter



Iuſtinianus quoq; non ita multo poſt quadrage-
ſimo imperĳ ſui anno moritur,vir quidẽ memo
ria dignus,cum merito ſuo Alamanicus:Gotthi
cus,Vuãdalicus,perſicus,aphricanus more vete
rum imperatorum appellari poſſet:licet aliorũ
opera & ſuo conſilio hæc geſta ſunt. Pelagius au
Pelagĳ laus.
tem eccleſiam dei in tantis perturbationibus nõ
deſerens conſtituit vt heretici & ſciſmatici coher
ceri etiam ſecularium manu poſſent,quando ad
ſanitatem rationibus non deducerentur. Hic au-
tem accuſatus ꝙ malorum Vigilĳ cauſa fuiſſet:
cum Iuſtinianus eum Vigilio præferret:viden-
te populo & clero crucem tangens, & euangeliũ
iureiurando ſuſcepto,ſe a tanto crimine purgat.
Inde Narſes ad vrbem veniens, ſupplicationes
pro rebus bene geſtis a ſancto Pancratio vſq; ad
ſanctum Petrum celebrat,vrbemq; a Gotthis li-
beratã,quoad fieri poteſt inſtaurat.Vna vero cũ
Pelagio inſtituit,ne vllus ambitione vel præcio
ad quoſuis ſacros ordines admittatur. Vigilius
pręterea Valentinum notarium ſuum virũ pro
batę fidei & religiõis theſauris eccleſiæ pręficiẽs
Baſilicã apoſtolorũ Iacobi & Philippi inchoat.
Cassiodorus.
Sunt qui ſcribãt Caſſiodorũ monachũ virũ do-
ctiſſimũ vſq; ad tp̄a Pelagĳ peueniſſe qui primũ
cõſul,inde Senator factus poſtremo monaſticam
vitã ſpretis rebus oĩbus cõplexus eſt.Aiũt & Vi
ctorẽ cãpanũ ep̄m librũ paſche tũ cõpoſuiſſe.quo
potiſſimũ Dionyſiũ abbatẽ Romanũ inſcitiæ ar-
guit,qui paſchalẽ calculũ inepte nimiũ cõpoſuiſ-
Gregorius lingonensis.
ſet. Ornauit etiã Pelagĳ tp̄a ſanctitate & doctri-
na.Sabinus Canuſinus. Gregorius lingonenſis:
Bedaſtus beati Remigĳ diſcipulus:& Atrebatũ ſis ep̄s.

ẽp̃s.Herculanus vero Peruſinus antiſtes a Toti-
la interemptus:in ſanctos refertur.Pelagius autẽ
vndecimo ſui pontificatus anno mẽſe.x.die.viij.
&.xx.moritur.& in Baſilica Petri ſepelitur: vbi
ex ſacris ordinibus his menſe decembri habitis,
presbyteros ſex.&.xx.diaconos.xi.ep̃os.vnde
quadraginta creaſſet.Vacat tum ſedes.menſi.iij.
diebus.vi.&.xx.

## Ioannes .III.

IOannes tertius:patre Anaſtaſio ex illu
ſtri genere orto.Iuſtini tẽporibus fuit:
Iuſtini ini quitas. qui Iuſtiniano ſucceſſit,cuius certe nul
la ĩ re ſimilis fuit.Auarus enim impro
bus,rapax,deorũ atq; hominum contemptor ha
bitus eſt.Hanc obrem cum totus auaritiæ & cu-
piditati inhæreret,libidine habẽdi in inſania ver
titur,cuius vxor ſophia imperium vſq; ad Tybe
rij ſecundi tempora gubernauit.Hæc autem mu
lier inſtigantibus quibuſdam delatoribus,qui
Narſetam oderant,hominem ab Italia ad ſe cum
ignominia verborum reuocat videlicet.Eunu-
chus ad lanam & penſa rediret.Ferens id inique
animo:vt par erat Narſes reſpondet ſe talem or
ſurum telam,quæ inextricabiles errores æmulis
atq; inimicis ſuis præſtaret,quod etiam fecit.Al
boinum nãq; lõgobardorum regem cum oĩbus
copijs e Pãnonia in Italiam ad capeſcendas ſedes
vberiores q̃ quas in Pãnonia occuperant,litte-
ris & nuncijs accerſit.Obtẽperans itaq; Narſetis
Alboinuſ rex lõgobardorũ. monitis Alboinus,Italiam per Syrmium ingreſ
ſus cum coniugibus & liberis,cumq; exercitu le-
ctiſſimo,primo quidem omnem venetiam occu
pat.Inde inſubriam ingreſſus.Mediolanum



vi capit ac diripit.Papiam triennio obſeſſam in
poteſtatem ſuam tandem redigit.Hac autem vi-
ctoria lætus Alboinus Veronam ſe cõtulit,quã
regni totius ſedem conſtituerat.Ibi vero conui-
uio exhilaratus Rhoſimundam vxorem ea pate
ra bibere compellit,quam ex patris ipſius mu-
lieris capite a ſe occiſi in poculũ redegerat.Erat
autem in exercitu Alboini helmechildis longo-
bardus adoleſcens forma inſignis,& nobilitate
atq; armis præſtantiſſimus,cuius conſuetudine
Rhoſimunda quidem delectabatur,quẽq; in cu- Rhoſimũdæ crudelitas.
biculum ſecreto ducens propoſita regni ſpe Al-
boinum obtruncare compulit.Verum cum ad-
uerſantibus lõgobardis de ſpe regni decidiſſent:
ambo ad longinum qui Rauennæ præerat cõfu-
gere.Nec ita multo poſt ſeipſos inuicem vene-
no petentes,diem extremum claudunt.Multas
clades,tum paſſa italia eſt irrumpentibus prouin
ciam Barbaris,quas quidem protendere prodi-
gia illa tempeſtate viſa,& igneę acies in cœlo ap
parentes.Ita etiam in immenſum tyberis creuit, Tyberis inũdatio
vt inundatione ſua populo Romano magnas ca
lamitates intulerit.interim vero ioannes ponti-
fex,& ſanctorum cœmiteria reſtituit,& iacobi ac
Philippi eccleſiam a vigilio inchoatam perfecit.
Et Narſetem romanus nõn diſſimulanter iratũ,
q̄ de ſe male opinarentur,idq; ad Sophiam ſcri-
pſiſſent:e Neapoli ad vrbẽ ducit,vbi haud ita
multo poſt Narſes moritur,cuius corpus loculis
impoſitum conſtantinopolim defertur.Actum
tum demum de nomine italico putaſſem in tan-
ta rerum perturbatione,niſi viri ſanctiſſimi peri
turæ prouinciæ ſuccurriſſent.Nam & Paulus pa

triacha Aquileiẽſis, & Fœlix ẽp̃s Taruiſinus Al
Paulus Fœlix Fortunatus. boinum, vbi Italiã attigit mitiorem ciuibus ſuis
& prouinciæ reddidere. Et Fortunatus vir ſingu
laris litteraturę & eloquentiæ Gallos ad mitiorẽ
cultum redigit ſcriptis & exemplo. Ad ſigiber-
tum.n.eorũ regem libellũ de gubernãdo regno
perſcripſit, ac beati Martini vitã eleganter cõpo
Germanus pariſiẽſis ẽp̃s. ſuit. Sunt qui ſcribant Germanũ Pariſienſem epi
ſcopum virum quidem ſanctiſſimum hoc tẽpore
fuiſſe: qui Franciæ reges ſemper in officio cõti-
nuit, & adeo q̃dẽ vt ĩter ſe certatũ religiõe, pieta
te, g̃ra, humanitate ſit. Nil eñi in germano cerne
bant, quid ipſi non imitarentur, tñ valent boni
paſtoris exempla. Ioãnes autem cuius tẽporibus
Armenij fidem xp̃i recepere moritur, ac in baſi-
lica Petri ſepelitur pontificatus ſui anno.xij. Men
ſe.xi.die.vi. & .xx. Vacat tum ſedes eius morte
Menſibus.x.diebus tribus.

## Benedictus .I.

Tyberius BEnedictus patria Romanus, patre Boni
facio, Tyberij ſecundi tẽporibus quem
quidem Iuſtinus per adoptionem in fi-
lium & regni heredẽ ſuſceperat: ac meri
to certe cum in homine ea ornamẽta eſſent, quæ
in optimo principe requiruntur, clementia, iuſti-
tia, pietas, religio, ſapientia, conſtantia, & perpe-
tua fortitudo. Verũ inter alias eius virtutes be-
nignus & liberalis in omnes: potiſſimũ vero er-
ga pauperes habitus eſt, & ob eam rem dominus
Honor oĩs a tyberio exhibetur. larga opes ei ſubminiſtrauit. Nam dũ ſemel per
ædes ſuas contentius inambularet, cerneretq; in
pauimento marmoream crucem eam religionis
cauſa ne pedibus conculcaretur, auferri iuſſit, me



lioriq; loco atq; honeſtiore reponi. Poſt hanc ve-
ro vna atq; altera inuenta eſt, ſub qua tantã vim
auri & argenti repperit, quãtam hominis benefi
centia requirebat, cuius quidem magnã partem
pauperibus erogauit. Ferunt etiam Narſetis the
ſauros ad eum ex Italia delatos fuiſſe: quibus con
flatis ad munificentiam & liberalitatem vſus eſt.
Ad Sigiſbertum nãq; francorum regem, qui ſe
per legatos inuiſerat, cum reliquis muneribus,
quæ magna fuere, aureos etiam quinquagin-
ta ſingularum librarum miſit, quorum pars
vna imagine principis ſignata erat his litteris, Ty
berij Conſtantini perpetuo Aguſti. Altera vero
pars quadrigam continebat cum aſcenſore atq;
his literis, Romanorum gloria. Et nequid ad in-
tegram eius fœlicitatem deeſſet, exercitus quem
in perſas miſerat, victor rediens tantam prædã
cum elephantis.xx. auexit, quantam nullus vnq̃
antea. Hoc requirebant eius merita erga genus
humanum, hoc religio in deum ſaluatorem no-
ſtrum, hoc poſtremo eius beneficentia erga po-
pulum Romanum, quem & armis quo ad fieri
potuit ab hoſtibus tutatus eſt: & immiſſo ex ægy
pto frumento a ſæuiſſima fame liberauit, inter-
uenientibus Bonifacij pontificis precibus, quem
Tyberius mirum immodum dilexit & obſerua-
uit. Adeo.n. longobardi longe & late Italiam ve
xauerant diutino bello ex illa vaſtatione rerum
omnium charitas & inopia oriretur. Dum hæc
in Italia agerentur Ioannes conſtantinopolita- Ioannes ẽp̃s.
næ vrbis epiſcopus, oriẽtalem eccleſiã quo ad fie
ri potuit in fide continuit legendo: diſputando
ſcribẽdo, monẽdo, docẽdo, licet multos aduerſa

Leander. rios habuerit. Idem quoq; fecit Leander Tolleranus vel (vt quidam volunt) Hiſpalenſis eps: in quo doctrina & eloquentia pari lance certabãt. Multa. n. compoſuit tum ad confirmationem noſtri dogmatis: tum ad confutationem Arrianæ perfidiæ, quam tanq̃ teterrimam labem Vuandali ex aphrica in Hiſpaniam a Belliſſario pulſi ſecũ detulerant. Benedictus autem vt quidã ſcribunt ſollicitudine & dolore, quem in calamitatibus vrbis romę & prouinciæ italiæ concæperat moritur. quarto pontificatus ſui anno. men. vno & diebus octo. &. xx. Vacat tum ſedes. menſibus ij. & diebus. x.

Mors benedicti.

## Pelagius .II.

Pelagius ſecundus, patria romanus patre Vingeldo, a Tyberio ad imperatorem Mauritium Tyberij generum peruenit. Huic. n. & ſi capadox erat, imperium tamen ob virtutẽ & ſtrenuitatem in rebus agendis commiſſum eſt At vero longobardi cũ poſt mortem Alboini viginti annis ſub ducibus fuiſſent Eutharim regem ſibi creant, quem & flauium appellarunt: quo quidem cognomento omnes Longobardorum reges deinceps vſi ſunt. Mauritius autem pellere italia Longobardos conatus. Sigibertum Francorum regem mercede ad id bellum ſolicitat: qui ſtatim comparato Gallorum & Germanorum magno exercitu cum Euthari decertans, magno accepto incommodo ſuperatur. Hac autem elati victoria Longobardi vſq; ad fretum Siculum peruenere. Vrbes italiæ in poteſtatem ſuam redigentes, quo minus vero vrbe Roma diu obeſſa potirentur fecere imbres

Mauricius imper.



& quidem frequentes: quibus hoſtes a mœnibus propelluntur. Tãta enim tum aquarum inundatio fuit vt Noe diluuium renouatũ crederetur: Hæc autẽ in vna fuit cauſa: quare Pelagius in iuſſu principis tum pontifex creatus ſit: cum extra obſeſſam ab hoſte vrbẽ mitti quiſpiã non poſſet. Nil enim tum a clero in eligendo põtifice actum erat: niſi eius electionem imperator approbaſſet. Miſſus itaq; conſtãtinopolim ad placãdum imperatorem Gregorius diaconus vir optimus atque doctiſſimus vbi ex ſentẽtia põtificis omnia peregiſſet. nequaquam ocio & ingenio ſuo abuſus: libros Moralium in Iob cõpoſuit. Et Eutichiũ quẽdam cõſtãtinopolitanę vrbis epiſcopum ita pręſente Auguſto diſputatiõibus cõuicit: vt omnia quæ in libro ſuo de reſurrectiõe cõſcripſerat: retractare coactus ſit. Dicebat enim corpus noſtrũ in illa reſurrectionis gloria vento æreq; ſubtilius futurum: & ob eam rem tanti non poſſe. Quod contra illud dominicũ eſt. Palpate & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, quẽadmodum me videtis habere. Pelagius autem vbi Gregorium rogatu populi romani ad vrbem reuocaſſet, & dum paternam in Xenodochium pauperum ſenum redegiſſet, Hermetiſq; martyris cœmiterium ac baſilicam Laurentij martyris a fundamentis extruxiſſet. moritur quæ tum peſtilentia Europam omnẽ maxime vexabat, anno pontificatus ſui decimo, Menſe ſecundo, die decimo. Sepultus eſt autem ĩ eccleſia beati Petri in vaticano. Vacat tum ſedes menſibus ſex, dies octo & vigeſimo.

Pelagij electio.

Gregori⁹

Eutichius

## Gregorius. .I.

Gregorius iuit⁹ pontifex creatur.

GRegorius patria Romanus: patre
Gordiano viro Senatorio, vno o
mnium cōſenſu inuitus etiā ponti
fex creatur: anno domini. Dc. ac
xix. Monachus nāq; erat ac leuita.
Is autē cum principis cōſenſus re
quireretur.(vt antea dixi)nuncios cū litteris mi
ſerat, qui Mauricium obſecrarēt:ne pateretur ele
ctionē cleri & populi romani ea in re valere. In
ter cæptæ ſunt litteræ a præfecto vrbis ac diſcer
pte, ſcriptæq; aliæ quibus rogabatur, vt quē po
pulus ac clerus in pōtificē legiſſet: eundē impera
tor cōfirmaret, quo nihil ei nūciari iucundius ac
gratius potuit eū ſecū familiariter dum conſtan
tinopoli erat Gregorius vixiſſet, filiūq; eius e fon
te baptiſmatis leuaſſet. Remittit itaq; Mauriciu
nuncios, ac quidē propere qui Gregoriū confir
marent, cogerentque hominē ſanctiſſimū ponti
ficatus gubernacula in tanta perturbatione re
ſuſcipere. Is itaq; non ſibiipſi ſed vtilitati homin
ac honori diuino conſulens: quem certe ob reli
gionē & pietatē rebus omnibus ſemper ante tu
rat: ſpretis opibus poſt habitis voluptatibus: ac
omni ambitione & potentia. Gubernacula rei
chriſtianę ſuſcipiens: ita vicit vt vſq; ad tempo
noſtra neminę ex ſucceſſoribus parem habuerit
nedū ſuperiore: vel ſctitate vitæ: vel diligētia
rebus agēdis: vel doctrina & ſcriptis. Nā & libr

Scripta gregorij.

de ſacramētis cōpoſuit: & antiphonariū tā diu
nū q̄ nocturnū: & cōmētarios in Ezechielē: i qua
dragīta euāgelia: i Iob quoq;(vt dixi) allegori
ad mores & hiſtoriam reſpiciēs elegāter ſcripſit
Edidit & libros. iiij. i dialogo: & librū quē paſto



ralem appellauit ad Ioānem epiſcopū Rauenna
tem: de ratione gubernādę eccleſiæ. Inſtituit prę
terea nequid ornatus & cōſentus īter ſacrifican
dum deſſeet, vt antiphonę canerentur. Hęc vul
go introitus vocant. Eius quoq; inuentum eſt, vt
nonies Kyrieleiſon caneretur & alleluya, īterpo
ſitis ſeptuageſimę diebus vſq; ad paſcha. Canta
tur etiam poſt euangelium, poſt communionem
ſuo mādato. Idem quoq; in canonē redegit, dieſ
que noſtros in tua pace diſponas. Præterea vero
ſupplicationes maiores (quas græci litanias vo
cant) primus inſtituit. Stationum quoq; magnam
partē, maxime autem quæ in baſilica petri habē
tur, die natali Ieſu chriſti, in epiphania, in domi
nica paſſione, ī albis paſchę, ī aſcēſione, ī penthe
coſte natalibus apoſtolorū, in tertia dn̄ica aduen
tus, in dedicatione eiuſdē baſilicę: die feſto ſancti
Andreæ: ī cathedra Petri, dum maior litania fit,
in ſabbato quatuor tēporū. Quid plura de hoc
ſanctiſſimo viro commemorem? cum omnis in
ſtitutio eccleſiaſtici officij veteris pręſerti ab eo
ſit, inuēta & approbata, quę quidē ordinē vtinā
ſequeremur. Non abhorrēt hodie a lectione offi
cij viri docti, quēadmodū faciūt, propter barba
riē neſcio quā illi latinitati & cōpoſitioni additā.
Ne vero vlla ī re vir ſctiſſimus eccleſiæ deeſſet.
ſynodū habuit apud ſanctū petrū. iiij. & . xx. epi
ſcoporū, qua certe multa ſuſtulit q̄ nocitura mul
ta etiā addidit q̄ ꝓfutura fidei nr̄ę videbant. Mi
ſit & viros optimos ī britāniā, auguſtinū melitū,
& ioānē, cūq; his monachos quoſdā probatiſſimę
vitæ, quorū monitis & prędicatiōibus fidei no
ſtrę dogma Angli tū primum ītegre receperūt.

Litaniarum iſtitutio.

Stationes

Synodus.

Angli fidem recipiunt.

Rediere etiã gregorij opera Gotthi ad vnionem
catholicæ fidei. Sunt pręterea qui ſcribãt grego-
rium dialogum ſuum de moribus ad theudelin-
dam Lõgobardorũ reginã miſiſſe: cuius lectione
**Antharis**
preferocẽ & indomitũ viri ſui Antharis animũ
ad religionem & mitiorẽ cultum redigeret. Erat
enim matronia inſignis: & fidei chriſtianæ ſtudio
**Theude-linda.**
ſiſſima. Nam & baſilicam beati Ioannis baptiſtæ
Modœtię ædificauit: quod oppidum decem mil-
libus paſſuum a Mediolano diſtat & eandem ec-
cleſiam prędijs ac vaſis aureis ornauit. Ferunt eo
**Tunicæ chriſti inuentio.**
tẽpore: quo hermichildus a patre leuigildo Got-
thorum rege interfectus eſt: ꝙ fidem catholicam
cõfiteretur: Ieſu Chriſti tunicã: quæ ſorte vni mi-
litum obtigerat. inuẽtam eſſe apud vrbẽ in Za-
phath in arca marmorea: eo loci repoſitam Tho-
mæ hieroſolymitani epiſcopi & Ioannis conſtãti-
nopolytani: ac gregorij Antiocheni tempore. In-
**Mauriti9.**
terea vero mauritius ſuperatis ĩ hetruria & Ca-
pania Hexarcho romano duce, Longobardis in
oĩa vitia & omnẽ arrogantiã prolapſis legẽ tulit
vt qui Romanæ militiæ aſcriptus eſſet: niſi finita
militia: aut mancus & debilis ex vulnere factus
deo militare non poſſet. Hãc ob rem motus Gre-
gorius hominẽ admonet: ne eius religionẽ impu-
gnet cuius benignitate ex infima ſorte hominum
ad ſummum gradũ dignitatis peruenerat. præ-
terea vero cum ioãnes conſtãtinopolitanus epi-
ſcopus habita græcorũ ſynodo ſeipſum œcome-
nicum: id eſt vniuerſalem patriarcham creaſſet
monuiſſetq; Gregorium Mauritius: vt ioãni ob-
temperaret. Reſpõdit homo conſtãtis ingenij ſ
fidei poteſtatem ligandi & ſoluẽdi Petro tradi-



tam: eiuſq; ſucceſſoribus non epiſcopis conſtanti-
nopolitanis: proĩde deſineret iram dei in ſe con-
citare: dum ſeditiones ſtudioſe nimiũ in eius ec-
cleſia ſerit. Nequaq̃ vero his malis cõtẽtus Mau-
ritius reuocatis militibus ſuis qui in italia erant:
Longobardos adhortatur vt ſpretis fœderibus
iam ictis Romanos adorirẽtur: quare Agilulph9
ex Ciſalpina mouens vaſtatis lõge ac late hetru-
rię agris: qua iter faciebat vrbẽ Romam magnis
illatis calamitatibus ĩtegrum annũ obſedit: quo
quidem tẽpore Seuerus aquileienſis epiſcopus in
hæreſim prolapſus eſt quæ multorum malorum
ſeminarium fuit. Nam Seuero mortuo aquileiẽ-
ſis eccleſia biffariam diuiſa eſt: cum Agilulphus
**Agilulphus.**
Longobardorum rex ioãnẽ aquileienſem: Gre-
gorius cãdianum gradẽſem Forociulianis epiſco
pos præfeciſſent. Agilulphus vero omiſſa ſpe po
tiundæ vrbis obſidionẽ ſoluẽs: mediolanum re-
dijt. At Mauritius non ſpõte ſed coacte pœniten
tia ductus: cum gregorio mitius agere cœpit: ꝙ
**Seuerus hęreticus.**
intellexerat quendam monachi habitu indutum
ſtrictum gladium in manu tenẽtem in foro con-
ſtantinopolitano clamaſſe: imperatorẽ breui gla
dio moriturum hoc idem eius ſomnium confir-
mauit: quo ſe vxorem ac liberos cædi videbat.
Interim vero milites ſtipendijs ſuis defraudati:
Phocam Benturionem imperatorem creant: &
**Phocas ĩperator & Maurici9 obtruncatur.**
Mauritium obtruncant. Vndeuigeſimo imperij
ſui anno. At Gregorius exornatis quibuſcunque
reb9 potuit baſilicis romanis dedicataq; gottho-
rum eccleſia: quæ in ſubura eſt Agathę martyris
nomine. Fl. Ricimerij viri cõſularis opus vt litte
ræ ſiue indicat paternã domum in ſcauri poſitã

non longe a Circomaximo in monaſterium re-
degit: quo in loco & hoſpites continuo accipiebat
& pauperes vndiq; confluentes: cibo & potu in
vita retinebat. Vir certe õni laude dignus: ſi vi-
tam, ſi mores, ſi doctrinam, ſi ſolertiam in rebus,
tum diuinis: tũ humanis inſpicis. Neq; eſt cur pa-
tiamur Gregorium hac in re a quibuſdam litte-
rarum ignaris potiſſimum carpi: ꝙ ſuo mandato
veterũ ædificia ſint dirupta: ne peregrini & ad-
uenæ (vt ipſi fingunt) ad vrbem religionis cauſa
venientes poſthabitis locis ſacris: arcus triũpha-
les & monumẽta veterum cum admiratione in-
ſpicerent. Abſit hæc calumnia a tanto pontifice
romano præſertim: cui certe poſt deum patria ꝗ
vita charior fuit. Multa profecto ex collapſis ædi
ficijs exedit vetuſtas Multa præterea demoliun-
tur homines ædificãdi gratia: vt quotidie cerni-
mus. Impacta illa foramina quę tum ĩ cõcauo for
nicum: tum in cõiuncturis marmorũ quadrato-
rumue lapidum videtur: non minus a romanis ꝗ
a barbaris auellẽdi æris cauſa crediderim. In for
nicibus enĩ quo leuior eſſet moles: ollas cum nu-
miſmatibus collocabant. Lapides vero quadra-
tos æneis clauis firmabant. Factum id quoq; a ro
manis dixi: ſi epirrhote: Dalmatæ: Pannonij, &
fex totius orbis terrarum huc miſſa Romani ap-
pellari poſſunt. Gregorius autem confirmata o-
mni ratione eccleſia dei: anno. xiij. Mẽſe. vi. die. x.
pontificatus ſui moritur: Phocæ vero imperato-
ris anno ſecundo: ſepeliturq; collachrymantibus
omnibus in baſilica petri ante ſecretariũ. iiij. idus
Martij. Eius vero in morte. Men. v. diebus vnde-
viginti. Sedes romana tum vacat.



SAbinianus cuius patria ignorat̃ ac meri
to quidem gregorio ſucceſſit: homo enĩ
obſcuro loco natus, obſcurior moribus:
reb⁹ geſtis gregorij viri ſctiſſimi aduer
ſatus eſt. Nã cum ſuo põtificatu fame laborare- Sabinianus gregorio infeſtus.
tur inſtarẽtq; pauperes vt pietatẽ gregorij elemo
ſynis imitaretur, nil aliud reſpõdebat, ꝗ̃ grego-
riũ popularẽ famã aucupantẽ patrimoniũ eccle-
ſiæ largitionibus diſſipaſſe. Paululum etiã abfuit
quin libri eius cõburerẽtur adeo in gregoriũ ira
& inuidia exarſerat homo maliuolus. Sũt qui ſcri
bãt Sabinianum inſtigãtibus quibuſdã Romanis
hoc ĩ gregorium molitũ eſſe: ꝙ veterum ſtatuas
tota vrbe dũ viueret: & obtruncauerit & diſiece
rit: quod qdẽ ita vero diſſonũ eſt: vt illud quod
de abolẽdis ędificijs maiorũ ĩ vita eius diximus.
Iacẽt ſtatuę tũ propter vetuſtatẽ collapſæ: tũ etiã
quia baſibus ſublatis vel æris vel marmorũ cau
ſa ſtare tãtæ moles non poterãt. Quod autẽ capi-
tibus careãt mirũ nequaq; videri debet: cũ ipius
ſtatuę caſu ea pars, vtpote fragilior & ad accipiẽ
dam læſionẽ paratior potiſſimũ frãgatur. Sed qd
ego has cõiecturas quæro? Videmus ſtatuas ex-
ciſis capitibus non diffractis iacere, quia facilius
eſt caput ſtatuæ ꝗ̃ totũ corpus deferri, quod ho-
die quoq; fit ab his præſertĩ qui antiquitatis ſtu-
dioſi ſunt. Non eſt igitur cur tantũ facinus Gre-
gorio obijciatur. Ad ſabinianum redeo. Cuius Sabiniani inſtituta.
hoc fuiſſe inſtitutũ ferũt, vt & horę in eccleſijs di
ſtinguerentur officij gratia, & accenſæ lampa-
des continuo retinerẽtur. Potiſſimum vero in ec
cleſia beati petri. Sunt qui ſcribãt phoca annuen-
te pacem tum cum longobardis ictam, reddita

non longe a Circomaximo in monaſterium re-
degit: quo in loco & hoſpites continuo accipiebat
& pauperes vndiq; confluentes: cibo & potu in
vita retinebat. Vir certe õni laude dignus: ſi vi-
tam, ſi mores, ſi doctrinam, ſi ſolertiam in rebus,
tum diuinis: tũ humanis inſpicis. Neq; eſt cur pa-
tiamur Gregorium hac in re a quibuſdam litte-
rarum ignaris potiſſimum carpi: ꝙ ſuo mandato
veterũ ædificia ſint dirupta: ne peregrini & ad-
uenæ (vt ipſi fingunt) ad vrbem religionis cauſa
venientes poſthabitis locis ſacris: arcus triũpha-
les & monumẽta veterum cum admiratione in-
ſpicerent. Abſit hæc calumnia a tanto pontifice
romano præſertim: cui certe poſt deum patria ꝙ̃
vita charior fuit. Multa profecto ex collapſis ædi-
ficijs exedit vetuſtas Multa præterea demoliun-
tur homines ædificãdi gratia: vt quotidie cerni-
mus. Impacta illa foramina quę tum ĩ cõcauo for-
nicum: tum in cõiuncturis marmorũ quadrato-
rumue lapidum vidẽtur: non minus a romanis ꝙ̃
a barbaris auellẽdi æris cauſa crediderim. In for-
nicibus enĩ quo leuior eſſet moles: ollas cum nu-
miſmatibus collocabant. Lapides vero quadra-
tos æneis clauis firmabant. Factum id quoq; a ro-
manis dixi: ſi epirrhote: Dalmatæ: Pannonij, &
fex totius orbis terrarum huc miſſa Romani ap-
pellari poſſunt. Gregorius autem confirmata o-
mni ratione eccleſia dei: anno. xiij. Mẽſe. vi. die. x.
pontificatus ſui moritur: Phocæ vero imperato-
ris anno ſecundo: ſepeliturq; collachrymantibus
omnibus in baſilica petri ante ſecretariũ. iiij. idus
Martij. Eius vero in morte. Men. v. diebus vnde-
viginti. Sedes romana tum vacat.



SAbinianus cuius patria ignoratᷣ ac meri-
to quidem gregorio ſucceſſit: homo enĩ
obſcuro loco natus, obſcurior moribus:
reb⁹ geſtis gregorij viri ſctĩſſimi aduer-
ſatus eſt. Nã cum ſuo põtificatu fame laborare- Sabinianus gregorio infeſtus.
tur inſtarẽtq; pauperes vt pietatẽ gregorij elemo-
ſynis imitaretur, nil aliud reſpõdebat, ꝙ̃ grego-
riũ popularẽ famã aucupantẽ patrimoniũ eccle-
ſiæ largitionibus diſſipaſſe. Paululum etiã abfuit
quin libri eius cõburerẽtur adeo in gregoriũ ira
& inuidia exarſerat homo maliuolus. Sũt qui ſcri-
bãt Sabinianum inſtigãtibus quibuſdã Romanis
hoc ĩ gregorium molitũ eſſe: ꝙ veterum ſtatuas
tota vrbe dũ viueret: & obtruncauerit & diſiece-
rit: quod qdẽ ita vero diſſonũ eſt: vt illud quod
de abolẽdis ędificijs maiorũ ĩ vita eius diximus.
Iacẽt ſtatuę tũ propter vetuſtatẽ collapſæ: tũ etiã
quia baſibus ſublatis vel æris vel marmorũ cau-
ſa ſtare tãtæ moles non poterãt. Quod autẽ capi-
tibus careãt mirũ nequaꝙ̃ videri debet: cũ ipſius
ſtatuę caſu ea pars, vtpote fragilior & ad accipiẽ-
dam læſionẽ paratior potiſſimũ frãgatur. Sed qd
ego has cõiecturas quæro? Videmus ſtatuas ex-
ciſis capitibus non diffractis iacere, quia facilius
eſt caput ſtatuæ ꝙ̃ totũ corpus deferri, quod ho-
die quoq; fit ab his præſertĩ qui antiquitatis ſtu-
dioſi ſunt. Non eſt igitur cur tantũ facinus Gre-
gorio obijciatur. Ad ſabinianum redeo. Cuius Sabiniani inſtituta.
hoc fuiſſe inſtitutũ ferũt, vt & horę in eccleſijs di-
ſtinguerentur officij gratia, & accenſæ lampa-
des continuo retinerẽtur. Potiſſimum vero in ec-
cleſia beati petri. Sunt qui ſcribãt phoca annuen-
te pacem tum cum longobardis ictam, reddita

Agilulpho eorū regi filia:quę in bello capta fue-
prodigia. rat. Tanta vero hoc tēpore apparuere prodigia
quanta nunquā antea:quibus certe futuræ cala-
mitates portendebantur. Nā & comites viſus eſt
Puer quadrupes naſcitur. perlucidus:& Bizantij puer quadrupes naſcitur.
Et apud Delon inſulā duo marina mōſtra omni-
no humanā ſpeciē habentia viſa ſunt. Sirenes for
Syrenes. taſſe fuere Acheloi filiæ vt aiunt poetæ: ꝙ ſi ita
fuiſſet.nequaquā pro monſtro habenda erant,cū
elementum aquæ animalia terreſtribus ſimilia in
omni ſpecie ꝑducat. Sunt qui ſcribāt tēpore ſabi
niani & ioannē patriarchā alexandrinum virum
pietate & doctrina inſignē: & latinianū epm car
thaginiēſem ioanni nequaquā diſſimilē: dignita
Seuerus. tem vtriuſq; eccleſię mirum immodū auxiſſe. Se-
uerus quoq; latiniani familiaris vir doctiſſimus
multatū in Vincentium Cęſarauguſtanum epm
ſcripſit:qui in Arrianū dogma declinauerat. Idē
quoq; de virginitate librū ad ſororē ſcripſit quē
aureolū appellauit. At ſabinianus cū annū vnū.
Menſes.v.dies.ix.in pontificatu ſediſſet moritur:
funuſq; eius a ſctō ioāne per portā aſinariā & pō-
tem miluiū ad baſilicā petri defertur. Vacat ſe-
des eius morte,menſes vndecim,dies ſex,&.xx.

Bonifacius. .III.

BOnifacius.iij.patria romanus:a Phoca im-
peratore obtinuit magna tn̄ contētione
vt ſedes bti petri apoſtoli: quæ caput eſt
omniū eccleſiarū:ita & diceretur & ha-
Cōtentio de ſede ſuprema eccleſiæ. beretur ab omnibus:quē quidē locū eccleſia con
ſtantinopolitana ſibi vendicare conabatur:fauē-
tibus interdū malis principibus affirmantibuſq;
eo loci primā ſedē eſſe debere: vbi imperij caput



eſſet. Affirmabant romani pōtifices vrbem Ro
mam vnde conſtātinopolim colonia deducta eſt
caput imperij merito habendam eſſe:cum etiam
græci ipſi literis ſuis principē ſuum τῶν ρωμαί-
ων αὐτοκρά τορα.id eſt,romanorum imperatorē
vocent,ipſiq; conſtantinopolitani etiā ætate no-
ſtra romæi non græci vocentur. Omitto ꝙ Pe-
trus apoſtolorū princeps ſucceſſoribus ſuis ponti
ficibus romanis regni celorū claues dederit,po-
teſtatemq; adeo ſibi conceſſam reliquerit:nō cō-
ſtantinopoli,ſed Romę illud tantum dico mul-
tos principes,maxime vero Conſtantinum com
parandę ſynodi ac diſſoluendę:cōfutandi vel cō
firmandi ea quæ in ſynodis decreta erant. Roma
næ ſedi tantūmodo conceſſiſſe. Merito igitur ſe- Sedes romana cęteris ꝑfert.
des romana cæteris antefertur,cuius integritate
& conſtantia cunctæ hereſes confutatę ſunt & ex
ploſæ. Idem quoq; Bonifacius inſtituit habita ſy-
nodo epiſcoporum.ij.&.lxx.preſbyterorū.xxx.
diaconorum trium,ne quis ſub anathemis culpa Contra ambitū.
in locum demortui pontificis aut epi ſubrogare
tur:niſi tertia ſaltem poſt obitum eius die, vtve
anathematizarentur qui largitione & gratia ad
pontificatū vel epiſcopatum aditum ſibi quere
rēt. Voluit itē electionē epiſcopi a clero pariter
& populo fieri:eamq; ita ratam fore,ſi a principe
ciuitatis approbata eſſet, & ſi ſummus pontifex
deniq; his verbis auctoritatem ſuam interpoſuiſ
ſet:volumus & iubemus. Sācta quippe inſtitutio
& per neceſſaria noſtris pręſertim tēporibus qui
bus in peius omnia dilabūtur. Eſt enim ſimile ve
ri clerū & populum ac principē ciuitatis:ſi libera
ſuffragia ſunt nō alium electuros: ꝗ qui merito

poſſit & debeat aliȷ̄s p̄eſſe, quod eſt ep̄i propriū,
vt vocabuli ethymologiā huic rei accōmodatā
reperamus. Licet reuera (pace bonorū dicā) mul
ti ep̄atū deſiderēt explēdæ auaritiæ & libidinis
ſuę cauſa, non quo cōi vtilitati, vt eorū expoſcit
officiū & nomē cōſulāt. Queritur em̄ q̄tum red
deat ep̄atus: nō q̄ oues paſcuę ī eo ſint, ſed de hiſ
ſatis. Ad bonifaciū redeo cuius cū vita: vt videt
etiā decreta extincta ſunt pōtificatus ſui mēſe n
no. Sepultus eſt aūt in baſilica Petri. vacat tum ſe
des men. vno. diebus. vi.

## Bonifacius .IIII.

Pantheon a bonifacio conſecratur.

Bonifacius. iiiȷ̄. natiōe Marſus, patria Va
leriēſis, patre Ioāne medico templū ſa
ctę Marię rotūdę, quod veteres pāthe
quia Cybeli & omnibus dȷ̄s commun
eſſet a phoca imperatore obtinuit, conſecrauitq
quarto idus Maȷ̄ in honorē beatę virginis oīm
martyrū eiectis prius gentiū ſimulachris luſtra
toq; tēplo. Vnde poſtea virgo ad martyres ap

Coſdra rex perſarum.

pellatū eſt. Hoc eodem tēpore Perſagæ rege Co
dra duce in romanas prouincias irrūpētes: ſup
rato Phocæ exercitu hieroſolymā occupant. Tē
pla xp̄ianorū, prophanant & diripiunt. Lignū d
minicæ crucis inde auferunt. Zachariam virū

Zacharias.

ſanctiſſimū eiuſdē ciuitatis patriarchā in captiu
tatem abducunt. Hanc ob rem ab oībus potiſſi
mum vero a ſenatu ſpretus Phocas ab Heracli
copiarū &. Aphricæ p̄uincię duce īperio ac vit

Cacamuſ bauarorū rex.

priuatur. Cacamus vero bauarorū rex per Pā
niā & illiricū in Italiā irrūpens: lōgobardorū r
ges ita ſuperat, vt paulū abfuerit quin prouinci
ipſam caperet, ita tn̄ forū iulȷ̄ p̄ditiōe Romild



eius amore captæ diripuit, vt vix ipſius prouin-
ciæ cernerētur veſtigia. Dū hęc in Italia ageren-
tur: Ioānes gerundēſis ep̄s religionē xp̄i prędica

Io. gerundenſis.

tione & ſcriptis vndiq; tuebatur. Hic enim gene-
re Gotthus in luſitania natus vbi ſapere aliquid
per etatem cepiſſet cōſtantinopolim proficiſcēs,
ita gręce & latinæ doctus inde diſceſſit, vt in Lu
ſitaniā rediēs Arrianā hæreſim quæ tum inua-
luerat facillime cōfutaret, hanc ob rem barchino
nā ab hæreticis relegatur. Verū poſtea mortuo
Lemūgildo rege, qui hęreticis fauebat, in patriā
rediens, & multa ſcripſit ad doctrinā noſtrā per-
tinentia, & monaſterium cōdidit, rōnēq; viuēdi
monachis cōſcripſit. Eutropius quoq; Valētinus

Eutropius epiſcopus

ep̄s hiſpanos doctrina & exēplo in fide continuit.

Colūbanus.

Præterea vero Colūbanus abbas vir ſanctiſſimus
genere Gotthus (vt quidam affirmāt) ex Scotia
in Burgundiam primo veniens. Lixonenſe mo-
naſterium egregiū id quidē extruxit, inde in Ita-
liā abiens apud Bobiū in Apēnino aliud mona-
ſteriū amplū ſane ædificat inter Hetruſcos Lygu
res & inſubres. His autē hac in re nequaq; cedēs
Bonifacius pontifex domum paternam in mona
ſterium redigit, fundoſq; ſuos monaſterio aſcri-
bit in monachorum vſum. Verum non ita mul-
to poſt diem extremum obiens, ſexto pontifica-
tus ſui anno, menſe. viiȷ̄. die. xiiȷ̄. quo quidē tem-
pore peſte fame & inundatione aquarū laboratū
eſt, ſepelitur in baſilica Petri. Vacat tū ſedes eius
morte. men. vȷ̄. die. v. &. xx.

## Deuſdedit .I.

Iſte conſtituit q̄ meretrices & criminoſi cōtra
ſymoniacos in teſtes recipi poſſent.

DEuſdedit patria Romanus, patre S
phano ſubdiaconus pontificatũ o
nium ſuffragijs adeptus, clerũ mir
immodum dilexit & auxit. Ferun
quidam hunc tantæ ſanctitatis fui
ſe, vt quẽdam obuium elephantiæ morbo labo
rantem, Oſculo ſuo lepra ſtatim liberauerit. Co
ſtituit autem vir optimus ne filius patrimi pue
lam e ſacro fonte a patre leuatam ducere in vx
rem poſſet. Eodem quoq; tempore Heraclius r
gno cõparato exercitu multas prouincias a Pe
ſis occupatas in poteſtatem ſuam redigit. Du
Perſarum ſingulari certamine ex æquo deturb
& interficit. Coſdroã regem perſarũ opprimi
filium eius captum & baptizatum in regnum p
ternum reſtituit. Perſidem ingreſſus: turrim C
droę theſauris plenam capit: quorum partem m
litibus tribuit, partem vero reparandis templ
quæ perſę dirripuerant & vaſtauerãt, deſigna
Ipſe præterea alia onuſtus pręda cum ſeptem e
phantis hieroſolymam rediens, crucem domi
a Perſis ablatam ſecum deferens eo loco repo
in quo antea fuerat. Captos a perſis in patriã re
mittit. Rediens deinde Cõſtantinopolim litter
& ocio delectatus ad aſtrologiam ſe cõtulit. So
roris tamẽ ſuæ filiam tantus imperator contr
ius faſq; in vxorẽ accipit, & vt ſceleri ſcelus ad
deret: quod fieri conſueuit, vbi quis in peiora l
bitur, ad Eutichianos tranſijt: eo potiſſimum te
pore quo Anaſtaſius perſa monachus ſub nomi
ne xp̄i a ſuis captus martyrium paſſus eſt, cuiu
reliquiæ poſtea Romam aduectæ ſunt, & in mo
naſterio beati Pauli repoſitæ ad aquas ſaluias v

Hic lepro ſum oſculo ſanauit

de hoc habetur ri. de cogna. ſpiri.

Crux xp̄i recuperatur.

Heraclius aſtrologiam diſcit.

Anaſtaſi9 martyr.



vulgo dicitur. Ferunt eodem tempore ſiſeburũ
Gotthorum regem plurimas Hiſpaniæ ciuitates,
quæ ad romanos defecerant in fidem recepiſſe,
Iudęoſq; omnes in regno depręhenſos grauiori-
bus ſupplicijs ad xp̄i fidem compuliſſe, rogatu
(vt aiunt) Heraclij qui in fatis habuerat, ſibi cauẽ
dum a circunciſis eſſe: cum tamen poſtea haud ſa
tis fati neceſſitatem circumſpiciens a ſaracenis cir-
cũciſionem obſeruantibus oppreſſus ſit. Agebã-
tur hæc in oriente: nec ſuis athletis pro fide chri-
ſti carebat occidens. Arnulphus enim Metenſis
epiſcopus conſilio & ſanctitate Dagobertũ fran
corum regem in officio continebat, adiuuante
amando traiectenſi ep̄o, viro quidem optimo:
& religiõis xp̄ianæ defenſore accerrimo. Hiſpa-
nus quoq; Iſodorus hiſpalenſis ep̄s Leandri ſuc-
ceſſor multa cum ſcripſit, quæ fidem xp̄ianã mi-
rifice iuuant. De ſummo enim bono de iuris illu
ſtribus, de vocabulis grammatices & æthymo-
logijs libros compoſuit. Hiſtoriam præterea ab
Adam vſq; ad tempora Heraclij, vitas quorũ-
dam ſanctorum, hiſtoriam Longobardorum, &
breuem quandam Coſmographiam ſtilo ſatis
eleganti ędidit. In eo homine pluris facienda eſt
certe ſanctitas q̃ eruditio. Sunt qui ſcribat Iſido-
rum Germanum fuiſſe quanq̃, Hiſpani hunc ſuũ
eſſe affirment: vtcũq; ſit ſatis conſtat, eum fuiſſe
quauis laude dignum ob doctrinam & ſanctita-
tem. Deuſdedit autem cuius tempora ad hæc e-
tiam. quæ diximus notiora fecere: & terremotus,
& ſcabies quędã ita ad Elephantiam tendens, vt
deformitate cognoſci homines non poſſent, mo
ritur pontificatus ſui anno. iij. die. iij. &. xx. ac ſe-

Iudęorũ afflictio.

Dagobertus.

Iſidori ſcripta.

pelitur in baſilica Petri.vi. Idus Nouembris eius
morte epatus.tum vacat mēſem vnū dies.xvi.

## Bonifacius .v.

Huius tēpore Alcharanus liber a Machometo
& tribus magiſtris ſuis ſcilicet Iudęo aſtrono-
mo, Io.anthiocho.Et Sergio arriano cōponit.

BOnifacius.v.natione cāpanus: patre Ioā
ne:eo tēpore pontificatus inijt:quo Eleu
therius patricius Romam ab Heraclio
miſſus,vindicata Ioannis hexarchi mor
te ſemetipſum regem Italiæ creat. At vero cum
Romam proficiſceretur a militibus ſuis necatur:
eiuſdem caput Conſtantinopolim mittitur. Hu-
ius in locum poſtea Ilatius patricius Conſtanti-
Theude-linde reli gio pia. nopolitanus Hexarchus ſuffectus eſt. At theude-
linda(vt diximꝰ)mortuo Adoaldo marito,vna
cum filio regnum longobardorum ſapienter &
integre gubernans,inter Longobardos & Italos
pacem decēnio continuit,eccleſias multas donis
& muneribus exornauit,fundos quocꝫ his adie-
cit,quorum prouentibus ſacerdotes vterentur,
Machometi origo. Anno vero.xij.heraclij machometus arabs (vt
quidam volūt)vt alij perſa, nobili genere natus,
patre qui deos gentium coleret: matre hebraica
his malielitici generis magnū in xp̄iano populo
excitauit incendium, & ita magnum vt verear
ne eius ſecta noſtra potiſſimum ætate reliquias
xp̄iani nominis penitus extinguat, adeo tepeſci
mus:& animo ac corpore languidi interitum no
ſtrum expectantes concidimus. Inualeſcit eius ſe
cta nunc multo magis q̄ꝫ antea. Nam tota Aſia
& Aphrica magnacꝫ pars Europæ mahometa-
nis principibus ſubiecta eſt. Inſtant nunc Thurci



terra ac mari:vt nos tancꝫ cuniculos,ex his Euro
pæ latebris eruant.Sedemus ocioſi, alter alterū
expectantes quaſi hoc malum vniuerſę reipub.
chriſtianæ non immineat.Expectant ſacerdotes,
vt a ſæcularibus hoc tm̄ bellum & tam neceſſa-
rium ſumatur.Expectant itē ſæculares,vt præſ-
byteri tuēdæ religiōis cauſa pecunias ī ſumptus
bellicos polliceantur & ſubminiſtrent,nec in pe-
iores vſus effundant quemadmodum facere plæ
ricꝫ conſueuere.pecunias elemoſynis & ſanguine
martyrum comparatas:in aurea & argentea va-
ſa & prægrandia quidem fundantes:parum de
futuro ſolliciti: dei quem tātum vtilitatis gratia
colūt & hominū cōtēptores. Ad machometum Machometi verſutia.
redeo virū adeo verſutū & acris ingenij:vt cum
inter xp̄ianos diu verſatus eſſet:omneſcꝫ omniū
qui ante fuere ſectas cognouiſſet: nouam quādā
ſuperſtitionem introduxit,vt videmus qua pro
pe noſtra religio extincta eſt. Auſus eſt etiam cō
parato ingenti Arabū exercitu fines romani im
perij turbare,cuius motus Heraclius cito cōpeſ-
cuit,ſollicitatis eius ad defectionē militibus pol-
licitationibus & p̄mijs. Bonifacius aūt pontifex
vir ſingularis humanitatis & clemētiæ, magna
in omnes benignitate, & grā vtens,nullū genus
officij quod bonū paſtorē deceret p̄termiſit. In-
ſtituit p̄terea ne qui ad eccleſias cōfugerēt, inde Inſtituta bonifacij
vi retraherētur,neue acholyti reliquias marty-
rum attrectarent,quod eſt p̄sbyteri aut ſubdia-
ni officiū.Mandauit item vt quouis in loco ſacri-
legi anathematizarentur,vt ve teſtamentū iuſſu
principis vnicꝫ valeret. Cœmiteriū autem bea-
ti Nicomedis fecit & dedicauit. In clericos ve-

Gallus

Euſtachi9

Alij Elidius.

ro integre viuentes vnice liberalis & munificus
fuit Gallus autem beati Columbani diſcipulus:
ita in occidente tum viuebat, vt etiã in vita ſan
cti nomen mereretur. Huius veſtigia ſecutus eſt
Euſtachius abbas ſecuta & ſancta aurea, in cuius
honorem beatus Eligius monaſterium virginũ
ædificauit. Ferunt etiam Baſilium quẽdam Iſo-
doro æqualem vita moribus & doctrina inſignẽ
tũ habitũ fuiſſe. Moritur autẽ Bonifacius põtifica
tus ſui anno .v. die .x. & in Baſilica Petri collachry
mãtibus omnibus ſepelitur. Eius autem in mor-
te die .xiij. ſedes tum vacat.

## Honorius .I.

HOnorius natione campanus, patre Pe-
tronio viro cõſulari, eo tempore pon-
tificatum inijt quo Theudelinda mori
tur, eiuſq; fili9 Adoaldus e regno deij
citur, ſuffecto in eius locum Arioaldo. Inſtabat
tum (vt dixi) Heraclius, qui de Perſis triumpha
uerat, vt omnes Iudęi imperio ſubiecti baptiza-
rentur. Hanc ob rem ſaraceni & Arabes arma ſu
mẽtes a natiuitate chriſti anno .Dc. tertio ac .xx.
heraclij duces ſuperarunt, vt hominem fœlicem
primo mox in fœliciſſimũ reddiderint. duce Ma
hometo: qui cum magnum ſe dei prophetam aſ-
ſereret, magicis artibus Aſianos & Aphricanos
deludens, ita populos quoſdam concitauit noua
a ſe religione imbutos, vt paulum abfuerit quin
omnino imperij nomen delerent: capta alexan-
dria: multiſque alijs Syriæ & Ciliciæ vrbibus.
Saracenos ſectatores ſuos habuit (a Sara abra-
hæ legitima vxore: ita appellatos) quaſi legi-
timos diuinæ profeſſionis ſucceſſores & hęredes

Arioaldus.

Mahometi perſecutio.



Secutus eſt homo calidiſſimi ingenij hac ĩ re Hie-
roboã exẽplum: qui tribui ſuæ alios colendi ritus
cõſcripſit ne vnquã iudęorum ĩperio ſubeſſent.
Idem poſtea fecere græci a catholicis diſſentiẽtes:
non ob religionẽ tãtummodo: ſed ob imperium:
cuius gratia Neſtorianorum Iacobitarũ & Ebio-
nitarum errores ſecuti ſunt. Verũ poſtremo hac
pertinacia eo deducti ſunt: vt vna cum religione
& ſecta imperium omnino amiſerint ĩ turpiſſimã
ſeruitutẽ redacti. Mahometus autẽ (vt ĩ Alcora-
no legitur) quo magis ſectatores ſuos a religione
chriſtiana ſeiũgeret hæreticos quoſdã ĩ cõponen-
dis legib9. maxime vero Neſtorianos ſecutus eſt,
multa hĩcĩde cõtra legẽ Moſeos & euangelij dei
aſtute colligẽs, ac in vnum quaſi corpus redigẽs.
Ferunt Heracliũ tum quidẽ deſperatiõe & Fœdẽ
pacem cum ſaracenis inijſſe, & Pyrrhi patriarchę
Cõſtantinopolitani & Cyri alexandrini epiſcopi
fraudibus deceptum, in hęreſim quoq; monothe
litarum incidiſſe, vnã tãtummodo voluntatẽ in
chriſto eſſe dicẽtium, vnde nomẽ accepere. Hos
tamẽ poſtea tãti erroris auctores hortãte Hono-
rio. & verum ante oculos litteris & nuncijs ponẽ-
te, relegauit Heraclius. Honoris autẽ a rebus ex-
ternis aliquãtulum quietis adeptus, doctrina mo
ribus ſanctiſſimis omnẽ prope clerũ renouauit.
baſilicã beati petri tegulis æneis ex ioue capito-
lino ſumptis cooperuit. Aedem Agnetis marty
ris via numẽtana, vt carmẽ ĩ apſide indicat, edẽ
Pãcratij via Aurelia reſtituit. Tẽpla quoq; Ana-
ſtaſij ad aquas ſaluias. Tẽplum .iiij. coronatorum
martyrum. Tẽplum beati Cyriaci via hoſtienſi
miliario ſeptimo. Tẽplum Seuerini apud vrbem

Secta mochometica.

Monothelitæ.

Honorij cõmendatio.

Tyburtinam magnificentiſſimis operis edifica-
uit:& argento auro porphyreticis & marmoreis
lapidibus in cruſtione parietum opere tectorio:
opere vermiculato exornauit. Reſtituit etiã cœ-
miterium Marcellini & Petri via lauicana. Eccle-
ſiam quoq; beatę Agnetis apud ſanctum Sylue-
ſtrum: eccleſiã beati Adriani in tribus foris hu-
ius mandato & impenſa ædificatas fuiſſe ſcribũt
nõnulli: vt vero vnoquoq; ſabbato a ſctõ apol-
linari ad diuum Petrum iretur cum litanijs pri-
mus inſtituit. Moritur autem vir ſanctiſſimus an-
no pontificatus ſui duodecimo. mẽſe vndecimo
die. xviij. ac in baſilica Petri ſepelitur. iiij. Idus o-
ctobris. Eius morte annum vnum. mẽſes. vij. dies
xiiij. ſedes interim vacat.

## Seuerinus. .I.

Huius tẽpore claruit pariſius ſctã Aurea. iij. mil
lium puellarũ abbatiſſa ſcti eligij diſcipula.

SEuerinus patria Romanus: patre la-
bieno: idemortui honorij locũ ſub-
rogatus: ab iſatio totius italiæ Hex-
archo in põtificatu cõfirmatur. Va-
na tũc habebatur cleri ac populi ele-
ctio: niſi id imperatores: aut eorũ Hexarchi con-
firmaſſent. Iſatius itaq; ob eam cauſam Romam
profectus, cum pontificem confirmaſſet: ne gra-
tuito tantum laboris ſuſcepiſſe videretur theſau
rum & ſacrarium baſilicæ Lateranẽſis adiuuan-
tibus Romanis quibuſdam ſpoliat reſiſtentibus
aliquãdiu fruſtra tamen ſacerdotibus tẽpli quo-
rum primates omnes poſtea in exilium miſit. In-
dignabatur enim iſatius eos tantum in theſauris
habere: neq; quicquam in vſus bellicos conferre,



præſertim cum milites inopia rerũ oĩm tũc labo
rarẽt. Huius prædę p̃tem militibus cõceſſit. p̃tem
ſecũ Rauẽnã detulit: reliquũ vero ad imperatorẽ
miſit. Saraceni autẽ quos p̃cio cõductos ab hera- Furor ſa-
clio diximus: cum eis auare malignęq; pacta mer racenorũ.
ces p̃ſolueretur: in Syriã profecti damaſcum im-
perio ſubiectã vi capiũt. Deinde vero cum reli-
quis Arabibus. qui domi remãſerant cõiuncti co
meatib⁹ & armis adiuti Machometi furore ĩcita-
ti, Phœniciã, Aegyptũ p̃uagati: reſiſtẽtes tũ ĩpe-
rio ſuo: tũ legi machometanę paſſim cędũt, ver-
ſi deinde ĩ perſas Ormiſda p̃ſarũ rege ĩterẽpto: Ormiſdæ
nõ prius vaſtãdi oĩa finẽ fecere, q̃ ſaracenorum interitus.
legem & imperium ſuſcipiunt. Verũ Heraclius
audita ſaracenorum licẽtia capta p̃ſertim Antio
chia: veritus ne hieroſolymã occuparẽt, crucem
domini cõſtantinopolim deferendam curauit: ne
iterum in Agarenorum manus deueniret. Aga- agareni.
renos enim græci arabas appellarunt ob ignomi
niã, quaſi ab agar ãcilla abrae ortos: neq; ita mul
to poſt hieroſolyma capta eſt. Machometo autẽ
(vt quidã ſcribũt) ad Mechã mortuo in principa-
tu calipha ſuccedit. poſt hunc hali quo quidẽ pul Calipha.
ſo: q̃ nimium ſuperſtitioſus eſſet alterum caliphã
ſibi ducem ægyptij creauere. Ferunt tum etiam: Mahome
ne quid calamitatis deeſſet: quod Romanũ vexa to ſucce-
ret imperium. Siſebutum Gotthorum regem o- dit.
mnes hiſpanię ciuitates Romanis ademiſſe: ac tũ
demũ romanos inperare ĩ hiſpania deſijſſe. Seue-
rinus autẽ põtifex vir ſingularis pietatis: & reli-
gionis amator pauperũ: ĩ calamitoſos benignus:
in omnes munificus ĩ reparandis tẽplis ſplendi-
dus: põtificatus ſui anno. i. mẽ. ij. moritur ac ſepe-

litur in baſilica petri.iiij.nonas auguſti. Vacat tū
ſedes men.iiij.dies vndetriginta.

## Ioannes. .IIII.

IOannes.iiij.natione Dalmata, patre
Venātio pōtificatū iniēs, ſtatim mi-
ra pietate vſus eſt. Ex reliquis enim
theſauris, quos iſatius apud latera-
nū reliquerat captiuos oēs quos po-
tuit iſtrios & dalmatas a captiuitate redemit. In-
Rhotaris arrianos fouet.
terea vero Rhotaris, qui Arialdo in lōgobardo-
rum regnum ſucceſſerat, licet iuſtitia & pietate
inſignia habitus ſit, ad Arrianos tamen declinat,
paſſuſq; eſt, vt eodē tēpore omnibus regni ſui ci-
uitatibus duo epiſcopi pari poteſtate praeeſſent.
Alter enī catholicus, alter Arrianus habebatur
Tāti praeterea ingenij fuit: vt leges quę ſola me-
moria & vſu retinebātur ī ſeriē quandā redege-
rit: codicemq; ipſum edictum appellari pręcepe-
rit. In re autē militari ita praeſtās fuit: vt hetruriā
omnem & Lyguriā cum hora maritima Maſſiliā
vſq; ī ſuā redegerit poteſtatē. Anno deinde ſexto
regni ſui moriens Rhodoaldo filio regnum reli-
Spoliatio ſepulchrorum.
quit. Ferunt ſacerdotē quendam rhotaris corpus
apud tēplum ioannis baptiſtę ſepultum noctu a-
perto tumulo ſpoliaſſe: ſolent enim p̄ciosa quędā
cum regū corporibus reponi. Hanc ob rem bea-
tus ioānes homini apparēs ei mortē interminatus
eſt: ſi deinceps tēplum ſuum ingrederetur. Huic
enim ſancto Rhotaris mirumimmodū in vita de-
ditus fuerat. Idē contigit tēporibus noſtris Alo-
uiſio cardinali patriarchae aquileiēſi. Eruto enim
ſepulchro ab his ſpoliat: quos ipſe ex infima ſorte
hominum ad dignitatem ſacerdotalē & melio-



rem fortunā erexerat. Rhodoaldus igitur regni
Rhodoaldus.
gubernacula ſuſpiciēs: Gundibergā reginę Theo
delindae filiā ī vxoram accipit: quae religionem
matris imitata: vt illa Modoeciae: ſic ipſa Tarra-
cinae ioānis baptiſtae tēplum aedificat: plurimoq;
auro & argento exornat. At Rhodoaldus ī adul-
Stipendia adulterorum.
terio deprehēſus: a marito adultere interficitur.
Huic autē ſucceſſit Aripertus Gundualdi filius:
Vheodelindae reginę frater: qui apud Ticinum
Ariptus.
ſaluatoris oraculum cōdidit: varijſq; ornamētis
inſigniuit: & fundis dotauit. ioānes autē pontifex
veritus ne corpora Vincētij & anaſtaſij aliquādo
Vicētij & anaſtaſij corpora romā deferūtur.
in manus barbarorum deuenirēt: vt Romāq; di-
ligētiſſimae ferrentur curauit, ac iuxta fontem la
teranēſem in oratorio btī ioānis baptiſtę magna
cum veneratione collocauit. Sunt qui ſcribāt hu-
ius pōtificis tēpore & vincentium beluacenſem
ep̄m: & Muardum archiep̄m Remēſem ſanctita-
te & doctrina in p̄cio fuiſſe. His addūt a Reginul-
pham galiam matronā genere & ſctītate inſignē
& Renaldum traiectenſem ep̄m vita & miraculis
Renaldus iudocus.
clarum. Iudocus quoq; his nequaq; inferior eſt ha
bitus: qui Britonū regis filius ſpreto regno cum
aliquādiu ī heremo vixiſſet tādem in pago pon-
tio moritur. Ioānes aūt pontificatus ſui anno pri-
mo. Menſe nono, die. ix. moriens in baſilica Petri
ſepelitur: quarto idus octobris. Vacat tum ſedes
menſem vnum: dies tredecim.

## Theodorus. .I.

THeodorus natione Graecus: patre Theo
doro epiſcopo hieroſolymis oriundo:
pontificatum iniens: omnia quae ad di-
gnitatem religionis chriſtianę pertine-

re arbitrabatur circũſpiciebat, vt bonum paſto-
rem decet: in oẽs, maxime autẽ erga pauperes mi
ra benignitate vtẽs. Interea vero Heraclius tri-
geſimo imperij ſui anno morbo ĩtercutineo pijt:
cum paulo ante Theodorũ cognomẽto Caliopã
mortuo iſatio hexarchum ĩ Italiã miſiſſet. In lo-

Cõſtantinus veneno necat.

cum vero demortui. Heraclij primo ſufficiẽ con-
ſtãtinus filius, qui quarto ſuſcepti imperij menſe
veneno opprimiẽ Martinę nouercę & heracleõis
inſidijs: quos quidẽ ad tm facin⁹ (vt aiũt) Pyrrh⁹

heracleõ.

pr̃iarcha ĩſtigauerat. Heracleõ itaq; mortuo fra-
tre ĩperiũ occupat: eo potiſſimũ tẽpore, quo Syr⁹
Sergius: & Pyrrhus, Acephalorũ hereſim inſtau-
rãtes: vnã opationẽ ĩ xp̃o hũanitatis, ſcilicet & di

Mors pyrrhi patriarchæ.

uinitatis: vnãq; volũtatẽ p̃dicabãt. Ex his aũt pyr
rhus audita heraclij morte redeũdi ĩ patriã tupi
dus: ex aphrica vbi exulabat romã veniẽs ac er-
rati veniã petẽs: nõ ex aĩo, ſed ficte a Theodoro
viuendi formã accepit: verũ prius vitã amiſit: q̃
tãto ſcelere queſitã dignitatẽ potuerit obtinere.
Senatus em̃ populuſq; cõſtãtinopolitanus cogni-
to ſcelere ĩ Martinã heracleonẽq; cõſurgẽs: cũ hũc
naſo illã lĩgua mutilatã relegaſſet: Pyrrhũ de fu
ga retractũ interficit. Conſtãtium vero cõſtãtini
dolo necati filiũ impatorẽ creat: in locũ aũt pyr-
rhi Paulũ ep̃m ſufficit quẽ Theodorus Põti. Ro.
dignitate priuauit: quia orthodoxæ fidei normã
& rationẽ ſuſcipere recuſabat: adiuuãte eius ſtul-
titiã cõſtãtio ĩ eãdẽ hæreſim ſtolide nimiũ ꝑla-

Primi & Feli. corpora adaptantur.

pſo. Cõuerſus deĩde ab hoc certamĩe põtifex ad
ornãda ſc̃tõrũ corpora, primi & Fœliciani marty
rum reliquias ex arenario viæ numẽtaneæ abla-
tas ĩ vrbẽ deferẽs: in baſilica Stephani ꝓthomar-



tyris in cœlio mõte collocat multis ornamẽtis: tũ
ex argẽto, tũ ex auro adhibitis. Idẽ quoq; baſilicã
ædificat via flãminia nõ lõge a põte miluio: & ſta
tim dedicat. Duo poſtremo oratoria: cõſtruxit &
ornauit, quorũ alterũ erat apud lateranẽſem ba-
ſilicã beato Sebaſtiano, alterũ vero via hoſtienſi:
Eupolo martyri dedicatũ. His ita cõſtãter & ſc̃tẽ
peractis: moritur põtificatus ſui anno. vi. Mẽſe. v.
die. xviij. ſepeliturq; in baſilica Petri pridiæ idus
Maij Epiſcopatus autẽ diebus. ij. & .I. tum vacat.

## Martinus. .I.

Iſte martinus inter beatiſſimos annumeratur
cuius celebris feſtiuitas. x. Nouembris die a-
gitur quo tempore hieroſolymis a Mahome-
tiſtis quibus hunarus pręerat direpta fuit quã
in loco antiqui templi annum eripit ſuperſti-
tioſum ablato pri⁹ triũpho ſanctiſſimę crucis.

MArtinus primus patria Tudertinus:
patre Fabricio, in Theodori locum
ſuffectus: legatos ſtatim conſtanti-
nopolim miſit: qui paulum adhor-
tarentur vt omiſſis erroribus ſuis
aliquando veritatis callem ingre-
deretur. Is autem non modo pontifici bene mo-
nẽti non obtẽperat: verũ etiã eius legatos cõſtan
tij auctoritate abuſus: in diuerſas inſulas relegat.
Quãobrem indignatus Martinus ſynodum cen-
tum & .I. ep̃orum Romæ habuit, in qua em̃ Cyri
alexãdrini Sergij ac pyrrhi damnationẽ renoua-
uit, & paulũ patriarcham omni anathematis vin
culo dãnatum. Interea vero dum hæc ita agerẽ-
tur: pax italiæ quæ inter romanos & longobar-
dos annis. xxx. durauerat: turbari iam cæpta eſt.

Longobardis omnia ad vtilitatē ſuam trahenti-
bus cōtra vero recuſantibus Romanis: quę præ-
Rhotaris. ter ius faſq; mādarētur. maxīe vero cum Rhota-
ris Arriana labę inquinatus: nullā fermę ciuitatē
haberet: cui non Arrianum pariter & catholicū
epiſcopū prępoſuiſſet. Hunc autē errorem emen-
dare conati theodorus & Martinus rē ſæpius fru
ſtra tentauerāt. Ob has igitur cauſas inſtante etiā
Theodoro italiæ hexarcho: bellum longobardis
indicitur. Non detrectarunt illi certamē: ad ſcul
Scultēna. tennam ſiquidē Mutinæ amnem acriter vtrinq;
pugnatum eſt: tādem vero Theodorus ſupera-
tus funditur & fugatur, quo quidē in p̄lio ex ſuis
ad ſeptē milia deſiderati ſunt. Rhotaris autē tāta
victoria elatus lyguriā omnem haud magno ne-
gocio breui in poteſtatē ſuā redigit. Interea vero
cōſtantius fortunā cum duce mutaturus: reuoca-
to Theodoro olympium hexarchū in italiā ſtati
mittit: qui primo quidem & Monothelitarū ſe-
Cōſpiratio ī martinum. ctā per omnem italiā ſpargeret: & Martinū ponti
ficem, aut īterficeret: aut captum ad ſe perducē-
dum curaret: At olympius Romā veniens, vbi
lictor re⁹ efficitur. iam ſynodus habebatur, cōtra hūc atq; alios orie
entalis eccleſiæ errores: cum virus cōceptū ſpar
gere nō poſſet: Lictorem ſuum īmiſit, qui Marti-
num in eccleſia ſanctæ Mariæ maioris caperet, &
ad ſe perduceret, vel ſaltem parere recuſantē in-
terficeret. Facturus mādata lictor dei miraculo
ſubita cęcitate corripitur, atq; ita diuinę maieſta-
tis nutu tātum diſcrimen tū Martinus euaſit. Hac
Sarraceni Rhodum aduenīūt. vero orientalis & occidentalis eccleſiæ diſcordia
fręti Saraceni, Alexādria cū ingenti claſſe ſoluē-
tes Rhodū p̄uenere, captaq; vrbe Coloſſum, fa-



ma celeberrimum demoliti ſunt: ex cuius ere no
ningētos camelos honuſtos ferunt. Erat enim ſe-
ptuaginta cubitorum: cuius auctor chares Lyſip
pi diſcipulus habitus eſt. Deinceps vero occupa
tis multis ægei maris inſulis in Syciliam nauigan
tes multa damna ſiculis ītulere: quoad olympius
Martini precibus motus, eos inſula depulit: nō ſi-
ne magna nauium militum ac ſui ipſius iactura.
Ibi enim morbo correptus moritur. Conſtantius
theodor⁹ caliopa vero tot calamitatibus nihilo melior factus The
odorū caliopam cum his mādatis iterum in Itali
am mittit: vt primo quoq; tempore. Martinū pō-
tificē ad ſe vinctū mitteret: eiq; rei ſocium addi-
dit paulū pellarium: qui tm̄ facinus curaret. Theo
dorus a Romanis perbenigne exceptus: cum ſa-
lutandi cauſa adire pōtificem ſimularet: homini
cathenas iniicit: eumq; conſtantinopolim mittit.
Vnde poſtea in cherſoneſum pōti exilij cauſa de
portatur vbi quondam beatus Clemens Roma-
marc. pō. captio et exilium nus præſul exulauerat. Martinus autem multis
calamitatibus circumuentus, ac inopia rerum o-
mnium preſſus tandem in exilio moritur, ponti
ficatus ſui anno. vi. menſe vno diebus ſex. &. xx.
Sedes autem Romæ. xiiij. Menſibus tum vacat,
quia nil certi de ſanctiſſimi viri morte habe-
batur.

Eugenius I

Hic ſtatuit ꝙ pręſbyteros diaco. & ſubdiaco.
perpetuam debere obſeruare caſtitatē, e cu-
ius dierum interſtitio Nauta quidam elemo
ſinam pauperi abnegās panem hac pena ple
ctus fuit vt eius panes in ſaxa (p̄ce pauperis)
conuerterentur.

EVgenius primus patria romanus: patre
Ruffiniano e celiomonte, Martino in
pontificatu ſucceſſit eodem ferme tem-
pore: quo petrus in locum Pauli hære-
tici conſtantinopoli ſufficitur. Hic enim & ſi me-
lius aliquantulum de religione ſenſit quam Pau
lus non tamen vſq; adeo eandem fidei normã te
nuit quã ſancta Romana eccleſia prędicat & ſer-
uat. Cuius quidem literę Romã miſſæ duas ope-
rationes & voluntates in chriſto negãtes ita ſunt
exploſę, vt clerus ipſe interdicere pontifici auſus
ſit: quominus in eccleſię ſanctæ mariæ maioris ſa
crificaret, niſi prius tã prophanas litteras reieciſ-
ſet. Interea vero Grimoaldus dux Beneuẽtanus

*Rhomoaldus.*

Rhomoaldo filio Beneuenti duce relicto, cũ in-
genti exercitu in Galliã ciſalpinam mouẽs: papia
partheritẽ Mediolano Gundibertũ Arithperiti
filios expulit. Quod vbi Clodoueus Francorum
rex intellexiſſet: caſum adoleſcẽtũ miſeratus ma
gnas copias ſtatim in italiam miſit: quę adoleſcẽ-
tes in regnũ paternum reſtituerent. In tranſpada
na regione pręliũ vtrinq; magna animorũ cõci-
ratione cõmittitur, cũ illi redire in ditionẽ pater-
nã: hi retinere bello partũ conarẽtur. Tandẽ ve-
ro ſe inclinante ad Grimoaldũ fortuna, fuſi ac fu
gati Galli italia expelluntur. Sunt tñ qui ſcribãt
Gallos hac ratione deceptos eſſe. Lõgobardi eñi

*Gallorũ voluptas*

ſimulata fuga caſtra rerũ omniũ copia ac vini pre
tiſſimum plena relinquẽtes, haud longe ĩ inſidiis
cõſtiterant. Galli vero caſtra ingrediẽtes rati ve-

*Bellorũ calamitas*

ram eſſe hoſtium fugam in omnem voluptatem
effunduntur: epulis & vino replentur quare ſu-

*Gallorũ clades.*

peruenientibus hoſtibus cũ ſomno etiam graua



ti paſſim veluti pecora ſine cuſtode iacerẽt: ita ab
hoſtibus cędantur, vt vix nũcius ſuperfuerit qui
tantã cladẽ clodoueo nũciaret. hac victoria fræ-
tus Grimoaldus oẽm prouinciã ſtatim in poteſta
tẽ ſuã redigit. Eugenius aũt põtifex, vir mirę pie
tatis, religionis, manſuetudinis, comitati, munifi
centię, pontificatus ſui anno ſecundo. menſe no-
no morit, ac in baſilica Petri ſepelitur. iiij. nonas
Iunij. Vacat tũ ſedes mẽſem vnũ, dies octo & .xx.

Vitalianus .I.

Hic cantum romanorum compoſuit & in
cytharizantibus organis concordauit.

VItalianus patria ſignus ex oppido
Volſcorũ pr̃e Anaſtaſio, eo tẽpore
pontificatũ inijt, quo cęſar ea perſa-

*Cæſarea regia chriſtiana efficitur.*

rũ regina neſciente marito cũ pau-
cis fidelibus cõſtantinopolim venit,
Anno. Dc.iij. ac. lxxx. Quę quidẽ ab imperatore
honorifice ſuſcepta non multo poſt characterem
baptiſmi ſuſcæpit; cuius rei cauſa profecto ve-
nerat. Hoc vbi intellexiſſet Perſarum rex, le-
gatos ſtatim conſtantinopoli mittit, qui vxo-
rem ab imperatore repetant. Reſpondet impe-
rator in arbitrio reginę eſſe ſtandi, vel diſce-
dendi: proinde eam ſciſcitentur. Interrogata
regina reſpondet ſe nunquam redituram in pa-
triam: niſi rex chriſtiani nomẽ ſuſciperet. qui ſta-
tim recognita cũ. xl. milibus hominũ cõſtãtinopo
lim pacato agmine veniẽs per benigne ab impe
ratore ſuſceptus vna cũ militibus ſuis baptizatus
in regnũ cũ vxore reuertitur. Poſtea vero Con-
ſtantius conſtãtino filio in partem imperij ſuſcæ-
pto: cõparata ingẽti claſſe conſtãtinopoli ſoluẽs,

Tarētum peruenit. Copias etiā terreſtres naui-
bus onerarijs ſecum vehēs. inde vero terreſtri iti
nere in ſamnium veniens: obcidere B ñuentum
inſtituerat. Verum vbi intellexit vrbem valido
pręſidio: multiſq; conmeatibus Romoaldi dili-
gentia munitā eſſe: luceriā mouens: vrbē vi ce-
pit ac direptā ſolo æquauit. Inde autē Acherōtiā
profectus cum vrbē munitiſſimā capere nō poſ-
ſet beneuentum oppugnare abortus ſtatim ob-
ſidionē ſoluit ꝙ intellexerat Grimoaldum prope
diē cū magnis copijs affuturum: vt filio Rhomo
aldo opē ferret. Neapolim igitur primo: mox Ro
mā inde cōſtantius petens: magna incommoda i
itinere paſſus eſt. Saburro autē ciue Romano cū
xx. millibus hominū apud phormias relicto: q ho
ſtes reprimeret tandē ad vrbē peruenit: prodeūte
obuiā pontifice cū clero & populo vſq; ad ſextū
lapidē honoris cauſa. Ductus per vrbē plaudēte
multitudine ad baſilicā Petri palliū auro intextū
ſancto obtulit. Interim vero Rhomoaldus patris
auxilio fretus Saburrū aggreditur & ſuperat: ac
plurimos grecos interficit. Hac deſperatiōe mo-
tus cōſtātius: qui ita poſtea ꝗ; vrbē ingreſſus ē die
ad direptionem cōuerſus. Omnes ſtatuas ex ære
& marmore adornatum vrbis locis inſignibus
poſitas: omnia eccleſiarum ornamenta paulo de-
centiora diſtrahit ac nauibus ad id ſubuectis im-
ponit: pluſq; ipſe ornamentorum ſeptem diebus
vrbem detraxit: quam barbari antea ducentis &
lviij. annis. Ne dicant maliuoli: & hiſtoriarū igna
ri Gregorij pontificis iuſſu comminutas eſſe ma-
iorum ſtatus & momimenta. Duodecimo autem
die roma in malam rem abiens: græculus nequā

Cōſtātius vrbē diri pit.



& perfidus Neapolim contendens: inde quoq; in
Sciliam proficiſcitur vbiq; tributa adeo acerbe
colligens: vt filij oberati a parentum complexi-
bus diuellerentur. Commoratus aliquamdiu in
Sicilia homo auariſſimus: dum Syracuſis in bal-
neo libidinibus vacat: a ſuis occiditur in eiuſq;
locum Mezentius: cuius fraude necatum putant
conſtantium imperator a militibus creatur. Ma-
gna fuit in hoc homine varietas: nam primo qui
dem vbi intellexit Vitalianum pontificatū inijſ-
ſe: nuncios miſit: qui ei ſuo nomine gratularētur
quiq; euāgelia aureis litteris ſcripta ac multis gē
mis ornata beato Petro cōdonarēt. Deinde vero
mutata ſentetia nec dijs nec hominibus pepcit: di
uina hamanaq; omnia confundens. At Vitalia-
nus cultui diuino intentus: & regulam eccleſia-
ſticam compoſuit & cantum ordinauit: adhibi-
tis ad conſonantiam (vt quidam volant) organis
Theodorum quoq; archiepm: & Hadrianum ab-
batem viros doctiſſimos atq; optimos in brita-
niam mittit (quam Angliam vocant) cum ma-
gna poteſtate ligandi & ſoluendi: quo britannos
in fide prędicationibus & exemplo continerent,
Fecere mandata: ac quidem diligenter viri op
timi. Librum præterea Theodorus ſcripſit quo
declarauit: qua pœnitētia dilui vnūquodq; pctm̄
poſſet. Sūt tn̄ q hoc opus Theodoro pōtifici aſcri-
bāt. Vitalianus aūt bene & ex ſentētia quantum
in eo fuit gubernata eccleſia: anno. xiiij. pontifica
tus ſui: menſe. vi. moritur ac ſepelitur in baſilica
Petri. vi. Kalen. Februarij. Epiſcopatus autem tū
vacat men. iiij. diebus. xv.

Angli p theodorū ī fide erudiūtur.

## Adeodatus .I.

Lup9 foroiuliano rum dux.

ADeodatus patria rõanus:patre Ioui
niano : ex monacho põtifex creatur
eo tẽpore potiſſimũ quo Lupus fo-
roiulianorũ dux regnũ Italię occu-
pare conatus eſt . Grimoaldus enim
(vt diximus)a filio Rhomoaldo duce Beneuen-
tano cõtra conſtantiũ imperatorẽ in auxiliũ acci
tus.Lupo (vt aiunt) regnũ & oues cõmendauit.
In hetruria eñ æmilia & tranſpadana Italia oĩa
tumultu lupus inuoluit.Hanc ob rẽ Grimoaldus
Bauaros duce cacãno in lupũ pecunijs & pollici-
tationibus mouet, qui primo cõgreſſu a lupo ſu-
perati ſunt. Verum ſequenti die pręliũ repeten-
tes lupũ ſuperant & obtruncant ac totum forum
Iulij diripiunt.Grimoaldus autẽ abeunte ex Ita-
lia conſtantio in Ciſalpinam rediens, Forum po-
pilij ſabbato ſancto aggreſſus: cęſis omnibus diri
puit ac ſolo æquauit. Propter iniuriam quã eo lo
cia Rauennatibus acceparat, cum in auxiliũ filij
proficiſceretur. Dũ vero arnefites lupi filius ad

Arnefites.

iuuantibus dalmatis ducatum paternum repetit
ad Natiſonem fluuium a Lõgobardis ſuperatus:
duce vectari vicentinorum comite cęditur, Opi-
tergini quoq; hanc calamitatem ſenſere. Domo
enim & patria pulſi ſunt:quia Arneficis ſtudioſi
erant. In Sicilia vero tum quoq; laboratum eſt,
eo enim ex omnibus prouincijs Romanis profecti
milites ſunt, ad opprimendum Mezentiũ, cuius
dolo Conſtantius interfectus fuerat quo ſubla-
to cũ oẽs paſſim dilaberentur, ſuperuenientibus
cum magna claſſe ſaracenis & ſyracuſę et tota in-
ſula occupatur . Vnde poſtea onuſti præda Ale
xandriã redeuntes: vrbis quo Romæ ea ornamẽ



ta ſecũ detulere:quę cõſtantius ſyracuſas aduexe
rat eo animo vt inde Conſtantinopolim traijce-
rentur. Indicabant profecto tot clades tot mala,
& ſtella crinita, quã græci cometẽ appellant:quę
tribus continuis mẽſibus apparuit, & pluuię ma-
gnę, ac frequentia tonitrua, qualia nunquã antea
fuere.Sed cęcũ eſt humanum genus:& ſi enim fu
tura pręuidet , non tñ vt deceret ſibi cauet.Fe-
runt autem his frequentibus pluuijs omnes ſege
tes conculcatas iterũ renatas eſſe, & ad maturam
frugem perueniſſe:in Ciſalpina potiſſimum. In-
terea vero adeodatus vir religione & omni co-
mitate preditus.in delinquentes clemens in pau
peres beneficus: in hoſpites benignus erga cala-
mitoſos miſericors, eccleſiam beat Petri via Por
tuenſi iuxta pontẽ Meruli.tum inſtaurauit ac de-
dicauit. Auxit & monaſteriũ ſancti Heraſmi in cę
lio mõte ędificijs & fundis:vbi ipſe monaſticã vi
tã duxerat. Supplicationes quoq; frequentes ha-
buit ad abolẽda ꝓdigia, quę diximus tũ apparuiſ
ſe.Demum vero pontificatus ſui anno.iiij.menſi-
bus.ij.die.v.vir ſanctiſſimus moritur, & ab om-
nibus fletus ad baſilicam Petri ſepelitur. vi. Ka-
len.Iulij. Vacat tũ ſedes.mẽ.quattuor dies.xv.

## Donus. .I.

DOnus pña romanus, patre Mauri
tio, eo tẽpore pontificatum inijt:
quo Grimoaldus Lõgobardorũ
rex morit. ix.die poſt Phleboto-
miã ĩ brachio factã, dũ arcu ĩ colũ
bã ſagittã acriter intẽdit, qđ fieri
nõ ſine magna neruorũ & venarũ
contentione ſolet: vnde ſanguis ſine vlla inter-

Mors grimoaldi.

miſſione prodijt. Fuere in hoc rege multæ præclare corporis & animi dotes. Tantum enim prudentia & conſilio valuit: non ſolum in rebus externis: verumetiam in domeſticis: vt quædam capitula ac quidem vtilia Rhotaris regis edicto addiderit: quę poſtea legis formam accepere. Fuit præterea medeocris ſtaturæ: corpore validus capite caluo prolixa barba: nec animo minus in rebus agendis quam corpore promptus. Sepultus eſt autem papiæ in baſilica beati Ambroſij: quam ipſe ſua impenſa ædificauerat. Pertaris autem Ariperti regis filius: quem pulſũ a Grimoaldo diximus: dum exul ex Gallia in Britanniam traijceret: incerta voce admonetur: vt mortuo Grimoaldo regnum paternum repetat: qua quidem voce permotus: licet incertus haberetur auctor: in Italiam rediens tertio menſe poſt Grimoaldi mortem: regno paterno ſine contentione potitus eſt. Eodem ferme tempore Dagobertus Francorum rex vir callidi & aſtuti ingenij: nec conſilio minus quam manu promptus moritur: cuius animam e manibus demonum lipare am inſulam prope attingẽtium liberatem ferunt. Dioniſij ac Mauricij martyris: ac etiã Martini cõfeſſoris auxilio quos ſemper dum vixit: vt patronos coluit: & templis honoratiores reddidit. Donus atem pontifex honori & cultui diuino conſulens veſtibulum beati Petri (quod paradiſum vocãt) quadriporticum marmoribus ſtrauit: ſublatis (vt arbitror) & illa priamide. quę in Vaticano eſt e regione molis Hadrianę. inſtaurauit præterea & reſtitutas dedicauit eccleſiã apoſtolorũ via Hoſtienſi: & eccleſiam beatæ Euphemiæ via appia:

Dagoberti mors & liberatio.



ſitam. Clerum quoq; diuerſis ordinibus diſtinxit & honoribus auxit. Monachos vero quoſdã Syros cum Neſtorianis ſentiẽtes in monaſterio Boetiano deprehenſos & caſtigatos: in varia monaſteria diuiſit. Boetianumq; Romanis incolendum tradidit. Præterea autẽ tantũ valuit doctrina & ſanctitate vitæ: vt Rauẽnatum eccleſiã a romana iampridẽ ſegregatam & ob eam rem Aliocephali appellatã: ſedi apoſtolicæ obtẽperãtem reddiderit. Theodoro eiuſdem eccleſiæ præſide in hãc opinionẽ deſcẽdente. Sunt etiã qui ſcribant huius tẽporibus & proiectum epiſcopum in agro cameraceſi ob fidem martyrij pœnã xp̃i & gloriã ſubiiſſe: & mezelindim fœminam incõparabilis pudicitiæ tum habitam: quæ ab Ardenio amatore petita: & varijs cruciatibus affecta: etiã pro perſecutore ob crimen dei nutu occæcato ita orauit: vt eius p̃cibus hõmini ſceleſto: & intẽperanti lux eadem ſit reddita. At Donus põtificatus ſui anno. v. menſe. v. die. x. moritur ac ſepelitur ad baſilicã Petri apoſtoli. iij. Idus Aprilis: cuius in morte epiſcopatus. vacat mẽſibus duob⁹. dieb⁹. xvi.

Aliocephalis eccleſia.

Rauẽnas ꝓiectus.

Mezelin⁹.

## Agatho. .I.

Quidam poſt hunc immatriculant bonifacium vi. qui dicitur perfeciſſe paradiſum apud ſanctum petrũ qui vixit annis. iiij. men. ij.

AGatho natione ſiculus patre Pannonio Anno dñi. Dcc. ij. ex monacho põtifex creatur: vir certe tãtæ ſanctitatis vt leproſum obuium factũ oſculo ſuo ſtatim liberauerit. Tãtæ p̃terea manſuetudinis & humanitatis fuit: vt neminẽ a ſe vnquã

Leproſus oſculo agathonis ſanatur.

triſtē dimiſerit. Nactus itaqꝫ imperatorē morbus
ſuis haud quaquā diſſimilē monothelittarū cau-
ſa cōcilium habere cōſtituit, Expectauitqꝫ donec
cōſtantinus a bello in patriā rediret, qui ſarace-
**Bulgari.** nos a ſe victos imperio romano vectigales reddi
dit. At vero cum Bulgari ex Scythia venientes,
Thraciā tum iuaſiſſent, eorūqꝫ īpetum retardare
imperator conaretur ab hoſtibus, Pānoniā interī
& Meſſiā ingēti clade ſuperatur. Hāc ob rem pa-
cem nō æquis cōditionibus inire neceſſe fuit, Pā-
nonia ſiquidē & Meſſia his ad incolēdum cōceſſa
eſt nō ſine magno reip. xp̄ianę emolumēto & cō-
modo. li. n. tanq̄ propugnatores noſtri bellum iā
Dcc. & lxx. annis cōtra Thurcos xp̄iani nominis
hoſtes aſſidue gerūt. Pace itaqꝫ hac rōe parta aga
tho pōtifex ſtatim legatos cōſtantinopolim mit
tit, Ioannē portuēſem ep̄m, & ioannē romanę ec-
cleſiæ diaconū. Hos per benigne ſuſceptos mira
charitate Cōſtantinus adhortatus eſt, vt omiſſis
cauillationibus & ſophiſticis altercationibus ex
æquo & bono omni cōtrouerſia ſublata duas ec-
cleſias vnā tandem facerēt. Aderant in ea ſyno-
do. cc. & lxxxix. ep̄i. Delati in mediū ſunt īperato
ris iuſſu e bibliotheca Cōſtantinopolitana libri,
vnde antiquorū patrū ſentētiæ & decreta perle-
gerētur. Inuertebāt veras maiorū ſentētias Gre-
gorius patriarcha conſtātinopolitanus & Macha
rius Antiochenus, vnā tm̄ voluntatem & opera
tionē in xp̄o eſſe diiudicātes. Verum cum ortho
doxi rōibus & auctoritatibus inſtarēt, ac Grego
rium in verā ſentētiā deduxiſſent, Machariū per-
tinacem anathematizāt eiuſqꝫ ſectatores, & Theo
phanium abbatem vera ſentientem in locū Ma-



charij Antiochenum ep̄m creāt. Hac autem re ex
ſententia fœliciter geſta: vt deo gratiæ agerētur
ꝙ vtrāqꝫ eccleſiā vnā feciſſet ſententia & animis
Ioannes epiſcopus portuenſis octaua paſchæ co-
ram principe ac patriarcha: corāqꝫ populo cōſtan
tinopolitano in baſilica ſanctæ Sophiæ miſſam la
tine celebrat: approbātibus omnibus qui tū ade-
rant verum eſſe ac ſanctum illum ſacrificādi mo
re: & qui aliter ſentiunt a recto & honeſto diſce-
dere. Hæc eſt autē ſexta vniuerſalis ſynodus. cc. **ſexta vni**
& lxxxix. epiſcoporum Conſtantinopoli habita, **uerſalis**
qua Cyrilli, Athanaſij, Baſilij, Gregorij, Diony- **Synodus.**
ſij, Hilarij, Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi: ſen
tentia cōcluſum eſt, duas naturas & operationes ī
xp̄o eſſe exploſaqꝫ illorū pertinacia, qui vnicam
eſſe in dn̄o voluntatem dicerent: vnde monothe
lithæ vocati ſunt. Prima. n. ſynodus. ccc. & xviij. **De ſctiſſi**
patrum (vt antea diximus) Niceæ habita eſt: pon **mis Syno**
tifice Iulio ac cōſtantino principe cōtra Arrium **dis.**
qui diuerſas in trinitate ſubſtantias ponebat. Se- **Secunda.**
cunda Conſtantinopoli. c. & l. patrum. Gratiani
principis: & Damaſij papæ temporibus cōtra Ma
cedonium & eudoxum negantes deum eſſe ſpiri
tum ſanctum: Tertia ī epheſo. cc. patrum magno **Tertia.**
Theodoxio principe: & pontifice Celeſtino con-
tra Neſtorium Cōſtantinopolitanū epiſcopum,
qui virginē non dei, ſed hominis tantū genitricē
appellauit: quiqꝫ aliā perſonā carnis: aliā faceret
diuinitatis, & ſeiunctim alterū eſſe filiū dei: alterū
hominis p̄dicaret. Quarta calcedonię, quæ vrbs **Quarta.**
e regiōe byzātij eſt. Dc. & xxx. patrū Leone pō-
tifice: & Martiniano principe cōtra Euthicē con-
ſtantinopolitanum abbatē: qui aſſerere non du-

bitabat chriſtum poſt humanam aſſumptionem
non ex duabus naturis conſiſtere:ſed ſola diuina
cõtentum eſſe. Quinta Conſtantinopoli contra
Theodorum & hæreticos omnes qui Mariã vir-
ginem ſolum hominem peperiſſe dicebant:non
deum & hominẽ:qua in ſynodo conſtitutum eſt:
vt beata Virgo Theotocos diceretur: quia vere
deum & hominẽ pepererat. De ſexta ſynodo ſa-
tis ſuperius diximus : in qua etiã plurimum va-
luere litterę Damiani epĩ ticinẽſis Mãſueti archi-
epiſcopi mediolanẽſis nomine miſſæ quibus hæc
potiſſimum iuuerãt. Hæc eſt vera dei & hominis
fides:vt duæ credãtur in deo volũtates:duæ ope-
rationes. Ego inquit quãtum ad diuinitatẽ & pa-
ter vnum ſumus, quantum vero ad humanita-
tem pertinet:pater maior me eſt. Præterea vero
ſecundum humanitatẽ eum in naui dormientem
cernis ſi diuinitatem inſpicis: ventis & mari im-
perat. Agatho vero cuius tempore poſt lunæ ac
ſolis eclypſim peſte ac grauiſſima quidem labo-
ratum eſt. Pontificatus ſui anno.ij. menſe.vi.die
xv. moritur ac ſepelitur apud ſanctum petrum
iiij. Idus Ianuarij. cuius morte annũ vnum. men-
ſes.v. ſedes tum vacat.

## Leo. II.

Leo cãtũ adaptauit.

LEo ſecundus natione Siculus:patre pau-
lo:vir doctiſſimus fuit latine ac græce,
vt eius ſcripta indicant. Præterea vero
adeo muſices pitus eſt habitus, vt pſal-
modiam compoſuerit, hymnoſq; ad meliorem
concentum redegerit: artẽ exercitatione confir-
mans. Idem quoq; inſtituit:vt in celebratiõe pax
populo daretur. Sextam vero ſynodum (de qua

Oſculum pacis inſtitutio.



in Agathone Diximus (ita ſuſcepit:vt eoſdẽ ana-
thematizauerit, quos ſctã ſynodus pręſente con-
ſtantino dãnauerat. Contudit etiã ſuperbiã prę-
ſulum Rauennatum. Quod agatho inchoauerat.
Inſtituit enim ne electio cleri Rauennatis valeret
niſi eadem romanæ ſedis auctoritate confirmata
fuiſſet. Antea vero hexarcorum potẽtia freti di-
uina atq; humana oĩa pro arbitrio animi miſce-
bant, nemini obtẽperantes: quaſi Romanis ponti-
ficib⁹ pares, Leonis quoq; inſtitutum eſt: ac qui-
dem ſanctum. Quod vtinam hodie obſeruare-
tur: ne ad archiepiſcopatum aſſumptus pro vſu
pallij: aliorumue officiorum quicquam eccleſiæ
perſolueret. Cum ex hac largitiõe multa quotti-
die mala orirentur Agebantur hæc a Leone: cũ
Rhomoaldus dux Beneuẽtanus comparato ma-
gno exercitu Tarentum: Brunduſium, ac totam
apuliam occupat, eiuſq; vxor Theodata: mulier
pientiſſima ex his manubijs nõ longe a Beneuen-
to baſilicam in honorem beati petri ędificat: adi-
to ſacrarum virginum Cenobio. Moritur deĩde
Rhomoaldus cui grimoaldus filius ſine ſtirpe vi-
rili ſuccedens Giſulpho fratri ducatum reliquit.
At Leo in quo pręter doctrinã & eloquẽtiam ſin-
gularis religio mira pietas, clemẽtia fuit: quinq;
oẽs verbis & exẽplo ad iuſtitiã & fortitudinẽ: hu-
manitatẽ benignitatẽ adhortabat: põtificatus ſui
mẽſe decimo. moritur ſepeliturq; collachrymã-
tibus omnibus tanquam publico parente orba-
tis: ab baſilicã petri. iiij. kalẽd. Iulij. Poſt eius mor-
tem menſibus. xi. diebus vno &. xx. epiſcopatus
vacat. Breuis fuit huius ſanctiſſimi viri pontifi-
catus: ſed gloria: tanta vt diutius vixiſſæ appa-

Supbia rauẽnatum.

Rhomoaldus.

Feſti iſti⁹ ſolẽnitas Iulij celebratur.

creat, cum eius nomen omnium laudibus merito celebretur.

## Benedictus. .II.

BEnedictus Iunior patria romanus: patre Ioãne: ab ineunte ætate xp̄o militãs, diuinę ſcripturæ ita operã dedit vt doctrina & exercitatiõe ĩ rebus diuinis ſingularis cum haberetur. Addo eius humanitatẽ pietatem: gratiã ĩ oẽs, maxime vero erga pauperes: quibus virtutibus hominũ corda ita ſibi deuinxit: vt tum vnus haberetur, qui omniũ ſuffragijs in locum demortui Leonis merito ſubrogaretur. Adhuc aũt Conſtãtinus imperator hominis ſctitate permotus, ſanctionẽ miſit: vt deinceps quẽ clerus populus exercituſq; romanus in põtificẽ delegiſſet eundem ſtatim verũ xp̄i vicariũ eſſe oẽs crederent, nulla aut cõſtantinopolitani principis: aut italiæ hexarchi expectata auctoritate, vt antea fieri cõſueuerat. Id eñ ratũ erat ĩ creãdo pontifice quod princeps cõfirmaſſet, vel qui eius vices in italia gerebat. Pertharis vero lõgobardorum rex, religionẽ benedicti, & pietatem imitatus: monaſteriũ papię ĩ honorẽ ſctẽ Agathę ædificat. Eius aũt vxor Rhodelinda viri exẽplo permota, extra mœnia Ticinẽſiũ baſilicã beatę virgini extruit: quæ ad pticas dicitur. Hoc autẽ fecere æmulatiõe moti: q̄ intellexerãt bñdictũ pontificẽ Romę btĩ petri apoſtoli: Laurẽtij martyris in lucida beati Valentiniani via flamminia: virginis genitricis ad martyres tẽpla magnis ſumptibus reſtituiſſe: eadẽq; ophitico & porphyretico lapide ĩcruſtatiõe parietẽ ope tectorio & vermiculato: argẽteis atq; aureis vaſis, veſtibus in

Sãctio in eligendo põtifice.

Pertharis religio.



auratis & holoſericis exornaſſe. Erat & Parthari in aĩo maiora tẽpla extruere: ſed eũ retraxit Alalchis lõgobardus Tridẽtinus dux, q elatus victoria quod bauaros ingẽti clade ſupaſſet: ĩ regẽ ſuũ arma mouet. Verũ pertharis cõparato exercitu hominẽ primo ĩpetu fundit ac fugat: clauſum tridẽti aliquãdiu obſidet: quo quidẽ noctu fuga ĩde abeũte tridẽto potit̃. Tãta præterea pertharis regis clemẽtia fuit: vt & hominẽ ad ſe redeuntẽ in gratiã receperit & eũ brixianorũ ducẽ creauerit. Sunt qui ſcribãt benedicti tẽporibus ſtellã iuxta vergilias per aliquot dies & noctes apparuiſſe ſereno cœlo inter natalẽ dñi & epiphaniã. Stellam ipſam apparuiſſe nõ negauerim, & quidẽ crinitã, atq; aliquid protẽdentẽ. Sed de ortu Vergiliarũ non coheret, niſi id quoq; prodigioſe factũ arbitremur Aequinoctio eñ verno oriũtur vergilię: cũ ſol arietis ſignũ ingredit̃ quod fieri conſueuit ix. kal. Aprilis occidereq; ĩcipiũt æquinoctio autũnali, q̄ aũt ex Veſeuo mõte cãpanię tãtus ignis tũ eruperit, vt loca circũ quaq; poſita exuſta ſint, minus mirum videtur cum Plinius ille, qui naturalem hiſtoriã ſcripſit: ex claſſe cui tum iuſſu traiani præerat, ad viſandũ ſpectaculum profectus cõſumptus ĩcendio dicat. Vtcũq; ſit cõſtat tamẽ non ita multo poſt cędes, rapinas, incẽdia, mortes principum ſubſecutas eſſe, maxime vero Benedicti põtificis, qui vt æque omnibus in vita carus fuit, ita poſt mortẽ ab omnibus vt ſanctus, & bene de humano genere meritus celebratur. Morit̃ aũt põtificatus ſui mẽ. decimo, die. xij. ſepeliturq; apud beatũ Petrũ idus Maij. Eius autem in morte ſedes vacat menſibus duobus diebus. xv.

Alalchis audacia ĩ regẽ ſuũ.

Dux Brixianus.

Vergiliæ q̄n oriant̃

IOannes quintus natione ſyrus, pa-
tria antiochenꝰ, patre Kyriaco: pō-
tifex creatur eo ferme tēpore: quo
imperator conſtantinus.xvij. impe
rij ſui anno moritur: filio Iuſtiniano
ſecundo imperio relicto: qua quidem tempeſta-
te ſaraceni lybiam & aphricam īuaſere, omniaqꝫ
mari expoſita haud magno negocio occuparūt.
Verum Iuſtinianus confirmato aliqua ex parte
imperio cōparatoqꝫ ſatis magno exercitu in ſara
cenos mouēs, eorum duci Abimelech (quem ad-
miratum vocāt) tātum terroris incuſſit vt vltro
pacē petierit: atqꝫ aphricā reſtituerit. Sunt qui ſcri
bant pacem in decennium his conceſſam hac cō-
ditione tamen, vt mille nummos aureos ſeruum
vnum ex gēte ſua equo inſedentem romano im-
peratori ſingulis diebus penderent. Ioannes itaqꝫ
vir ſingularis religionis & manſuetudinis, vno
omnium conſenſu pontifex creatus in eccleſia ſal
uatoris: quæ cōſtantiniana appellatur ad latera-
num ea ratione, qua Leo.ij. conſecratur a tribus
ep̄is. Hoſtienſi Portuenſi, & Veliterno, quē qui-
dem morē poſteri deinceps tenuere. Huius pon-
tificatum celebrem etiā fecere & fœlix Flauiani
patruus, vir tātæ integritatis & doctrinæ: vt cō-
diperthus Arithperti filius lōgobardorum rex
ei baculum argēto & auro inſignitū virtutis gra
tia dono dederit: & Ioānes pergomatum ep̄s, cui
ob ſanctitatē & doctrinam reges etiam & princi
pes honoris gratia aſſurgere conſueuerant. Ioan-
nes autē & antea & in pōtificatu valitudinarius:
cum libellum de pallij dignitate cōpoſuiſſet: pō-
tificatus ſui anno primo moritur. ſepeliturqꝫ ad

Iuſtinianus.

Lybia & africa ab agarenis īuaditur.

Abimelech.

Ioannis cōmēda.

Cōſecratores pontificum.



ſanctum Petrum.iiij.nonas Auguſti: eius in mor-
te ſedes vacat mēſibus duobus: diebus.xix.

Conon. .I.

COnon Tracia oriūdus, in Sicilia edu
catus, inde romanę eccl'ię militās: ex
p̄ſbytero pōtifex creatur. Nā dū Ro
mani Petrū archiep̄m, exercitus ve-
ro Theodorū p̄ſbyterū in ioānis de-
mortui locū ſufficere conarent: tandē poſt longā
altercationē in hanc ſententiā venere omnes nu-
tu diuino impulſi: vt cononē eligerēt, virū certe
tanto pricipatu dignū ſi animi dotes, ſi corporis
inſpicimus. Erat enim moribus literatura, pietate
religione, dignitatis ſpecie inſignis, quem non-
nulli angelicū ob venerandā caniciem & digni-
tatem formæ appellarunt, animi ſimplicis & inte
gri: modeſtię & iuſtitię ſingularis, cōſtātię & pru
dētię pluſquā humanæ ſemper eſt habitus. Hanc
ob rem e veſtigio omnes: ad quos pertinebat cū
cōfirmarunt, cum maxima acclamatione laudū
ſuarum. Idē fecit Theodorus hexarchus Rauēnas
cui quidem in magiſtratu mortuo non ita multo
poſt Ioānes Platyna in hexarchatu ſucceſſit, hunc
ego crediderim dediſſe nomen meo natali ſolo,
quod Platina appellatur in agro Cremonenſi po
ſitum. Nam cum inter hexarchos & longobardo
rū reges frequētia bella cōmitteretur haud diſ-
ſonum vero fit, cum ille locus prope medius in-
ter Rauennam & papiā ſit, quarū altera longobar
dorum, altera hexarchi ſedes haberetur, ibidem
aliquando vel pugnatum eſſe vel caſtra habita:
quibus ex rebus locis ipſis plerūqꝫ nomina indita
legimus, vt in eodē agro vitellianā oppidū a vi-

Laus Cononis.

Ioannes Platina ex agro cremonēſi.

tellianis caſtris, & vicũ bebrignanũ nõ lõge a Be
briaco otonis clade inſignẽ videmus. Ad cono-
nem redeo, qui poſt initũ pontificatũ ſtatim inva
Pãſcalis. litudinẽ incidit: vñ Paſcalis archipſbyter, ac the-
ſauri pontificij diſpenſator regnãdi cupidus, Ioan
nẽ hexarchũ pecunia ſollicitat, vt eius ſuffragijs
poſt mortẽ Cononis põtificatus ſibi decernatur.
Accepit pecuniã hexarchus, quãq; nihil eorũ q̃ ꝓ-
miſerat deiceps prẹſtiterit. Nõ erat certe alio ꝓ-
hemio q̃; fruſtratiõe dignus homo auarus, & im-
perãdi cupidus, qui theſaurũ eccleſie quẽ mãdato
cononis: tũ in eleemoſynas pauperũ, tũ in reſtitu-
tionẽ tẽplorũ erogare debuerat in largitionẽ ef-
fuderit, quo nihil põt eſſe in viro prẹſertim eccle
Gubertũ. ſiaſtico deteſtabilius. Hec nõ feciſſet Gubertꝰ eṗs
Britãnus vir ea tẽpeſtate doctrina & integritate
Leodegarius. vitẹ inſignis nõ Leodegarius martyr eṗs Augu-
ſtudinẽſis qui Theodorici frãcorũ regis iuſſu in-
terfectus eſt q̃ eũ perſẹpe tyrãnidis arguerit. Nõ
Audoenus Rhothomagẽſis archieṗs doctrina &
ſanctitate nulli ſecundus. Ii. enim in ambitione &
auaritia, ſed in deo & doctrina ſpẽ oẽm ſuã collo-
carunt, vñ poſtea cõdignã: cũ apud deũ, tũ apud
hoĩes accepere mercedẽ fœlicitatis ẹternẹ ac glo
riẹ. Moritur aũt Conon põtificatus ſui Mẽ. xi. die
iij. ſepeliturq; ad ſctm̃ Petrũ. xi. Kal. octo. vacat tũ
ſedes Men. ij. diebus. iij. & xx.

Sergius .I.

SErgius natione Syrus, patria Antio
chenus: patre Tyberio, Adeodati
pontificis tempore Romam veniẽs
in clerum Romanum aſciſcitur De-
inde vero ob eius doctrinam & di-
ligẽtiam circa myſteria ac rem diuinam: per or-



dines conſcendens ſanctæ Suſanẹ ad duas domos
preſbyter cum titulo eius loci creatur. Frequen-
tare tum magis atq; magis cœmiteria cœpit, eiſ-
demq; in locis ſolemnia celebraret, qua ex re tan-
tum ſibi nominis comparauit, vt defuncto cono-
ne in eius locum ſuffectus ſit. non ſine altercatio-
ne tamẽ Populus enim robifariam diuiſus, hinc
Theodorũ hinc Paſcalem archidiaconũ petebat. Seditio.
irruperat iam Theodorus cũ factione ſua inte-
riorẽ partẽ epiſcopatus lateranẽſis, exteriora ve-
ro paſcalis occupauerat ab oratorio ſancti Sylue
ſtri vſq; ad baſilicã domus Iuliẹ: quẹ cãpo immi-
net. Verũ cũ ibi tanta altercatio & rixa eſſet, vt
de pugna non ambigeretur, cũ alter alteri ceſſu-
rus non videretur, niſi vi & armis pulſus, princi-
pes ciuitatis cleri militiẹq; Romanẹ vnũ in locum
ſecedẽtes, quid maxime fieri oporteret ad tollẽ-
dam ſeditionẽ cõſultãt. Tandem vero re ipſa di-
ſcuſſa cum neutri eorum qui ob ambitionem tã-
tos motus concitauerat demandandum pontifi-
catum cenſerẽt, dei nutu nemine aduerſante Ser-
gium pontificem deligũt, eundẽq; e media turba
humeris tollentes primo in oraculũ Cẹſarij mar
tyris, mox in lateranẽſem eṗatũ detulerũt refra-
ctis vi foribus, repulſiſq; his qui locũ occupaue-
rant: At vero Theodorus cognito oĩm conſenſu:
Sergiũ põtificẽ ſalutat & oſculatur. Idẽ fecit pa- Theodorus.
ſcalis alter cõpetitor, licet inuitus cogẽre multitu
dine, quẹ armis circũſtrepebat. Hic tñ clãculum
ioannẽ Platinã hexarchũ Rauẽnatã literis nũcijs
& pollicitationibus adeo cõcitauit, vt quẹ antea
pollicitus erat, largitione corruptus tandẽ prẹſta
ret, vt idem ioãnes Romã confeſtim venerit nul-

lis præmiſſis nuncijs, quo negligentes & incautos
opprimeret. Verū vbi intellexit Sergiū oīm cō-
ſenſu pontificē declaratū, inſtaretq; vt quę paſca
lis pollicitus erat ſibi pręſtarētur, aduerſante Ser
gio, ꝙ tātā largitionē improbaret donaria quę-
dā ex baſilica Petri ſubſtulit. Verū Paſcalis tanti
Paſcalis magicus. mali cauſa magices accuſatus & cōuictus, vt Sor-
tilegus archidiaconatu priuatur, in monaſteriūq;
penitētię cauſa retruditur, vbi quinquēnio poſt
Iuſtinianus. eadem ſemper pertinacia vſus moritur. Interea
vero iuſtinianus cū in deū tū in homines mira in
cōſtantia vſus ad ſaracenos & bulgaros p̄ter fœ-
dera pacis initę adoritur: a quibus certe plus in-
cōmodi accepit q̄ intulit & cōſtantinopolim re-
diens a ciuibus oībus odio habitus, ꝙ ſęuitiā p̄fe-
cti vrbis non cōpeſcuiſſet: Synodū habuit in qua
nōnulla approbata ſunt orthodoxę fidei nequaq̄
cōgruētia. Eadē quoq; Sergij apocriſiarius qui tū
Conſtātinopoli erat ſubſcriptione ſua ſtolide ni-
miū confirmauit. Verū cū poſtea Romā delata a
ſergio exploderētur, qui nō vnā ſed duas in chri
ſto naturas tenebat, ac virginē theotocos fuiſſe
prothoſpatariꝰ ira percitus iuſtinianus Zachariā prothoſpatariū
quē nos principē militiæ dicere poſſumus Romā
miſit, qui Sergiū ad ſe vinctū traheret quod vbi
ſenſere milites hexarchatus italici raptis propere
ariminis nō ſolū pōtificē a tāta iīuria tutati ſunt:
Verū etiā parū abfuit quin Zachariā occiderent
quē pōtifex ad ſe confugientē in cubiculo ſuo ali
quādiu cōſeruatum clanculū ad imperatorē re-
miſit. Augebantur hęc Romę cum Leontius an-
Leōtinus. nuente Gallanico patriarcha plebe conſtantino-
politana ad arma excita, refractis omnibus cu-



ſtodijs vrbis, vnde multi nexi prodiere, Iuſtinia-
num, imperio deiecit ac truncis naribus exulatū
in cherſoneſum ponti mittit. Hæc cū intellexiſſet
Abimelech ſaracenorū admiratus, aphricā ſta- Aphrica a ſarracenis inuaditur.
tim inuadit, ſeditionibus conſtantinopolitanorū
fractus eo propere & leontius copias ſuas mittit,
quę Barbarorū impetū retardarēt. Verū non ita
multo poſt ſeditione inter eos orta: Tyberiū quē Tyberius īperator creatur.
dam ciuē Conſtantinopolitanum imperatorem
creant: qui confeſtim Cōſtantinopolim cum ex-
ercitu adnauigans Leontium capit, & eodem af-
fectum ſupplicio quo iuſtinianum diximus in car
cerem conijcit, maiori ludibrio hominem reſer-
uans, Philippum pręterea Nicophori patricij fi-
lium, qui ei in adipiſcēdo imperio fauerat, in exi-
liū mittit, ꝙ riualibus ſuis narrauerat ſe per quie
tem vidiſſe aquilā caput ſuum alis obtegentem,
veritus ne imperium adoleſcēti portenderetur.
Dum hęc cōſtantinopoli agerentur pipinus Au- Pipinus.
ſtrię gubernator & dux occupandi regnum fran
cię fundamenta iecit. Cum. n. intellexiſſet Berta-
rium quendā ignobilē, cuius opera Theodoricus Theodoricus.
francię rex plurimū vtebatur, omnibus odio eſſe
coactis in vnum ingentibus copijs in Gallias traij
cit, ac Theodoricum cum Bertario obuium factū
collatis ſignis fundit fugatq;. Salutē ſibi Berta-
rius fuga quęſiuit. In regnum vero Theodoricus
ſeſe recipiens. Pipinum victorem pace ſequeſtra
regni gubernatorem & maiorē domus (vt galli
aiūt) efficit. Is aūt in auſtriā rediēs: ꝙ a germanis
& ſueuis vexari ſuos intellexerat, ſupatis hoſti-
bus in franciā denuo redijt, ꝙ mortuo Theodori
co regnū ad childeptū eius fratrē puenisse cogno

uerat: eo perueniẽs & a rege ꝓbenigne ſuſceptus
cũ filiũ Grimoaldũ domus regię gubernatorẽ in
ſtituiſſet, in ſueuos & Germanos iterũ rebellãtes
Laus ſergij infeſto animo redijt. Atvero Sergius pontifex
relegato Iuſtiniano pace ac quiete vſus, baſilicã
Petri ablatis ruderibus: renouatiſq; tignis: ſtillici
dijs, ac parietibus in antiquã formã reſtituit. Frõ
tiſpiciũ baſilicæ ope vermiculato exornauit: cã
delabra atq; alia templi ornamẽta ex auro & ar
gento cõfecit in eadẽ baſilica: & partẽ dñicæ cru
cis inuenit in capſula ænea: & beati Leonis corpꝰ
vilius vſq; ad tẽpora ſua iacens q̃ eius merita re
quirebãt: hõeſtiore ac celebratiore loco repoſuit.
Statuas apoſtolorũ vetuſtate exoletas renouauit
Multarũ præterea eccleſiarũ, quas cõmemorare
longũ eſſet ornamenta collapſa vel reſtituit vel
noua de integro fecit. Cõſtituit p̃terea, vt in fra
ctione dñici corporis ter caneret Agnus dei qui
tollis pctã mũdi miſerere nobis, vt letanię quoq;
a ſancto Hadriauo quottãnis ducerẽtur per vrbẽ
die annũciationis ſanctę genitricis ac ſancti Simo
nis inſtituit. Rauẽnatibus aũt Damianũ. Berfla
uardum vero britannis archiep̃os dedit. Eccle
ſiam aquileiẽſem quintam ſynodum nõ omnino
approbantem ad ſanitatem doctrina & auctori
tate ſua tandẽ perduxit. Sũt qui ſcribãt Lamber
Lambertus. tum virum ſanctiſſimũ apud Leodiũ ea tempeſta
te martyrium ſubijſſe, ꝙ Pipinum reprehenderit
qui vxori pellicem alpiadẽ ſuperinduxerit. Hoc
autẽ facinus ipſius alpiadis fratrẽ commiſiſſe, qui
Saxones ad fidẽ cõuertũtur. poſtea morbo pediculari cõſumptus eſt. Sũt etiã
qui ſcribant Sergij virtute & ſanctitate Saxones
tum primum fidei noſtrę characterem ſumpſiſſe.



His tot rebus vir ſanctiſſimus inſignis, pontifica
tus ſui anno.xiij.mẽ.viij.die.iij.&.xx. moritur, &
in baſilica Petri collachrymãtibus omnibus præ
dolore ob amiſſum põtificem communẽ omniũ
parentem magno funere ſepelitur.vi. Idus Septẽ
bris, vacat tum ſedes menſem vnũ, dies xx.

## Ioannes VI.

Poſt hunc ſequitur leo. iij. qui creatus fuit
per romanorum patrocinium, tamen
non ponitur in chatalogo põtificũ pro
pter eius malum introitum & ſequens
dicitur leo.iij.

IOannes.vi. natione græcus
eo tempore pontificatũ in
ijt, quo Theophilatiꝰ hexar
chus Italiam petens primo
in Siciliam venit, quod vbi
ſenſere milites Itali veriti ne
quid mali eius aduẽtus por
tenderet, ꝙ ſuprioribus tẽ
poribus fere magis cũ pontificibus quã cũ impe
ratoribus ſenſiſſent, ingreſſurum vrbẽ Romam
interficere conſtituerant. Verum Theophilatius
auctoritate Ioannis pontificis defenſus, qui ſeque
ſtrum ſe inter ducem & milites fecerat compoſi
tis rebus omnibus Rauennã proficiſcitur. Interea Giſulphꝰ
vero Giſulphus beneuẽtanꝰ dux militũ & hexar
chi diſcordia fretus, Campaniã inuadit, Soram &
Arpinum occupat: Villas incẽdit, ruſticos & pe
cora obigit, quibus malis permotus põtifex: lega
tos ad Giſulphũ mittit, qui ei mãdent, vt omiſſis
campanię & hernicorum oppidis in ſamnium re
uertatur: ꝙ ſi ſecus fecerit breui ſenſurũ oĩpotẽ

tis dei in ſe irã. His monitis pterritus Girulphus
oppida quæ cæperat reſtituẽs beneuẽtum reuer-
titur. Captiuos autem omnes quoad per ærariũ
eccleſiæ ſibi licuit Ioãnes redemit: ex toto ſangui
ne cõquiſitos. At iuſtinianus (quẽ diximus) a Ty
berio in cheroneſum ponti relegatum, inde fu-
giens ad Cacamum bauarum peruenit a quo pri
mo ita perbenigne ſuſceptus eſt, vt ei filiã in vxo
rem ſpoponderit, verum poſtea pecunia & mu-
neribus a Tyberio corruptus, hoſpitem & gene-
rũ ei prodere inſtituerat, hoc vbi iuſtinianus intel
lexiſſet ad trebellium bulgarorum regem con-
fugit, a quo etiam non ita multo poſt vi & armis
in imperium reſtituitur. At vero dum hæc in Eu
ropa agerentur, ſaraceni occupata Libya & A-
phrica ex ſepta ſoluentes tranſmiſſo Athlantico
freto, omnes hiſpanias præter Aſtures & canta-
bros occupant. Ii enim ſicuti vltimi fuere in hiſ-
pania, quos Romanum ſubigeret imperium, vlti
mi quoq; qui ab eo deficerent, ſoli poſtremo qui
veſegotthorum a ſe diſcuterent iugum, ita nunc
demum accepta chriſtifide & religione armis ſe
a perfida ſaracenorum gẽte, conſtãtiſſime tutati
ſunt. Aphrica igit̃ quę a belliſſario primi iuſtinia
ni duce recuperata. c. & lxx. ãnis romano paruit
imperio, a ſaracenis vna cũ Betica hiſpanię (qua
nũc granatã vocãt) tum occupata eorũ moribus
& legibus iã. Dcc. & xl. annis obtẽperat, cũ maxi
ma xpiani nois ignominia. & ſi hiſpani ꝗ iactare
ingeniũ & fortitudinẽ ſolẽt, nequeãt tãtã labẽ ab
Europa propellere. Sunt qui ſcribãt Bedam qui
eiſdem tẽporibus fuit hanc calamitatem litteris
ad principes chriſtiani nominis ſcriptis lamenta-

Iuſtinian⁹

Hiſpania ab agarenis occupatur.

Bedę lamentatio



tum fuiſſe, quo bellũ in hoſtes dei atq; hominum
ſuſciperent. Beda enim præter græce atq; latinæ
linguę doctrinã: quam non mediocriter tenebat,
ob religionem etiã atq; modeſtiã venerabilis co
gnomentum adeptus eſt. Scripſit enim multa in
actus apoſtolorum, in Lucam. Edidit & librũ de
temporibus & homelias pleraſq; quibus multum
Gallici ſacerdotes vtuntur. Strabo quoq; & hai-
mo viri doctiſſimi bedę fratres ſunt habiti: quo-
rum alter pleraſque Homelias eleganti ſermone
cõpoſuit: alter vero Geneſim commentatus eſt.
At Ioãnes põtifex reſtituta baſilica ſãcti Andreę
in vaticano, ſanctoq; tecto diui Marci, atq; orna-
to altari principis apoſtolorũ Petri ductis colum
nis dextra leuaq; moritur põtificatus ſui ãno. iij.
menſe. iii. martyrio vt quidam volunt. Sed a quo
martyrium paſſus ſit. non ſatis conſtat. Sepultum
ad catacumbas ſebaſtianas via appia quidem af
firmãt. Eius ex morte vacat tũ ſedes men. vnum,
dies vndeuiginti.

Haimo.

Ioannes. .VII.

IOannes. vij. natione Græcus: patre
Platone, eo tẽpore põtificatum inijt
quo iuſtinianus cõſtãtinopolim re-
uerſus, Tyberium & leõtium a quo
fuerat imperio deiectus ſpectãte po
pulo interfici iuſſit. Multos præterea ex inimicis e
medio ſuſtulit vario genere mortis, pleroſq; ĩ car
cerem cõiecit: quorum de numero quotidie ali-
quem ſupplicio afficiebat. cum nares emungen-
do illatæ iniuriæ reminiſcebatur. Præterea vero
Gallanicũ patriarcham Conſtantinopolitanum
confoſſum oculos Romã exulatum miſit Cyrum

Iſtinianus reſtituit.

abbatē,cuius munificentia in ponto illuxerat in
locū Gallanici patriarcham ſufficit. Eadem vero
ſtultitia vexatus,qua fuerat ante amiſſum impe-
rium Sergio pontifice duos metropolitanos Ro-
mam miſit, qui Ioannē adhortarentur, vt habi-
ta ſynodo:quę de Homuſio crederent orientales
eadem vera etiā occidentales affirmarent, ꝓpo-
ſitis libellis:in quibus ei ſubſcribendū erat:Homi-
nes aūt re infecta ad imperatorē pōtifex remiſit:
nec̨ tñ (vt par erat) errores male de deo opinan
tium emēdauit cenſuris & interdictis, quemad-
modū conſtantē pontificē decuiſſet.Sunt qui ſcri
bant(ſine auctore tñ) Arithpertū Longobardo-
rum regem religione motum:condonaſſe Alpes
Donatio alpiū coctiarum. coctias beato Petro: & quicquid a taurinis & me
dulis genuā vſq; lyguſticā protenditur. Aliȷ au-
tē affirmant donationem ipſam ab Arithperto
confirmatā fuiſſe,verū cū de donatione nil certi
habeatur, paleamq; pontificȷ iuris periti appel-
lent,quod ſine frumento ſit:nihilq; conſtantinia-
næ elegantiæ ac dignitatis habeat quomodo de
confirmatione conſtabit? Ad Ioannē pontificem
redeo,virum certe multæ eloquentiæ & ſanctita
tis,qui in baſilica Petri: oratorium(ita etiam ap-
Laus Io. pōti. pellant)locum orandi in honorem dei genitricis
extruxit,cuius parietes vermiculato opere inte-
cti,dextra leuaq; quorundam ſanctorum patrū
vultus oſtendebant. Baſilicam præterea ſanctę
Eugenię reſtituit, iampridē vetuſtate colapſam.
Cæmiteria quoq; ſanctorum martyrum Marcel
lini,Marci:Damaſiq; pontificis exornauit,poſtre
mo vero multas baſilicas pictura & ſtatuis ſan-
ctorum cultiores reddidit. Has autem qui cerne



bant ipſum pontificem intueri videbantur, vn-
de exemplaria grauitatis & dignitatis pictores
ac Statuarȷ ſumpſerant. Moritur autem Ioannes
ſecūdo pontificatus ſui anno,menſe.vȷ.die.xvȷ.
ſepeliturq; in baſilica Petri ante altare dei geni-
tricis,quod ipſe extruxerat.xv.kalend.Nouem.
Ab eius autem morte.iȷ.men.ſedes vacat.

Siſinius .I.

Huius tēpore fuit octauū ſciſma inter eum
& diſcolium continuatum tandem inter
eum & Bonifacium nec de his fit mentio
in Cathalogo. Quibus ſucceſſit Ioāna pa
piſſa angla.

SIcinius vel(vt aliȷ volūt)Soſim⁹ natiōe
Syrus,patre Ioāne.xx.tm̄ diebus ī pōti- Corp⁹ btī bñdicti ī galliā trāſfertur, cū corpore S. Scolaſticæ.
ficatu vixit:quo quidē tēpore ferūt ſan-
cti Bñdicti corpus e mōte Caſſino furto
ſublatum propter ſolitudinē loci,& ī galliā trāſ-
latum fuiſſe. Soſimus autē licet podagra & chira-
graita laboraret:vt nec̨ ambulare:neq; cibū ca-
pere poſſet:tamē ita vrbis Romæ & reip. xp̄ianę
curā geſſit,vt nil ꝑtermiſerit.& ante pōtificatū &
in ipō magiſtratu quod bonum pōtificē deceret.
Iam enim materiā omnē parabat, qua & Mœnia
vrbis & tēpla vetuſtate collapſa ī meliorē formā
reſtitueret:celebratioraq; redderet. Verū ſubita
morte correptus ī baſilica Petri ſepelit.viȷ.Idus
Nouēbris. Vacat tum ſedes,men.i.& dies.xviȷ.

Conſtantinus .I.

COnſtantinus natione Syrus patre Ioan-
ne eo tēpore pōtificatū inȷt:quo romę
triēnio fame laboratū eſt:qua quidē in Fames ingens.
re;ita oēs tū vel maxīe paupes iuuit:vt

conſtantinum cælitus miſſum homines arbitra-
rentur. Interea vero Iuſtinianus odio põtificij no-
minis Mauritium patricij ordinis virum: & heliã
Iuſtiniani crudelitas. ſpatarium in cherſoneſum : vbi exulauerat cum
claſſe mittit, qui omnes pubertatem ſupergreſſos
occiderent. Fecere mandata præfecti claſſis: vt ra-
biem imperatoris explerent. Et ne in homine ſo-
lam crudelitatem fuiſſe exiſtimes: tantæ ingrati-
tudinis fuit vt Trebellium regẽ: cuius ope & co-
pijs in imperiũ reſtitutus fuerat. cum Thracibus
contendentem de improuiſo hoſtili manu ador-
tus ſit: quem certe Trebellius nõ modo ſuſtinuit:
verumetiã eum detrimento repulit. De priſtina
vita ob calamitates quas perpeſſus fuerat Iuſti-
nianus nil immutauerat: præter hoc tãtum: quod
ſedem apoſtolicam contra atq; antea cõſueuerat
veneratione deinceps obſeruauit tutatuſque eſt.
Nam cum fœlix archiepẽs Rauennas ordines a ro-
mano pontifice accepiſſet: cogereturq; de more
formulã obtẽperandi ſcripto: & pecunia Romam
mittere: neq; id præ arrogantia faceret: Iuſtinia-
nus re cognita, Theodorũ patricium claſſis præfe-
ctum ſtatim admonet : vt primo quoque tẽpore
ex ſicilia in Rauennates moueat. Is autẽ dicto im-
peratoris obtemperans: & rauẽnates prelio ſu-
Fœlix cathenatur. peratos. maximis affecit cladibus: & fœlicem ca-
thenis vinctum cõſtantinopolim miſit, quẽ poſt-
ea iuſtinianus in pontũ relegauit, orbatum prius
luminibus æneo vaſe cõcauo ac quidem cadẽte
diu inſpecto. Inde enim pyramis ignea exit : quæ
facillime oculorũ aciẽ perſtringit & occęcat. Ne-
quaquã tamen hanc ſæuitiam conſtantinus pro-
bauit, redigere enim hominem ad ſanitatem vo-



lebat: non tantis malis affici. Interea vero cum
hæc a pontifice & imperatore agerẽtur. Aiſpran-
dus regnum auitum repetẽs, auxilio Bauarorũ
fretus, in italiam deſcendens collatis ſignis cum
Arithperto ipſo dum trepide nimium aufugit in
rapido flumine ſubmerſo. Verum Aiſprãdus nõ
ita multo poſt moriens: Liuthprandum filium re- Liutphrãdus.
gni ſucceſſorẽ approbantibus omnibus reliquit.
Iuſtinianus autẽ videndi Conſtantini pontificis
admodum ſtudioſus hominẽ rogat vt ad ſe pro-
ficiſcatꝰ præmiſſa claſſe quo tutius nauigaret. Ap-
propinquãti autem vbi regiæ conſtantino Tybe-
rius Iuſtiniani filius cũ regio comitatu: & Cyrus
patriarcha cum amni clero honoris cauſa ad octa-
uum lapidẽ obuiam prodeunt: eumq; camelanco
pontificali amictu indutum: ſolẽni põpa vrbem
ingreſſi in regiam perduxere. Inde vero Nico-
mediam proficiſcens: quo venturus & impera-
tor Nicea erat: non ſecus q̃ Cõſtantinopoli a Ni-
comedienſibus ſuſcipitur. Iuſtinianus autẽ nõ ita
multo poſt vrbẽ ingreſſus, non ſolum pontificẽ
amplectitur : verumetiã eius pedes venerationis
cauſa exoſculatur. Cum vero ſequẽtibus diebus
multa inter ſe collocuti fuiſſent, confirmaſſetque
Iuſtinianus pontificum decreta. Conſtãtinus ab-
iens hominem adhortatur, ne in Philippicũ cher-
ſonæ exulãtem grauius aliquid decerneret. Ve-
ritus ne aliquid mali oriretur: q Philippicũ ma-
gni animi eſſe & conſilij virum intellexerat. Ve-
rum iuſtinianus conſilio pontificis benemonen-
tis nequaquam obtemperans: claſſem in pontum
mittit: eo animo vt Philippicum interficeret: qui
quidem deficientibus ad ſe militibus eadem claſ-

ſe vſus duodecimo ab vrbe conſtantinopoli mi-
liario: cum Iuſtiniano & Tyberio dimicans: eos
vincit & interficit, imperio ſtatim omnium con-
ſenſu potitur. Deīde vero Cyro patriarcha ī pon
tum relegato: ꝙ bene cum pōtifice Romano ſen-
tiret, in eius locum Ioannē monachum hereſiar-
cham ſufficit. Cuius quīdem dogmata ſtatim ro
mam miſit, mādauitq; vt omnium conſenſu ap-

Synodus a Cōſtātio.

probarentur. At Cōſtantinus habita ſynodo nō
modo Philippici & Ioannis monachi opinionis
improbat. Verum etiam decernit, vt ſanctorum
patrũ imagines: qui ſex cōciliĳs ab omnibus pro-
batis interfuerāt, in porticu beati Petri depinge-
retur, cum intellexiſſet eas a Philippico e parie-
tibus ſanctæ ſophię ignominiæ cauſa abraſas fuiſ
ſe. Præterea vero idē pontifex cōſtituit, ne impe
ratoris hęretici nomē publicis ſcriptis aut priua-

Anaſtaſiꝰ Philippicus ouilis priuatur.

tis in ęre: argēto, plūbove reciperetur. At Ana-
ſtaſius cognomento Arthemius ſumptis armis
philippi cū imperio deĳcit anno primo: & menſe
imperĳ ſexto: eumq; captū oculis priuat. Litteras
præterea ad cōſtātinum pōtificē mittit: quibus ſe
catholicę fidei: ac ſextę ſynodi acerrimū defenſo-
rem futurū pollicetur. Verum hic quoq; triēnio
poſt a militibus ſpretis īperio deĳcit: cogiturq; a
Theodoxio, qui ī eius locū ſuffectus eſt ſacros or
dines recipere, ne ei ſacris initiato amplius redire

Theodoxius.

ad imperium liceat. Theodoxius autē catholicus
impator ſtatī imagines ſctōrum patrū (vt dixi-
mus) a philippico demolitas reſtitui priſtino ī lo-
co mādauit. Fœlix vero (quē diximus) in pōtum
a iuſtiniano relegatum a priſtina hęreſi diſcedēs,
in patriam reuertitur: ac ſedem vnde pulſus fue-



rat repetit. Declaratum eſt etiam eodem tempo-
re Tycinenſem epiſcopum Romanæ ſedi tātum:
non etiā Mediolanenſi archiepiſcopo obtēperare
debere. Ea enim de re magna & diuturna inter
vtrunq; antiſtitē contentio fuerat. Sunt qui ſcri-
bant duos reges Saxonum hoc eodē tempore ro
mam voti & religionis cauſa veniſſe, mortuoſq;
ibidē eſſe peſte: vt arbitror. Poſt hos vero non ita
multo poſt moritur cōſtantinus. vĳ. pontificatus
ſui anno. die. xx. ac in baſilica Petri ſepelitur. iiĳ.
idus februarĳ. Sedes autem huius in morte men-
ſe. i. & dies. xl. tum vacat.

## Gregorius .II.

GRegorius. ĳ. patria romanus: patre Mar-
cello: ſub Sergio pōtifice ſacris initiatus
ſacellis & bibliothecæ pręfuit, tantę fidei
& integritatis eſt habitus. Sumēs deinde
diaconatus ordinem cōſtātinopolim cum cōſtāti
no pōtifice proficiſcitur. Vbi cum acriter diſce-
ptaretur quibuſdā de rebus ad fidem pertinēti-
bus, ita acute reſpōdit: vt omnibus ingenĳ ſui &
doctrinæ admirationem inĳceret. Tantæ enim

Gregorĳ commendatio.

eruditionis & facundiæ erat: vt facile conuince-
ret male de fide noſtra opinātes. Inito autē pōti-
ficatu & mœnia vrbis aliqua ex parte vetuſtate
collapſa inſtaurat & trabes baſilicæ principis apo
ſtolorū Laurētĳq; martyris extra muros annoſi-
tate quaſſas reſtituit, reſartis tectis ac parietibus
introductiſq; de more aquis cōpaginatis fiſtulis
iam dudū vetuſtate & hominū incuria vitiatis.
Alias quoq; eccleſias reſtituit: muneribuſq; tum
aureis tū argēteis exornauit, quaſq; dē enūerare
lōgū eſſet. Nō reticebo tñ reſtitutū eſſe ab eo mo

naſterium via hoſtienſi poſitum non lōge a baſi-
lica pauli: cuius ruinas adhuc cernimus. Reſtitu-
tumque etiā monaſterium beati Andreæ: quod
barbare nūcupatur: ibique diſpoſitos monachos,
qui die ac noctu: laudes deo canerēt. Huius præ-
terea hic peculiaris laus eſt, ꝙ eius opera Germa-
ni ad fidem noſtram conuerſi ſunt: miſſo eo Bo-
nifacio monacho, q eos e tenebris educeret pro-
poſita veritatis luce. Ipſorum autē Germanorū
magnā partem Romam veniētem ſuis manibus
vir ſanctus baptizauit. Impulit item ſua auctori-
tate Liuphrandum primo quidē recuſantē Ari-
thperti donationē (de qua antea diximus) confir-
mare qui quidem Liutphrandus principio regni
ſui & Baiouariæ magnam partem occupat, & ra-
uennam obſidet ac capit. Eiuſdē temporibus Ty-
beris adeo in immēſum creuit vrbē porta flumi-
nea influens: vt & in via lata hominis magnitu-
dinem aqua fere æquaret: & a ponte miluio vſq;
ad gradus ſancti petri nauigaretur lintribus nō
paruis. Durauit autē hęc illuuies diebus ſeptē cū
maximo ciuium dāno & detrimēto: euerſis do-
mibus ac erutis arboribus ſatiſque, Luna quoq;
ecclypſim tum paſſa vſq; ad mediam noctē co-
lorem ſanguineum prę ſe tulit. Dedit & ſigna fu-
turi mali cometes: extenſa ad ſeptentrionē cau-
da. Gregorius autē quo ſummi dei iram a ceruí-
cibus chriſtianorum auerteret; frequentes ſuppli-
cationes tota vrbe facit. Dum hæc Romæ a pon-
tifice agerētur: nunciatum eſt longobardos Be-
neuentano duce arcem cumanam inſidijs occu-
paſſe. qua ex re gregorius vehementer commo-
tus longobardos admonet vt arcem præter fœ-

Germani ad fidam cōuertūt.

Liutphrā dus.



dera pacis fraude occupatā reddāt aliter eos brē-
ui indignationē omnipotentis dei ſenſuros, verū
cū hoſtes ſæpius moniti res repetitas non redde-
rent. Neapolitanos pontifex adhortatur propoſito
pręmio, Præmiſſiſq; etiā militibus romanis: vt ar-
cē vi occupēt. Ii vero mandata ſtrenue facientes
Theoduno ſubdiacono hanc rē curāte arcē reci-
piūt, cęſiſq; tricentis ex his qui in præſidio erant,
ad quingentos viuos capiūt ac Neapolim perdu-
cūt: vbi ſtatim militibus pręmia reddita ſunt. Pa-
ce itaq; foris parta: Gregorius reparandis locis ſa-
cris aīam adicit. Baſilicā nāq; ſanctę crucis in hie-
ruſalē iampridē deſtitutā reſtituit porticus circū-
quaq; poſitas inſtaurat fornicibus & tectis. Orato-
riū oſannę in montecælio a fundamētis extruxit.
Domū paternā mortua matre ī honorē Agathæ
xp̄i martyris dedicauit, eoq; loci monaſteriū ex-
truxit, additis ſuburbanis & ruſticis pręd ijs ad
monachorū vſum & cōmoditatē. Saraceni autē
diſcordia xp̄ianorū freti, ex ſepta aphricæ in hiſ-
paniā traijciētes: prouinciā omnē præter Beticā
a ſuis iā antea poſſeſſam depopulātes: ad Aquita-
niā vſq; cū coniugibus & liberis peruenere, eam
quoq; prouinciā occupaturi. Erat tū karolus mar-
tellus pipini regis filius magno apud oēs in pre-
cio, Duos eīm filios Pipinus tū habuit. mortuo gri-
moaldo, Karolo manū, & Karollū martellū qui
poſtea ſolus hoc quoq; mortuo regnū frācię obti-
nuit, multis tn̄ aduerſantibꝰ: maxīe vero Eudone
Aquitanię duce, & Chilperico rege, quem franci
quidā poſt Theodoricū æmulatione moti regem
conſtituerant. Verum Karolus Martellus tranſ-
miſſo Sequanę fluuio in Aurelianos mouēs, vno

Sarracenorū īcurſus.

Karolus martellus

Impetu hoſtes fundit fugatq;, ac regno frãcię ſolꝰ potitur. Rhenum deinde traijciẽs. Saxones: Alemanos: Sueuos, Bauaros regno ſuo adijcit. Verũ cũ intellexiſſet ſaracenos ab Eudone in galliã euocatos, magnis in itineribus in hoſtẽ proficiſcit̃, pugnãdiq; poteſtatẽ facit, & vincit nõ longe a Turonũ finibus. In eo aũt prelio ſcribũt Hiſtorici ad ccc. & .xl. milia ſaracenorũ cecidiſſe, ex Frãcis vero mille tantũmodo .c. & .l. deſideratos. Sũt tamẽ qui ſcribãt Eudonẽ tãto periculo motũ poſtremo cũ karolo ſenſiſſe. Hac itaque ratiõe ſaraceni bñficio karoli a ceruicibus Hiſpanorũ & Gallorũ pulſi, rabiẽ omnẽ & indignationẽ ex tanta clade conceptã, in conſtantinopolitanos vertere, Vrbẽ enĩ terra marique triẽnio obſident. Verum cũ fame, frigore: peſte, bello poſtremo magna incõmoda paterẽtur, obſidionẽ ſoluẽtes, ad ſua quique redire. Ex conſtãtinopolitanis autẽ, ad .ccc. milia eadẽ peſte cõſumpta traduntur. In italia vero lõgobardi duce Liuthprando Rauennã diu obſeſſam, tandẽ capiunt & diripiunt' inde Ticinum auferentes quicquid prẹclarũ in vrbe erat, vñ crediderim tum equũ illum ęneũ viro inſidente Papiã aduectum, quẽ accolę regis ſolem vocãt Sed ita fit, in rebus humanis viciſſitudo eſt, quod enĩ Theodoricus alijque reges Gotthorum, atque deinceps hexarchi rauennates Roma Rauennã detulerant: id poſtea in varia loca deſiectum eſt. Interim vero Romę a quibuſdã ſeditioſis in pontificẽ coniuratur principibus coniurationis Baſilio Iordane carthilario, Ioannes ſubdiacono, cognomẽto Lurion, Marino ſpatario: qui ducatui Romano imperatoris nomine tum præerat. Verum dilata in

Nagna clades.

Eudo.

Capit̃ rauenna.

Coniuratio.



aliud tempus res eſt, quod Marinum imperator reuocauerat. Tentare & Paulum exarchum coniurati cœpere, quo quidem duce in tanta re uti volebant. Sed romanus populus re ipſa tandem patefacta arma capit. Ioannem & Lurionem interficit, reliquoſque cõiuratos diſſipat. Baſilium monaſterio includit, vbi & vitam finiuit. Paulus autem vehementer pontifici infenſus quod ab eo prohiberetur, quo minus noua vectigalia exigeret. clam & aperte mandato imperatoris viri ſanctiſſimi mortem quęrere incipit. Romani & longobardi ſumptis armis: quo minus id fieret prohibuere. Tum vero Leo tercius imperator, cum aperte inuehi in pontificem non poſſet editum proponit, vt omnes qui ſub imperio Romano eſſent ſanctorum omnium martyrum & angelorum ſtãtuas atque imagines e templis abraderent & auferrent, tollendæ (vt ipſe dicebat) Idolatrię cauſa, qui vero ſecus feciſſet eum ſe pro hoſte publico habiturum. Gregorius autẽ tantæ impietati non modo non obtemperat, verũ etiã oẽs catholicos admonet, ne in tãtũ errorẽ timore vel edicto principis vllo modo dilabantur. Qua cohortatiõe adeo certe animati ſunt Italię populi vt paulũ abfuerit quin ſibi aliũ imperatorem deligerent. Quo minus autem id fieret, authoritate ſua conſtare Gregorius annixus eſt. Rauennę tamen tanta ſeditio orta eſt: cum alij imperatori, alij pontifici obtemperandũ dicerent, vt in ipſo tumultu Paulus hexarchus cum filio occideretur. Mittitur deinde ab imperatore Eutichius, qui pollicitationibus & donis lõgobardos a beniuolẽtia & ſocietate romani põtificis ſeparet. Ve-

Edictũ imptratoris in amagines.

rum cũ id fruſtra queretur rem totiens tentatam
ad tempus omiſit. Vnde pontifex tanta moleſtia
liberatus, loca pauperũ & baſilicas inuiſere cœ-
pit atq; reſtituere quę ob vetuſtatẽ & incuriã rui
nã minabantur. Pacẽ prętere a inter regẽ longo-
bardorũ & duces ſpoletanũ & Beneuentanũ cõ-
poſuit. Hos eñ rex ipſe opprimere inſtituerat, cu
ius aĩm adeo põtifex ad mãſuetudinẽ redegit, in
terpoſita ſaluatoris noſtri auctoritate: vt omiſſo
bello armillas balteum enſem ac reliqua arma
templo principis apoſtolorũ offerret cũ exerci-
tu eñ vſq; ad vaticanũ peruenerat, pacato, tamẽ
Leo imagines ſctõrũ incẽdit agmine ac de re cũ pontifice locuturus. Leo autẽ
imperator phanatico ſpiritu iterũ incitatꝰ oĩbus
mandat, vt ſimulachra vel lignea vel ænea vel
marmorea ad ſe deferant, & delata ſtatim incẽdit
non deferentes vero capit & obtruncat. Germa-
nũ patriarchã id potiſſimũ improbantẽ in exiliũ
mittit, in eiuſq; locũ Anaſtaſium male ſentientẽ
ſufficit, quẽ poſtea Gregorius ſynodo habita pri
uauit & ab officio diuino ſemouit, niſi ad ca-
tholicam fidẽ reuerteretur. Sępius p̃terea: vt ſan-
ctiſſimum virũ decuit, litteris imperatorẽ admo-
nuit, vt omiſſis quorundã improborũ erroribus
verã tandẽ amplecteretur fidẽ & abolere ſancto
rum imagines deſineret, quorum memoria &
exemplari ad virutẽ & imitatiouẽ excitarentur
Bonifaciꝰ hoĩes, Sũt qui ſcribãt Bonifaciũ huius põtificis tẽ
pore e britannia romã veniſſe, & ex monacho ob
eius ſanctitatẽ ep̃m factũ, ac in germaniã ad cõfir
mãdos prędicatione & exẽplo germanos in fide
miſſum, quod quidẽ ita egregie fecit, vt Magun
tinus ep̃s creari meruerit, in aphricã deĩde profi-



ciſcens: cũ verbũ dei elegantiſſime prędicaret ab
hoſtibus chriſtiani nominis occiditur. Ferunt &
ſanctum Aegidiũ natione gręcũ, exẽplo & mira- Eegidius
culis inſignẽ tũ habitũ fuiſſe, & Petroniũ ciuẽ ro-
manũ ex voto baſilicã beati Bñdicti prope dere
lictã ſua impẽſa reſtituiſſe. At Gregorius qui ſuo
exẽplo oẽs ad virtutẽ & ſanctitatẽ incitabat, pon
tificatus ſui anno. xvi. mẽ. ix. die. xi. moritˀ, ſepeli
turq; ad baſilicã petri. iiij. idus Februarij Eius in
morte ep̃atus tũ vacat. dies. v. & xxx. c. aũt &. viij
ac. xl. ep̃os toto ſuo pontificatu creaſſe dicitur.

Gregorius .III.

Huius tp̃e Rachbodus friſonũ dux maluit eſſe cũ
pluribꝰ ĩ inferno ꝙ cũ paucis ĩ cęlo vnde filius
eius morte ſubita territus conuerſus fuit.

GRegorius. iij. natiõe ſyrus, p̃re Ioã-
ne ãno dñi. Dcc. lix. oĩm cõſenſu põ
tificatũ iniit. Fuit aũt vir ſingularis
doctrinę & humanitatis p̃cipuę: grę
ca atq; latina lingua eruditus. Mẽtẽ Laus Gregorij.
diuinę ſcripturę ita callẽs vt nemo
tũ diſertior p̃dicatione atq; interpretatione rerũ
occultarũ, & admirabilſũ haberet. Prętercavero
ne verbo tm̃ & cohortatone pp̃los mouiſſe arbi-
treris, oĩa q̃ exẽplo mouere pñt, ita aſſidue obi-
bat, vt iudicare difficile ſit proptior ne lingua ꝙ
ope habẽdus eſſet. Orthodoxę fidei ita acerrimꝰ
defenſor fuit, vt ob eã rẽ maximorũ pricipũ gra
ues ſimultates & inimicitias ſuſcepit, nõ armis nõ
potẽtia, nõ minis cuiuſpiã e gradu cõſtãtię ſuę de
iectus. Tãtę poſtremo humanitatis fuit, vt & pau
peres mira charitate cõplecteretˀ, ac eleemoſynis
foueret captiuos redimeret, ęre alieno nexos ſol-

ueret. Viduas & pupillos, quo minus a potētibus circūuenirentur, tutaretur, adeo vt vere oīm patrēs ac paſtor merito vocaretur. Hic ſtatim, vbi

leo īperio priuatur.

pontificatū iniȷt cleri Romani cōſenſu Leonē tertiū imperatorē cōſtātinopolitanū imperio ſimul & cōmunione fideliū priuat, ꝙ ſctās imagines e ſacris ędibus abraſiſſet: & ſtatuas demolitus eſſet, ꝙ ꝙ etiā de homuſio male ſentiret. Interim vero cū Liutphrandus lōgobardorū rex cupiditate imperādi motus vrbē Romā obſideret captis circunquaqꝫ oppidis oībus: Gregorius legatos naui qa

Obſidetᷣ vrbs.

terreſtri itinere nō licebat, ad Carolū francię prīcipē ſtatim mittit: q hoīem rogarent: vt prīo quoqꝫ tpe laborāti Romę & eccleſię auxiliū ferret. Cōſueuerāt aūt pōtifices romani ſiquid mali ab externo hoſte imineret auxilia ab īpatore Cōſtantinopolitano petere. Qd̄ facere Gregorius ſubſtitit cū ob eaſdē cās quas pauloañ cōmemoraui, tū vel maxīe ꝙ vrbē regiā ęgre Leo a ſaracenis tutaretᷣ nedū alios defenderet. His itaqꝫ rōnibus accidit: vt tūc primum tutela eccleſię ab īperatoribus cōſtātinopolitanis ad alios trāſlata ſit. Karolus autē rogatu Gregorȷ patrocinium ecclię ſuſcipiēs, Liuthprādum regē amicum & cōpatrē rogat, Vrbē ne obſideat, ac pōtificē vexet, hac re nil ſibi fieri moleſti⁹ qcq̄ aut grauius poſſe: Obtēperat Karolo Liuthprādus, atque vrbē obſidiōe ſoluit. Nā īito iā antea inter ſe fœdere, karolus Pipinum filiū in ciſalpinā galliā ad Liuhtprādū miſerat, vt ei capillum de more ſacrorū ſucciderer, vñ cōpatres more xpiano inuicē facti ſunt, quod eſt quoddā affinitatis vinculū. Remiſerat puerū ad parētes Liuthprandus multis ac maximis do-

Karolus patrocinium ecclię ſuſcipit.



natū muneribus. At Karolus pacatis Italię rebus in burgundiones verſus, eos vi capit & p̄modeſtia ſocios appellat. Fryxones idolatras opprimit, Lugdunū Arelate Maſſiliā de viſogotthis occupat, qui Athemum Saracenorum regē in auxilium vocāt. Is itaqꝫ cum magno exercitu Rhodanum traȷciēs, Auinionē vi capit, opportunitate loci pro arce vſurus. At Karolus recognita eo ꝑpere cum exercitu mouet, & Auinionē recuperat, īterfectis Saracenis oībus q ī p̄ſidio erāt. Inde Narbonē ꝓficiſcitᷣ quo aufugiſſe Athemū cognouerat. Ab obſidione Narbonę diſcedēs, ꝙ Amoreum alterū ex ſaracenis hiſpaniæ regē venire in auxiliū Athimi cū magno exercitu intellexerat: haud ꝓcul inde in vallem Corbariā deſcēdit, vbi inerat planicies ad dimicādū aptiſſima. Amoreus autē arbitratus Karolū deſperatiōe rerū in fugam verſum, in vallē ingreditr: ſtatimqꝫ pugnādi copiam facit. Nō detrectat certamen Karolus: licet hoſtiū numerus prope infinitus eſſet. Tandē vero cum acriter aliquādiu vtrinque pugnatum eſſet, cadente autem in primis aciebus amoreo funduntur hoſtes fuganturque, quorum pars magna in proximis paludibus & ſtagnus quo confugerant oppreſſa eſt. Athimus vero forte fortuna nauigium nactus, inde in Hiſpaniam vlteriorem fugiens, omnes inſulas quas adȷt: deſperatione rerum ferro ac flamma vaſtat. Eodem ferme tempore beati Auguſtini corpus, quod antea . cc. & l. annis ab Hippone in Sardiniam trāſlatū fuerat. Cum Vuandali prędabundi aphricam vaſtarent, diligentia Liuthprandi ex inſula ipſa Papiam delatum eſt, &

Amore⁹

Athimus

Saraceni quare in pyrenęis mõtib⁹ ſe cõtineant

egregio in loco recõditũ. At ſaraceni his cladib⁹
domiti: intra pyrenęũ ſe deinceps cõtinẽt. Vnde
viſogothi omnes qui citeriorẽ hiſpaniã & partẽ
gallię occupauerãt, auxilio carẽtes, in poteſtatem
Karoli deuenere. Atq; ita Gotthi, q. ccc. ꝓpe an-
nis imperauerãt, funditus deleti ſunt pſęter pau-
cos quos barchinonneſes ab interitu liberarunt.
Sunt qui ſcribant Liuthprandum copias auxilia-
res in tanto bello Karolo miſiſſe. Atq; ita re-
bus bene geſtis ſuos omnes onu ſtos præda do-
mum rediſſe. Interim vero Gregorius pontifex
nequaquã ocio & pace abutẽs, ad exornãdas ec-
cleſias animũ adijcit, nã & altare beati Petri ſex
colũnis onychinis auguſtius reddidit dextra ac
leua poſitis apud Philopareas vetuſtate fere cõ-
minutas. Stabãt in his colũnis trabes argento de-
libutę. In tradibus vero æquis ſpacijs ſaluatoris &
apoſtolorũ ſimulachra diſtinxit. Struxit & orato-
riũ in eadẽ baſilica, in quo de reliquijs fere ſancto-
rũ omniũ recondidit, celebrariq; eo loci quotidie
mandauit, atque in canone celebritas hęc verba
addit, marmoribus circunquaq; poſitis inſculpta.
Quorũ ſolemnitas in conſpectu tuę maieſtatis ce-
lebratur Domine deus noſter toto in orbe terra-
rum. &c. Quibus verbis nunc ſacerdotes in ſe-
cretis nõ vtuntur. Præterea vero huic baſili-
cæ multa argentea vaſa condonauit, eius quo-
que iuſſu & impenſa aurea dei genitricis ima-
go ſaluatorem amplectens extructa eſt, & in
baſilica ſanctæ Mariæ ad præſepe collocata. Re-
ſtituit etiam tectum ſancti Gryſogoni, eoq; in lo-
co monachos collocauit, qui rem ſacram quoti-
die celebrarẽt. His addidit & fundos, vnde viue-

Greg. circa eruendas eccleſias.

Addita canoni.



rent. Monaſteria quoq; multa partĩ reſtituit, par-
tim vero a fundamentis extruxit: addita regula
qua monachi integre & ſancte Viuerẽt. Inſtaura-
uit & mœnia vrbis magna ex ꝑte vetuſtate col-
lapſa. Idẽ etiã cẽtum cellis fecit iam prope deſer-
tis propter collapſa mœnia. Inſtituit præterea: vt
fere ſine interuallo & a pręſbyteris hebdomada-
rijs & monachis in eccleſia ſcti Petri diuina officia
celebrarẽtur. Vnde apparet & monachorum &
præſbyterorum ſæcularium domicilia multis in
locis cõtigua fuiſſe: qui æmulatione moti deo q̃
diligẽtiſſime ſeruiebãt. Gregorius vero bene de
deo & hominib⁹ meritus: anno põtificatus ſui. x.
men. viij. die. iiij. & xx. moritur: ac in baſilica Pe-
tri ſepelitur. iiij. kal. Decẽbris collachrymãtibus
omnibus tãquam cõmuni parente orbatis, Sedes
autem dies. viij. tantummodo tum vacat.

## Zacharius I.

De hoc clariſſimo põtifice tractat Gelaſius pa-
pa. iij. c. alius Iterum Romanus. xv. q. vi.

Cõmẽdatio Zachariæ.

ZAcharias natione Græcus ex patre Po-
licramio: inter optimos põtifices annu-
meratur. Fuit enĩ vir mitiſſimi ingenij,
mirę ſuauitatis & gratiæ omni virtute
prędictus cleri ac Pop. Ro. amator. Ad irã tardus,
ad miſericordiã & clementiã prõptiſſimus: nulli
malũ pro malo reddẽs: ſed ad imitationẽ ſaluato-
ris malũ in bono vincẽs: & adeo quidẽ, vt quos
habuerat æmulos & inimicos: eoſdẽ poſtea inito
põtificatu honoribus & p̄mijs affecerit. Cum aũt
initio põtificatus ſui ardẽrẽ bellis Italiã offendiſ-
ſet: legatos de pace cõponẽda ſtatĩ ad Liutphrã-
dum longobardorum regẽ miſit perſequentem

bello trãſamundum Spoletanum ducẽ. Verum
cum a legatis ea de re nil fieret: ipſe comitãte cle
ro Romano in ſabinos proficiſcitur. Ferunt autẽ
octauo miliario a Narnia regem põtifici honoris
cauſa obuiam factum ex equo deſcendiſſe: ac pe-
dibus virum ſctiſſimum in vrbẽ comitatum fuiſ
ſe. Qui ſequẽti die inter miſſarũ ſolẽnia orationẽ
publice habuit: & quidem elegantem qua oſten-
dit: quid maxime regẽ xp̃ianum deceret: ſiue pa
cem ſeu bella gerat. Hac oratione ita permotũ re
gem ferunt, vt ſtatim arbitriũ omne cõponẽda
pacis ei cõmiſerit. Iam vero trãſmuũdum duca-
tu Spoletano rex priuauerat: in eiuſq; locũ agrã-
dum nepotẽ ſuum ſuffecerat. Accipitur tamẽ in
gratiã trãſamũdus rogatu põtificis, & ex ducei
clericatum aſſumitur. Redduntur item Romanis
oppida ſua ex ſabinis capta reddit narnia & An
cona ex picẽtibus & quicqd a Lõgobardis. xxx.
iam annis ĩ hetruria occupatum fuerat. Reddun-
tur & captiui oẽs eo bello capti. Mira etiã huma
nitate põtifex vſus eſt. adhibito enim rege in cõ-
uiuium nullũ genus comitatis & gratiæ præter-
miſit. Inde vero rex pacato agmine abiẽs: nõ ita
multo poſt moritur ãno regni ſui. xxxij. Fuit aũt
vir tãto regno dignus: quippe qui ſapiẽtia: pru-
dẽtia, conſilio plurimũ valebat: ac ita manu prõ-
ptus erat. vt nemo veteranus eo pugnacior ha-
beretur. Iuſtitia autem & clemẽtia ita inſignis ha- **Liuthprãdi laus.**
bebatur vt difficile iudicaretur vtra in re maio
rem laudem mereretur. Huic autem ĩ regno Al- **Aldeprãdus.**
deprãdus nepos ſuccedit: quo quidem poſt men
ſes ſex defuncto Rachis dux omnium ſuffragijs **Rachia.**
rex decernitur. Vir certe omni laude dignus: ...



vitam eius: ſi mores, ſi animi integritatem inſpi-
cis. Redintegratũ quoq; fœdus cũ hoc rege a pon-
tifice eſt miſſis legatis: qbus omnia ex animi ſen-
tentia rex ip̃e pius & religionis amator benigniſ
ſime cõceſſit. Poſt quartũ vero regni ſui annum **Rex monachalẽ ducit vitam**
rex diuino numine tactus, ſpreto regno vitã mo
naſticam amplectitur, vxorẽ & filios (vt idẽ ipſi
facerent) adhortatus. Huius quidẽ frater Aiſtul- **Aiſtulphus.**
phus regnũ occupat, qui ob aſtuciam ingenij &
ferocitatem animi omnibus arma intentabat: ma
xime vero pontfiici & Romanis, quorum ditio-
nem ſibi vẽdicare armis conabatur. Interea ve-
ro karolus martell⁹ graui morbo correptus ſua- **Mors karoli martelli.**
dẽtibus amicis regna a ſe armis occupata filijs ſu-
is diuidit. Nam karolomano maiori natu auſtriã
& ſueuia. Pipino vero iuniori Burgũdia & pars **Gripho filius martelli.**
Franciæ obtigit. Moritur autẽ Karolus vir ani-
mi magni & ſapientiæ ſingularis villa cariſiaco
apud Iſarim fluuiũ anno magiſtratus ſui (quem
maiorem domus vocãt) quinto & trigeſimo: ſe-
peliturque Pariſius in baſilica Dionyſij marty-
ris. Habuit & alium filium Karolus ex prima v-
xore ortum: quem Griphonem appellabant: cu-
ius cum nomine etiam mores conueniebant. Ra-
pere enim ex alieno conſueuerat: vnde & fratri-
bus bella intulit & Saxones gẽtem ferociſſimam
contra eos ſolicitauit. Karolus autem & Pipi-
nus hoſtili manu prouinciam Saxonum ingreſ-
ſi: Theodoricum gentis principẽ in deditionem
accipiunt. Ab hac autem expeditione digrediẽs **karolomanus monachus efficitur.**
karolomanus Romam venit: ibiq; dimiſſa impe-
riorum & regni gloria in montem caſſinatem
ad monaſterium ſancti Benedicti proficiſcitur,

ubi & monachi habitū & mores ſuſcipit. At Pipinus regnādi cupidus: legatos ſuos ad pontificem mittit eumq́ꝫ rogat: vt regnum franciæ ſibi auctoritate ſua cōfirmet. Annuit pontifex eius poſtulatio accepti beneficij, & veteris beniuolentię memor, quæ inter pōtifices & principes huius familię interceſſerat, atq́ꝫ ita eius auctoritate regnū franciæ Pipino adiudicatur anno domini. Dcc. liij. ex maiore nāq́ꝫ domus: qui poſt regem ſummus erat apud Frācos magiſtratus reges Frāciæ deinceps a Pipino. ij. eiuſq́ꝫ familia originē habuere. Ferunt Karolum quē diximus monachi habitum ſumpſiſſe. ex monte caſſino cum alijs monachis ad Zachariā pontificem veniſſe: ab eoq́ꝫ precibus obtinuiſſe: vt eis liceret repetere ſcti Benedicti corpus furtim ablatū, quod tum ī floriacenſi monaſterio regni Franciæ collocatum fuerat. Annuit iſtorum precibus pontifex, & literis Pipinum adhortatur, vt patiatur monachos ſancti Benedicti corpus repetere. Quod quidē rex haud grauate cōceſſit, quia inde furtim ablatum a monachis quibuſdam ſenſerat. Zacharias autē pace iam vbiq́ꝫ parta, multas baſilicas ruinam minantes reſtituit. Porticū quoq́ꝫ & turrim ante baſilicam lateranenſem a fundamentis erexit, vbi & cācellos & portas ęneas extruxit. In ipſo frōtiſpicio porticus orbis terrarum imago deſcripta erat Sanctorum imagines vetuſtate exoletas renouauit. Lateranenſes ædes auxit & exornauit. Bibliothecam beati Petri reſtituit. Vectigal præterea vnicuiq́ꝫ baſilicæ aſſignauit: vnde oleū pro lampadibus emeretur. Condonauit & veſtem altari beati Petri auro gemmiſque diſtinctam: qua

Laus zachariæ



depicta inerat Ieſu chriſti natiuitas. Idē quoq́ꝫ baſilicam beati Gregorij in velabro condidit eoq́ꝫ loci caput ipſius ſancti collocauit. Aedificauit & oratorium ſanctæ Ceciliæ via tyburtina quinto ab vrbe miliario. Huic autē baſilicæ oratorium quoq́ꝫ addidit in honorē beati Cyri abbatis: addidit & fundos, vnde ſacerdotes viuerent. Reſtituit & tectum Euſebij martyris, quod ſuo tempore corruerat. Conſtituit item vt bucellarij quotidie elemoſynas e lateranenſi palatio pauperibus cuiuſuis generis pręberēt. Venetis præterea inhibuit ſub anathematis pœna ne ſeruos chriſti ſigno notatos ſaracenis & gentilibus venderēt vt mercatores facere conſueuerunt. Poſtremo vero ne litteras in tanto rerum faſtigio eum prætermiſſiſſe arbitreris, iiij. libros gregorij in dyalogo e latino in gręcum trāſtulit, vt haberent gręci vnde bene viuendi rationem perdiſcerent. Cum vero ita ſancte & integre populum dei annis. x. men. iij. cum maxima omniū beniuolētia gubernaſſet: morit̄ ac ſepelitur in baſilica Petri Idibꝰ Martijs. Eius autē ex morte ep̄atus: tum vacat diebꝰ. xij.

## Stephanus .II.

Is tranſtulit imperium, de græcis ad francos de quo habetur late in c. venerabilē extra de electi. & vide quæ latius ſum interpretatus in c. per venerabilem. qui filij ſint legit.

STephanūs ſecūdus natione romanus patre cōſtātino: per gradus eccleſiaſticos ad pontificatū peruenit: licet defuncto zacharia Stephanū quendā pręſbyterū Romanum pontificē populus ſtatim creaſſet: qui tertia die pōtificatus ſui ſomno excitus: dum res

domeſticas diſponere incipit morbo apoplexia correptus interijt. Poſt hunc vero cleri ac populi conſenſu in templo ſanctæ dei genitricis ad preſepe, Stephanus ſecundus pontifex creatus, humeris omnium (adeo erat omnibus gratus) in baſilicam ſaluatoris quę etiā cōſtātiniana dicit̄ deportatur, atq; inde in patriarchatum lateranenſem. Erat autem vir ſingularis religionis & prudentiæ, amator cleri, eccleſiarum reſtitutor: xp̄ianæ doctrinę diligēs prędicator & ſcriptor, pater pauperum: pupillorum & viduarum defenſor acerrimus: fortiſſimus & conſtans in rebus agēdis: nō tamen pertinax Placare enim Aiſtulphum Romanorum agros & fines bello vexantem: primo quidem verbis & muneribus conatus eſt.. Nam tributum ſibi rex auariſſimus penderi volebat a populo Romano quotannis ſingulis aureis in capita collatis vnde pōtifex coactus ad externa auxilia confugere: ad Conſtantinum imperatorem conſtantinopolitanum legatos mittit: qui auxilium petant contra Aiſtulphum totam Italiā vexantem: quiq; iam Rauēnam hexarchatus ſedem & magnam partem flamminiæ ceperat. Verum cū id fruſtra ac ſæpius tētaſſet: eius rei cauſa proficiſci ad Pipinum regem franciæ inſtituit. Mittit itaque legatos ad regem qui Aiſtulpho mandet vt ei tuto liceat iter facere per regnum ſuum. Poſtulata conceſſit Aiſtulphus Pipini rogatu. Stephano autem iam fines regni franciæ attingenti Karolus Pipini filius cui poſtea a rebus geſtis magno cognomentum fuit: ad cēteſimum lapidem honoris cauſa fit obuiam. Idem facit & Pipinus tertio ab vrbe lapide qui ex equo deſcendens: &

Cōmēdatio ſtephani.

Aiſtulphus.

Pipinus pōtificem venerat.



pedes ſanctiſſimi viri exoſculatus eſt: & a fræno equi: quo pontifex vehebatur pedes ipſe nunq; diſceſſit, donec hominem in vrbem perduxit: & in cubiculo vbi diuerſaturus erat collocaret. Aiſtulphus autē veritus nequid mali ī ſe Stephanus moliretur. Karolomanū monachū ad fratrē Pipinum mittit qui eum adhortaretur: ne Stephani gratia bellum longobardis inferret: qui certe nō modo monacho non obtēperat: verumetiā eum in Viennenſe monaſterium relegat vbi non multo poſt dolore animi & cruciatu moritur. Interea vero cum pro anni tempore bellum geri non poſſet: Pipinus veteri amicitiæ multum tribuens legatos ad Aiſtulphum mittit, & qui hominem adhortentur res repetitas reddere: aliter enim ſe eas bello & armis breui repeticurum. Non paruit ſanis admonitionibus Aiſtulphus: vnde Pipinus apparente iam vere copias in Longobardos mouet, præmiſſis leuis armaturæ militibus q̄ Aiſtulphi pręſidia e clauſtris alpium deturbarēt. In planiciē deinde inſubriū deſcendens: cum longe ac late oīa depopulatus eſſet: nemine obſtante papiam Longobardorum ſedem obſidione cingit & oppugnat defendente Aiſtulpho & qui cū eo in præſidio erant. At Stephanus tot calamitatibus hominis pertinaciſſimi & prouincialium motus: pacem vltro Aiſtulpho pollicetur: modo ablata reſtituat. Accepit tandem conditiones pacis Aiſtulphus, & plura etiam quamq; peterentur promiſit iureiurando interpoſito. Hanc ob rem Pipinus ſatiſfactum pontifici arbitratus ſoluta obſidione in patriā reuertitur: relicto varreno huiuſce pacis arbitro. Eunt Romam Stepha

Karolomani relegatio.

Superantur longobardi.

nus & Varrenus arbitrati Aiſtulphum promiſ-
ſa breui præſtiturum qui cõtractis celeriter vn-
dicq; copiis tumultuario magis q̃ iuſto exercitu
eos ſubſecutus Romam obſidione cingit:ac ſub-
urbana omnia vaſtat & incendit: maiore prope
damno ex hoc latrocinio accepto, q̃. ccc.iam an-
te &.iiij.ac quadragita annis ab inclinatione im-
perij ſenſiſſent.Rogatus denuo Pipinus a ponti-
fice vt vrbi Romę perfidia: & rabie Aiſtulphi la-
boranti opem ferret exercitum quanta maxime
celeritate poteſt comparat. Interim vero thurci
meliores ſedes expetentes: Alanos primo: mox
Colchos & armenios. Inde minoris aſię populos:
poſtremo perſas & ſaracenos vicũt & opprimũt,
Anno domini.Dcc.lv. Sunt qui ſcribant eos fuiſ-
ſe ſcithas,ex his præſertim: quos Alexander ma-
cedonum rex intra Hyperboreos ferreis repagu-
lis clauſit,hac methaphora vſi q; gentē indomi-
tam in angulum illum tanquã in ergaſtulum in-
cluſiſſet. Verum cum poſt multas illatas inuicem
& acceptas clades de pace inter ſaracenos & thur
cos cõueniſſet decretũ eſt,vt thurci qui in perſi-
de habitabãt:ſaraceni appellarentᷣ:atq; ita æqui-
ore animo ſaraceni in Aſia regnare thurcos paſ-
ſi ſunt:& q; etiam eos breui accepturos Mahume
tanam ſuperſtitionem videbant: adeo erant eo-
rum ingenia ad malum prona. Pipino autē iam
in Italiam cum exercitu deſcendenti Gregorius
conſtantini quarti imperatoris protoſecretarius
fit obuiã hominem inperatoris nomine admonet
ne hexarchatum Rauennatam oppreſſum a lon-
gobardis ad ſe pertinentem:vel pontifici vel ro
manis dedat:ſi ei cõtigerit lõgobardos ſuperare:

Lõgobardi ĩ romanos.

De origine thureorum.



cui Pipinus ita reſpõdet, ſe quidē in italiam ideo
veniſſe,vt & põtifici & populo romano rem gra
tam faceret, cõſulturũq; eorum cõmodis quoad
eius fieri poterit.Deinde vero Papiã mouens ita
Aiſtulphum obſidione preſſit, vt breui eũ coege
rit priſtinas conditiones pacis accipere.Redditus
itaq; romanis hexarchatus eſt quicquid padũ &
apenninum interiacet a placẽtinis vſq; ad ſtagna
Venetorum & quicquid intra Iſaurum flumen
Apenninum & hadriaticũ cõtinetur. Addo etiã
quæ Aiſtulphus de hetruſcis & Sabinis ceperat.
Pipinus autē qui ad radices alpium tandiu conſti
terat,donec deditio fieret, relicto abbate Holca-
do cũ parte copiarum,qui Aiſtulphum in officio
contineret,non prius alpes tranſcēdit q̃ intellexit
Aiſtulphũ in venatione apoplexia interiiſſe,nõ
dum plane deditione facta,Deſiderius autem qui
dux hetrurię erat:copias longobardorum ſtatim
vndiq; contrahit regnũ inuaſurus.Idē quoq; facit
Rachiſius Aiſtulphi frater quem diximus mona
chi habitum ſumpſiſſe. Hunc autem longobardi
oẽs pręter eos qui in hetruria erãt ſecuti ſunt. Ve
rum Deſiderius multa pontifici & romanis polli
citus eos ſtatim in ſnĩam ſuã trahit: qui quidem
ꝓpere legatos ad Rachiſium miſere, atque inter
hos Holcadum abbatē: qui homini mandarent,
vt ab armis diſcederet, ac Deſiderio obtempera
ret. Atq; ita Fauẽtia & Ferraria poſtremo põti-
fici reddita. nomen hexarchatus ceſſat: qui.c.&
lxx.durauerat annos a Narſete vſq; ad captã ab
Aiſtulpho rauẽnã.Foris itaq; pace parta atq; au-
cta mirũ in modũ eccleſię ditiõe, Stephanus habi
ta ſynodo oues ſuas atq; earũ paſtores recẽſet:de-

Hexarchatus Romanis redditur.

Deſiderius ſuper hetruris.

nomẽ hexarchatus ceſſat.

linquentes caſtigat ſeruata clementia, errantes in
viã rectam deducit, ignaros docet & admonet,
Quid deceat epm̃, quid preſbyterum, quid de-
niq; oẽs ſacris initiatos proponit. Litanias præte-
rea inſtituit ad placandã dei iram. Itũ eſt primo
ſabbato ad ſanctam dei genitricẽ ad præſepe, ſecũ
do ad beatũ Petrũ in vaticanũ, tertio ad ſanctũ
paulũ via hoſtienſi. Reſtituit & baſilicas quaſdam
ab Aiſtulpho, dum vrbẽ obſideret cõminutas,
non tamen recuperauit ſanctorũ reliquias, quas
idem rex papiã ſecum detulerat ibique non inde-
core in quibuſdam baſilicis collocauerat. His ita-
que artibus Stephanus vir ſanctiſſimus, bene de
deo, de patria: de ciuibus ſuis, deq; oĩbus xp̃ianis
meritus põtificatus ſui anno. v. men. i. moritur ac
ſepelitur in baſica Petri collachrymantibus omni
bus, tanquam communi parente orbatis. vi. Cal.
Maij. Vacat tum ſedes dies. ij. &. xxx.

Laus Stephani

## Paulus I.

His diebus monachi ecclẽ ſancti Martini apud
turonũ delicijs & pompis vacantes vno dẽ-
pto ab Angelo ſuffocati ſunt.

PAulus natione romanus patre cõſtãti-
no Stephani ſecundi frater, in patriar-
chatu mores & doctrinã eccleſiaſticam
perdidicit, ſub Gregorio ſecũdo & Za-
charia põtificibus a quo in diaconatus
ordinẽ cum fratre aſcitus eſt, verũ mortuo fratre
in ipſo pontificatu cũ ſucceſſor quæreretur, fuere
qui Theophylacũ archidiaconũ ꝓponerẽt. Fuere
itẽ qui dicerẽt Paulũ ob integritatẽ vitę & doctri
nã in demortui fratris locũ ſubrogandũ eſſe, ex-
ploſo itaq; poſt longã contentionẽ Theophylac



ſolus bonorũ oĩm ſuffragijs Paulus pontifex de-
cernitur cõſtantini & Leonis tẽporibus. Erat aũt
paulus vir mitiſſimi ingenij clementięq; ſingula-
ris, & adeo ſaluatoris nr̃i imitator vt nulli vnq̃
malũ pro malo reddere: ſed cõtra malos a quib⁹
perſępe iĩuria afficiebat, in bono vĩceret. Hic aũt
tantæ pietatis & humanitatis fuit, vt noctu cum
duobus & amplius tribus familiaribus cubicula
pauperum ægrotantiũ circuiret. Vnũquẽq; eo-
rum, & verbis & eleemoſynis ad recuperãdã va
letudinem cohortatus. Carcerem quoq; frequen
ter adibat, indeq; plęroſq; ære alieno nexos. per-
ſoluto creditoribus precio dimittebat. Pupillos
& viduas circũuẽtas fraude cauſidicorum tueba
tur, & eleemoſinis ſubſtẽtabat. Idẽ quoq; cõgre-
gato clero vniuerſoq; pop. ro. corpus beatæ Pe-
tronillæ Petri filiæ vna cum ſepulchro marmo-
reo his litteris notato, petronillæ filię dulciſſimæ
ex via appia in vaticanum detulit canentibus (vt
fit) ſacerdotibus populoq; celebritatem agente
Atq; corpus ipſum ſanctiſſimum in templo A-
pollinis ad caput baſilicę petri dedicatæ colloca-
uit. Interea vero cũ cõſtãtinus imperator ſacras
imagines vbiq; demolitus conſtantinũ regię vr-
bis epm̃ impietati ſuæ reſiſtentẽ, verberibus ne-
caſſet, in locũq; demortui Nicetam ſpadonẽ ſui
ſacrilegij conſcium ſuffeciſſe, pontifex ipſe omni
ex parte religioni cõſulẽs, nũcios cõſtãtinopolim
mittit, qui imperatorem adhortarẽtur vt ſacras
imagines & ſtatuas reſtituerer, id ſi facere recuſa
ret, eidẽ anathematis cenſurã minarẽtur. Sed cõ
ſtãtinus in ſacrilegio ſuo pertinax, & ſanas admo
nitiones cõtempſit, & Sabinum Bulgarorũ regẽ

Notẽt boni paſtores.

Emptio carceratorum.

Corpus beatę petronillę in vaticanũ defertur.

Cõſtantinus.

in demoliendis ſacris imaginibus eius impietate
Fędus imperatoris iniquiſſimum. imitatū,in gratiā recepit,cum antea bello Bulgaros perſecutus fuiſſet. Aſcito deinde Leone filio
eius nōīs quarto ī partē imperij,cui Hirenē Athenienſem mulierū oīm pulcherrimā ī matrimoniū
collocarat,ſed⁹ cū ſaracenis inijt,ſtomachū orthodoxis xp̄ianis facturus. Interea vero Pipinus :&
Pipinus. Taxillonē Bauarorū ducē ſuo īperio ſubijcit,&
ſaxones ī amicitiā recipit,hac tñ cōditiōe vt trincētos equites,quotiēs bellum geri oporteret,auxilio mitterēt:cum Aquitanis diuturnum ei fuit
bellum, qđ quidē poſtremo Karolo adoleſcenti
cōmiſit, cū ipſe ſenio cōfectus intereſſe nō poſſet.
Hoc bello abſoluto Karolus Borbonium claromontē, & multa de aluernis oppida vi cepit. At
Pipinus quē diximus rnnis grauē eſſe, nō ita multo
karolus. poſt moritur,duobus filijs Karolo ac Karolomano in regno relictis.
Laudes Aiſtulphi. Sunt qui ſcribāt hoc tēpore mortuum eſſe Aiſtulphum longobardorū regē quē diximus multa ſanctorū corpora Roma
Papiā ſecum detuliſſe, eorumq; ſacella ædificaſſe
ac monaſteria virginum vbi filias deo dedicauit,
Monachos autē ſupra modum dilexit,quorū etiā
in manibus regni ſui anno.vi.men.v.moritur,in
principio regni nimium ferox & audax , in fine
moderatus. Tantę pręterea literaturæ fuit, vt edicta longobardorum in leges retulerit. Huic autē
(vt dixi) Deſiderius dux ſucceſſit langueſcente
iam ob delitias longobardorum virtute. Moritur
& Paulus in Baſilica Pauli via hoſtienſi reſtitutis
quibuſdā eccleſijs vetuſtate collabētibus pontificatus ſui anno.x.men.i.eiuſque corpus magna ſolemni pompa in vaticanum defertur. Vacat tum



ſedes annum vnum.menſem vnum.

## Stephanus. III.

Poſt Paulū ſucceſſit Cōſtātinus.ij.qui laicus exiſtēs ſubito factus preſbyter tyrānice papatū
inuaſit tandem zelo fideliū eijcitur & oculis
priuatur & fuit quintus papa infamis.

STephanus. iij. natione ſiculus , patre
olibo anno dñi.Dcc.lxviij. pontificatū inijt,vir certe doctus atq; eruditus & in rebus agēdis,maxime vero eccleſiaſticis ſtrenuus admodū ac
conſtās.Hic em̄ a teneris annis Romā veniēs,mādato Gregorij tertij in monaſterio ſancti Cryſogoni rationē bñ viuendi & doctrinā eccleſiaſticā
perdidicit,accepto clerici ac mōachi ordine. Vocatus deinde a Zacharia pontifice in patriarchatū
lateranenſem,cum eius vita & doctrina ab omnibus probaretur,ſanctę Cecilię preſbyter cum titulo inſtituitur,quē tñ & Zacharias,& Stephan⁹
& paulus a ſe nunq; dimiſere tātæ probitatis erat
& pręſtantię in agendis rebus. Mortuo autē paulo,quē nūq; ne in extremo quidē ſpiritu reliquit.
Deſiderius quē ex duce regē longobardorū creatum eſſe adiuuāte Paulo diximus , liberatus omni metu Pipini morte, Totonē Nepeſinū ducem Deſideri⁹
adhortatur , vt conſtantinum fratrem vi etiam
quando largitione & ambitione fieri non poſſet:
pontificē deligat,Is itaq; Romā cum exercitu profectus conſtantinum fauētibus quibuſdam largitione & pollicitationibus corruptis pontificem
creat.Fuere etiam qui Philippum quēdam huic
proponerent, qui ſtatim abdicare ſe magiſtratu
armis compulſus eſt;Cogitur & Gregorius Pre-

Cōſtantinus.vi. p̄byter conſecratur.

neſtinus ep̄s cōſtātinū ipſum laicum ſacris ſtatim initiare,atq; ep̄m inūgere,cuius manus, ita ob eā rē exaruiſſe miraculo dicuntur, vt eas ori admouere non poſſet.Cum cōſtantinus munera pontificatus per annum obſtinate exercuiſſet,tandē e ſede deijcitur a populo ro. ira & indignitate rei percito,in eiuſque locū oīm ſuffragijs Stephanus iij.ſufficitur.Hāc ob rē Conſtantinus in baſilicam ſaluatoris p̄ductus videntibus oībus, ac ſacris canonibus plectis, vt fieri ſolet: depoſito pōtificali habitu magiſtratu ſe abdicat, in monaſterio vitā priuatā ducere iuſſus. Tūc vero Stephanus in baſilica ſancti Adriani inter tria fora a tribus epiſcopis cōſecratus & ab vniuerſo clero ac populo vt verus pontifex ſalutatus:ad corrigendos mores, quorundā improborū labefactare integritatem eccleſię romanę volētiū animū adicit.Indicto itaq; cōcilio Karolū literis ac nūcijs adhortatur, vt primo quoq; tp̄e ep̄os quoſdā Gallię ad hāc rē doctrina & integritate morū idoneos, Romā q̄primū mittat:Idē quoq; cæteris principibus xp̄iani nominis ſcribit Obtēperarunt oēs mandato pōtificis.In lateranenſi baſileca conciliū habetur.Multa inter ſe de cōponendis eccleſiæ rebus collocuti Conſtantinū ad ſe perduci iubent. Nā cū Deſiderij longobardorū regis ſubornatione,& Pauli cognomento aphiarthę imperatoris cōſtantinopolitani fraude crebę ſeditiōes in populo, ro. orirentur,q̄ Deſiderius reuocare animos romanorū a Karolo ad imperatorē ſtuderet, & interfecti plęrique ſunt,& Cōſtātinus, cuius cauſa tot mala cōmittebantur,ab aduerſa factione reclamante Stephano & indignāte oculis priuatur,Sed ire obuiā

Reformatio eccľiaſtici ſtat9.



populo in furorem verſo non licet.Perductus itaque in medium Conſtantinus & accuſatus:q̄ nullis ſacris initiatus ſedem apoſtolicam occupaſſet, omne crimen in vim populi & quorundā facinoroſorum reijcit,q̄ ſe etiam inuitum coegerint pōtificatum obire.Cum vero in pauimēto pronus & ſupplex iaceret veniam petens,cōmiſeratione moti,qui aderant,eum e medio duci iubent atq; ita rem integram in ſequentem diem reijciunt, maturius conſulturi, quid in tali re facere oporteret.verum Conſtantinus ſequenti die in concilium rediens mutata ſententia oſtēdit,quę adhuc egerat maiorū exēplo feciſſe,q̄ & Sergius Rauennatum archiep̄s,& Stephanus Neapolitanorū ex laico ep̄s creatus ſit.Ob hanc vero impudentiam indignati,qui in concilio aderant,eū turpiter eijcientes ad cōponendā remp.chriſtianā aīm adiecere abrogatis primo conſtantini decretis,Inſtitutū eſt autem omniū conſenſu,ne quiſquam laicus niſi per gradus eccleſiaſticos aſcendens pontificatum occupare auderet, ſub anathematis pœna. Promulgatum eſt item, vt qui epiſcopatus dignitatem conſtantini tempore conſecuti fuerant, magiſtratu ſe abdicantes ad priſtinos ordines reciderent.Quod ſi iſtorum vita & doctrina a populo probata fuiſſet placere, vt ad ſedem apoſtolicam venientes denuo conſecrarentur. Idem de preſbyteris & diaconis adiudicatum eſt. Vetitum tamen eſt,ne qui iſtorum maiores gradus attingerent, veritos credo; ne quid erroris aut ſecta aliqua inde oriretur,tanquam ex ſeminario quodam diſcordię ac ſeditionis.Conſtitutum eſt præterea:vt quæ Conſtantinus in re ſacra egiſſet

Conſtitutiones cōcilij latera.per Stephanū

ırrita haberent, præter baptiſmũ & chriſma. Po-
ſtremo vero abrogata ſynodo cõſtãtiniana, qua
decretũ inter græcos fuerat, vt ſctõrũ ſimulacra
& ſtatuę e tẽplis abraderẽtur eijcerẽturvę cõſtitu
tũ eſt vt eędem ſtatuę vbiq; reſtituerẽtur anathe
matiz ãtes execrabilẽ & pernitioſam illã ſynodũ,
qua dei immortalis cõditio peior q̃ hoĩm fieret.
Referre enim ſtatuas mortaliũ bene de rep. meri-
torũ licet, ne ingrati videamur, vtq; eorum facta
ęmulatiõe imitari cogamur, dei nõ licet: quẽ ſem
per ante oculos ſi fieri poſſet habere deberemus,
ſi eius merita erga humanũ genus: ſi naturę diui-
nę dignitatẽ inſpicimus. His vero ex ſentẽtia pe-
ractis decretũ eſt, vt ſequenti die ſupplicationes
haberentur, quibus & deo gratias agerent, & irã
ipſius ſi qua ex hoĩm peccatis cõcepta eſſet, placa
rent. Itum eſt autẽ a lateranenſi baſilica ad ſanctũ
Petrũ cum maxima oĩm religiõe nudis pedibus
& a pontifice & ab omnbus qui tum aderãt. Nũc
vero adeo refrixit pietas & religio non dico nu-
dis pedibus ſed caligati & coturnati vix ſupplica
re dignãtur. Non flẽt inter eundũ, vel dũ ſacrifi-
catur, vt illi ſancti patres, ſed rident & quidẽ im-
pudenter, de his etiã loquor, quos purpura inſi-
gniores facit, nõ hymnos canunt. id enim ſeruile
videtur: ſed iocos & fabulas ad riſum concitan-
dum inter ſe narrãt. Quid plura? quos quis dica
tior eſt & petulãtior, eo maiorẽ in tam corruptis
moribus laudẽ meretur. Seueros & graues viros
reformidat hic noſter clerus. Quid ita? quia intã
ta licẽtia mallũt viuere, quã bene monẽti aut co-
gẽti obtẽperare, & ob eã rẽ xp̃iana religio quoti
die in peius labitur. Ad Stephanũ virum ſanctiſ-

Pontifex nudis pedibus graditur.



ſimũ redeo, qui peractis ſupplicationibus: ſtatim
quę in cõſilio acta erãt: & voce apocriſiarij & ſcri
pto promulgauit pœnãq; anathematis illis pro-
poſuit, qui abrogare auderẽt: quæ in ſctã ſynodo
inſtituerãt. Verũ non ita multo poſt: mortuo Ser
gio rauennatũ archiep̃o, michael eiuſdẽ eccleſiæ
Scriniarius ſedem occupat: nullis ſacris initiatus:
adiuuãte Deſiderio rege & Mauritio Ariminẽ-
ſiũ duce, quos michael pecuniæ & largitiõe cor-
ruperat, pulſo leone archidiacone quẽ potiſſimũ
clerus expetebat. Auſi quinetiam miſſis ad Ste-
phanũ legatis cũ pecunia ſubornare: vt eundem
Michaelẽ in eccleſia cõfirmaret: qui nõ modo do
na reiecit, verumetiã edictum propoſuit, quo ille
anathematis pœna notaretur, niſi ſedẽ relinque-
ret, quã cõtra ius faſq; occupauerat. Tam diu ta-
men vi Rauennatum eã obtinuit, quãdiu aliquid
habuit, & p̃phanũ & ſacrũ quod Deſiderio mu-
nerum cupiẽtiſſimo elargiretur. Verũ cum pon
tifex eo legatos ſuos miſiſſet, cum oratoribus ka
roli regis ob eã rẽ in Italiã miſſis, admonuiſſent-
que quid maxime põtifex expeteret, ſtatim eie-
cto Michaele, Leonẽ deligunt, quẽ põtifex cõfir-
mauit. At vero cum ob hanc rẽ a Deſiderio clã-
culum vexaretur. Karolũ rogat Deſideriũ ad-
moneat vt ab iniuria inferenda caueat. Fecit id
karolus: & quidẽ perdiligẽter, retinere tamẽ ho-
minẽ in officio armis nõ potuit: q̃ ei mortuo fra
tre, qui ſecum paribus animis biẽnio regnauerat:
multa bella obire neceſſe fuit. Aquitanos enim
quod bellũ pater inchoauerat: in poteſtatem ſuã
redegit, Vaſcones domuit in Aquitania poſitos.
Deinde vero tranſmiſſis pyrenęis mõtibus fuſis

Deſiderio.

ac fugatis ſaracenis vſq; ad Betim flumen perue-
nit: quo nũc ĩ Hiſpania ſaraceni granatæ ſe cõti-
nent. Interim vero Stephanus paſtor q̃ diligẽtiſ-
ſimus: & verus Petri ſucceſſor, ac xp̃i imitator,
iiij. pontificatus ſui anno moritur, mẽſe. v. die. vij.
&. xx. ſepeliturq; in baſilica Petri: eius autem ex
morte dies nouem ſedes tum vacat.

## Adrianus I.

Iſtius põtificis acta trãſlata fuere in c. nullis lai-
corũ & in c. Adrianus. liij. diſt. cui in gloria
tẽporali & diuitiarũ opulẽtijs ſimilis nõ fuit.

ADrianus primus patria Roma-
nus, patre Theodoro ſummæ no
bilitatis viro: pontificatum iniẽs
nequaquã a maioribus ſuis de-
generauit. Nã magnitudine ani
mi cõſilio doctrina & ſanctitate
vitæ: cum quouis optimo põtifice comparari po
teſt. Cuius amplitudinem Deſiderius longobar-
dorum rex veritus ſtatim de pace ineunda & de
amicitia mentionem per legatos fecit. Verũ A-
drianus cognita hominis perfidia pluſquam pu-
nica in aliud tempus pacem diſtulit. Interea vero
Bertæ in- mortuo Karolomano, Berta eius coniux Hilde-
uidia ĩ Hil gradæ Karoli vxori ob amplitudinẽ mariti in-
degradã. uidẽs Adoarij cuiuſdam cõſilio vſa cum filijs ad
Deſiderium regẽ in Italiã cõfugit: qui eam per-
benigne ſuſcepit, & q᷑ ſe tutiorẽ futurũ ac ratione
ab impetu gallorũ exiſtimabat: & q᷑ Frãcos pro-
poſitis karolomani filijs facilius ſumpturos arma
in karolum regem: ſi quid in ſe moueret arbitra-
retur, verum cum obtinere ab Adriano p̃cibus
non poſſet, vt filios karolomani reges ĩungeret,



ad vim conuerſus in Rauennates mouens ditio-
ni Romanæ obtemperantes, fauẽtiam & Coma-
chum vi cepit. Præerat tum Rauennæ archiep̃s
& tribuni tres qui primo quoq; tẽpore ab Adria
no auxilium petiere. Pontifex autem primo qui-
dem Deſiderium nũcijs & litteris adhortatus eſt,
vt ſuis finibus ſe contineret: nec ditionem eccle Deſideriꝰ
ſiæ inuaderet. Deinde vero vbi intellexit eũ Vr
binum Senogalliam & eugubium cepiſſe: tum
magis atq; magis minari, cum paulopoſt affutu-
rum deum vindicẽ violati fœderis diceret. Qui
quidem in tantis minis nil aliud dicebat, q̃ ponti
fici in ſuas partes tranſeundũ eſſe. Separare enim
hominẽ ab amicitia Caroli omnino nitebatur, &
ob hanc rem cum p̃cibus & pollicitationibus id
obtinere nõ poſſet: minabatur ſe vrbẽ breui ob-
ſeſſurum. Iam enim ſpoletũ cum Aldagiſio Ca-
rolomani filio venerat: ĩde tamẽ ad vrbẽ puen-
turus (vt ip̃e dicebat) pacato agmĩe voti gratia.
Verum Adrianus redactis in vrbẽ reliquijs oĩm
baſilicarũ quę extra vrbis mœnia habebant tres
ep̃os ad ad deſideriũ miſit: qui ei ſub anathema-
tis pœna minarent: ne vllo mõ fines romanos at-
tigeret. Rex igit̃ veritus ne irã dei ĩcurreret ĩ Ciſ
alpinã ſtatĩ redijt. Interea vero Carolus ab adria
no de ĩiuria ſibi illata certior factus, Deſideriũ p
legatos admonet: ac fruſtra quidẽ: vt res iniuria
ablatas põtifici reſtitueret: aliter ſe breui cũ exer
citu affuturũ: vt q̃d ſpõte nollet, id vi facere co-
geretur. Vtriq; igit̃ magni parãtur exercitus, ſed
Carolus mira celeritate vſus, pręmiſſa parte co- Carolus.
piarũ quæ ĩ trãſitu alpiũ iouis montẽ occuparet,
cũ reliquo exercitu per mõtẽ Ciniſium ĩ Italiam

descendit:fusoq; ac fugato Desidero obuiã facto omnia lõge ac late populãtur & capit. Desiderius autẽ desperatis rebus tãto accepto incõmodo Papiam se recepit: vxore ac liberis Veronã missis. At Spoletini:Reatini:ac longobardi oẽs, qui eas regiones incolebãt, audita Desiderij calamitate

*Mos Longobardorum.*

Romã veniẽtes, se ac sua omnia Romani põtificis fidei cõmittunt. Adhibito iureiurando deposito capillo & barba, quod apud eã gentẽ maximum veræ deditionis signum erat. Horũ secuti exemplum Anconitani auximates Firmani pontifici se ac sua libere dedunt. Lõgobardis autẽ ad suos redire nolentibus Vaticani sedes ad incolẽdum cõcessa, quo postea ex tota Italia multi suæ gentis cõfluxere istorũ exẽplo ꝑmoti. At karolus relicto Bernardo patruele suo ĩ obsidiõe Ticinẽsis vrbis, cum parte copiarum Veronã ꝓficiscitur. Quę quidẽ ciuitas haud ita multo post inclinãte in ꝑtes frãcorum: Bertæ ac Karolimani filijs deditionẽ fecit. Aldegisius vero Desiderij filius inde abiẽs ad imperatorẽ cõstãtinopolitanum cõfugit. Karolus autẽ acceptis ĩ deditionem omnibus ferme trãspadanæ Italiæ vrbibus Romã petit. vna cum põtifice resurrectiõis festũ celebraturus:

*Karoli in vrbẽ aduentus.*

Cui iã vrbi appropinquãti ad tria milia iudicũ honoris grã occurisse Bibliothecarius scribit: iudices eos vocãs: qui nequaquã sordidis artibus impliciti essent. Expectabat hominẽ Adrianus cum clero suo ĩ gradibus scti Petri: quẽ quidem accedẽtẽ mira beniuolẽtia cõplexus est, nec retinere eum potuit: quo minus pedes suos exoscularetur. Inde post datã acceptãq; salutẽ basilicam ingressi: cum ad altare apostoli simul perue



*Põtifex & Carol. fœdus ineũt.*

nissent. iurauerũt mutuo Carolus: ac põtifex Romani ac Frãci: & perpetuã se amicitiã seruaturos: & cões eorum hostes fore: qui alterã partẽ lacessissent. Vrbẽ deinde ingressus: oẽs basilicas pie admodum & religiose inuisit, ac muneribus quibusdã ornauit. Nudius vero quartus posteaquã Vrbem ingressus fuerat, quod dono pater Pipinus Gregorio tertio dederat, eadẽ ipse amplioribus priuilegijs confirmauit iureiurando interposito. Quæ quidẽ (vt Bibliothecarius refert) hæc sunt: quicquid ĩ lyguria ab vrbe Luna iãpridem euersa: vsq; ad alpes Italię fines ꝑtinet, huic ditioni additur, & corsica ĩsula: & quicquid Lucã & Parmã interiacet. Additur & Forumiulij cũ hexarchatu Rauẽnatum: cumq; Beneuentano & spoletino ducatu. His autẽ rebus ita cõpositis: Carolus cum bona Adriani gratia ĩ trãspadanã rediens sexto mense posteaquã obsideri capta est, Papiã deditione occupat. In Desideriũ autẽ clementia vsus hominem spoliatum regno, non etiã vita Lugdunum cum vxore & liberis exulatum mittit.

*Arachis.*

Versus deinde in Arachim Beneuentanum principẽ Desiderij generum, qui eius furores iuuerat hominem pacẽ petere breui coegit duob⁹ filijs obsidibus datis.

*Cõfirmatio cassini monasterij.*

At vero dum iter in Cisalpinam facit: ad Cassinũ diuertens religionis causa: omnia monasterij dona ab alijs prĩcipibus diuo Benedicto data cõfirmauit. Atq; ita se datis in tota Italia rebus, ꝓpositisq; Cisalpinæ firmissimis præsidijs cum magna pręda & gloria in patriã reuertitur.

*Pauli diaconi relegatio.*

Caroli fratris vxorẽ & liberos secũ ducens quos quidem semper in honore habuit. Paulum quoque lõgobardũ Aquileiẽsis patriarchatus dya

conum Deſiderio ob doctrinã & ingenium ad-
modum carum ſecum ĩ galliã ducẽs: libertate do
nauit in p̄cioq; aliquãdiu habuit. Verum cũ poſt-
ea cõperiſſet hominem Deſiderij libertatẽ quæ-
rere, eum in Diomedis inſulam relegauit, vnde
poſt aliquot annos aufugiẽs & ad Arachim per-
ueniens: rogatu adelpergę Deſiderij filiæ & Ara
chis vxoris Eutropij hyſtoriæ duos libros addi-
dit, a Iuliano prĩcipe vſq; ad primi Iuſtiniani tẽ-
pora oĩa ꝑſcribẽs. Mortuo deinde Arachi Caſſi-
nenſe cœnobiũ ingreſſus, reliquũ vitæ ſctĩſſimæ
vſq; ad mortẽ ducẽs: ſæpe ad Carolum regẽ litte
ras elegãtes: & humanitatis plenas ſcripſit: ab eo-
dẽq; a quo fuerat ob litteraturã ſeruatus viciſſim

Regnũ lõgobardorum.

accepit. Lõgobardi itaq; quarto. & .cc. ãno poſt-
quã in Italiã venerant regnũ amiſere. anno dñi.
Dcc.lxxvi. Carolus autẽ nulla interpoſita mora

Saxones.

in ſaxones idololatras, qui ob eius ĩ Italiã diſceſ-
ſum rebellauerãt, mouet, eoſdẽq; quibuſcum ad
xxx. annos bella geſſerat, vicit, & fidẽ xp̄i omni-
no ſuſcipere cogit. Cõuerſus deinde in Hiſpanos
a noſtra quoq; fide alienos. Pampalunã & augu-
ſtam vi captas militibus diripiẽdas cõceſſit. Neq;
Hiſpanis pacem & quietem daturus erat niſi ipſi
quoq; integre fidem xp̄i recepiſſent. In Galliam
vero tum quoq; rediens rebus ex ſentẽtia geſtis,
dum Pyrenæos trãſit: in Vaſconum inſidias inci
dit quo in prelio licet ſe acriter tutatus ſit. Anſel
mum tamen & Egibardum ſummos in bello du-
ces amiſit. Sunt qui eo quoq; prælio cecidiſſe ſcri

Rolãdus.

bant Rolãdum Caroli ex ſorore nepotẽ: poſt edi
tam ingentem hoſtium cędem & ſtragem. Perie-
rit ne ſiti (vt aiunt) an vulnere haud ſatis conſtat.



Vaſcones vero tãdem a Karolo ſuperati: defe-
ctionis ac perfidiæ meritas pœnas dedere. Mouet

Taxillo.

bellũ in Frãcos Taxillo Baiouariæ dux Deſide-
rij gener: ſollicitatis hunnis: quod quidem celeri-
tate ſua prius pene Karolus cõfecit q̃ inchoatum
ſit, huic quoq; pacẽ nõ negauit: acceptis prius ob

Cõſtãtin⁹ elephãtiæ morbo corripit.

ſidibus. Dum hæc ĩ Gallia gererẽtur, Cõſtãtinus
in oriẽte ĩperator elephantiæ morbo correptus:
vnde fortaſſe nata eſt illa de lepra magni cõſtan
tini vana opinio: ob ſimilitudinẽ nominis mori-
ens Leonẽ .iiij. ĩperatorẽ reliquit: qui adeo gẽmis
delectatus eſt: vt direpto ſacrario ſãctę Sophię co
ronam magni põderis ac p̄cij ſibi cõſtituerit: qua
quidẽ ita frequẽter vtebatur: vt aut ꝓpter pon-
dus: aut ob frigiditatẽ lãpillorum ſubito morbo

Pauli. ij. muliebre geſtamẽ.

correptus ſit. Idẽ quoq; accidiſſe noſtra etate Pau
lo. ij. putauerim, qui adeo his muliebribus delini-
mentis delectatus eſt, conquiſitis vndiq; magno
p̄cio gẽmis: & exhauſto pene eccleſiæ Romanæ
ærario vt quotiẽſcunq; in publicũ ꝓdiret Cybe-
les quędã phrygia ac turrita: nõ mitrata videre-
tur. Hinc ego ortam tum ſudore prępinguis cor-
poris: tum gemmarũ põdere apoplexiã illã puto
qua correptus ſubito morbo interijt. Leone itaq;
mortuo, Hirene eius vxor & filius Cõſtãtinus. vi
imperiũ accipiẽtes, cõcilio. ccc. & .l. ep̄orum ĩ Ni-
cena vrbe ſecũdo habito: inſtituere: vt qui ſacras
imagines delendas dicerent: perpetuo anathema
te notarentur. Quam quidem cõſtitutionẽ Con
ſtantinus adoleſcens patris flagitia ſecutus quo-
rundã improborũ ſuaſu: nõ ita multo poſt & ab-
rogauit, & matri omnino adminiſtrationem im-
perij abſtullit. Repudiata deĩde vxore Theodo-

ram eius ancillã corona imperij auguſtiorẽ redditam in ſuos cõplexus traduxit. Subornauit & duces ſuos:quos ĩ Italia habebat cõtra finitimos. Hos quidem vnico nuncio ſua auctoritate Carolus in officio cõtinuit,qui tum in Sclauos & hunnos, quos vngaros merito dicemus, copias mouerat: ꝙ horum incurſionibus circa Danubium vexarentur oĩa quibus certe perdomitis in Franconiã duxit maiorum ſuorum natale ſolum:vnde Franci nomen ſumpſere, qua quidem in prouincia haud magno negocio in poteſtatẽ ſuã redacta, biennio poſt Theophylacius & Stephanus epiſcopi inſignes Adriani nomine Synodũ Francorum Germanorũq; epiſcoporum habuere.in qua:& Synodus(quam ſeptimã Græci appellãt) & hęreſis Fœliciana dẽ tollendis imaginibus abrogata eſt. Adrianus vero opera & auctoritate Caroli a terrore bellico ſecurus:ad exornandam vrbem:ſacraſq; baſilicas animum adicit.Nam & corpus beati Pauli laminis argẽteis incluſit:& altare Petri/pallio exornauit auro ĩtertexto.in quo depicta hyſtoria inerat quemadmodũ Angelus beatum Petrum e vinculis liberauerat. Reſtituit item & ſtrauit marmoribus Pauli apoſtoli atriũ iam antea vetuſtate collapſum. Inſtituit item:vt ſingulis diebus centum pauperes in atrio lateranenſi paſcerentur in quo etiã diſcumbentes pauperes picti cernebãtur. Reſtituit prętérea magna impenſa aquæductus quoſdã:& vetuſtate & hoſtium maleficio collapſos. Alphentinum potiſſimum ductũ iam antea ab Auguſto via claudia ex lacu alphentino duobus ac viginti millibus paſſuum in ſubiacẽtem tranſtyberinã regionem:

Frãci vnde nomẽ ſũpſerunt.



magis ad vſum ortorũ naumachiæ thermarũve quã ad potũ,cũ aqua illa inſalubris haberetur. Sabatinũ vero ex lacu Sabatino nomen ducẽs quẽ quidẽ lacũ alio noĩe angularem appellãt,a tribus angulis quos prę ſe fert via aurelia in vaticanum duxit,vt eo vterẽtur ſacerdotes beati Petri,tum ad vſum baſilicę,tum ad lauandos chriſti pauperes,qui in paſcate eleemoſinam accepturi lauabantur ad imitationẽ apoſtolicę doctrinę & religionis.Molẽdi quoq; vſum ea aqua interdũ præſtabat,e ianiculo in planũ cadens. Sabatinum autẽ lacũ angularẽ etiã appellatum fuiſſe declarat emptio Polę rutilię:quę fundũ hac ratione in ripa lacus Sabatini vel angularis emit.vt quicquid agri exhauſto lacu deſecaretur:id fundo Polæ adiudicaretur,quaquaverſum fundus tẽderet. Reſtituit & Iuliã a.xij.lapide via latina in vrbẽ ductã quæ qdẽ(vt ait Frõtin⁹)repulę ex agro Tuſculano ductæriuũ intercipit. Ita vero claudiã formã reparauit via ſublacẽſi cõceptã ad. xxxviij. lapidẽ ex duobus fontibus ampliſſimis, vt eius aquę pars in baptiſterium ſaluatoris ad lateranum deriuaretur.Reſtituit etiã virginis formã ab octauo lapide via Collatina in vrbẽ introductã. Tecta quoq; multarũ baſilicarũ ob vetuſtatẽ ruinam minantia reſarſit. Dũ vero his opibus detineretur Adrianus, adeo in immenſum excreuit tyberis, vt & portam Flammineam a fundamẽtis euerterit:& pontem Antoni Pij,quem olim ſublicium vocarunt,inter Ianiculum & Auentinum & multa vrbis ędificia demolitus ſit, ſecum & arbores & ſegetes & vrbis ornamenta trahens. In tanta autẽ calamitate hac diligentia Adrianus vſus eſt:vt

Excreſcẽtia tyberis.

per vicos nauiculas mitteret, vnde cibaria ob
execreſcentiam aquæ egredi domo nequeũtibus
ſumminiſtraretur. Eos pręterea qui tanta calami
tate magis ac magis vexati fuerant, & verbis &
muneribus conſolatus eſt. Turres & vrbis muros
collapſos reſtituit: cẽtum auri libris in eo ſumptu
expenſis. Quid plura? Nil prętermiſit in vita A-
drianus, quod ad bonũ principẽ: ad optimum põ
tificẽ pertineret. Nã & religionẽ chriſtianã: & li-
bertatẽ ciuium ſuorum: & vitã pauperum pupil-
lorum, viduarum acerrime tutatus eſt. Moritur
autem põtificatus ſui anno. iij. & .xx. menſe. x. die
xvij. ſepeliturque magna cum laude in baſilica
Petri. vij. kalen Ianuarij.

## Leo III.

Leonis cõ mẽdatio

LEo. iij. patria romanus, patre Azzupio:
pontifex creatur, ac merito quidẽ. Ab
ineunte enim ætate ita erat educatus
& eruditus diſciplina eccleſiaſtica, vt
dignus eſſet qui cęteris anteferretur. Fuit præte-
rea vir caſtus: integer, pudicus: facundus. Docto
rũ virorũ ita amator, vt eos vndequaq; ad ſe pręmijs allicerert, eorumq; cõſuetudine mirũ in mo-
dum delectaretur. Pręterea vero ęgrotos viſere,
eoſq; ad patientiã adhortari, eleemoſynas indigẽ
tibus prębere, deſperatos cõſolari, errantes in viã
rectam deducere, prędicationibus, admonitioni
bus, quibus plurimum ob eloquentiã & doctrinã
valebat ei peculiare fuit. Homo certe ita mitis in
genij, vt omnes diligeret, neminẽ odio haberet,
tardus ad iram, ad miſerendũ promptus: inſignis
pietate: fortiſſimus rerum eccleſiaſticarum, hono
riſq; diuini procurator & defenſor. Creatur ita-



que (vt dixi) pontifex vno omnium conſenſu in
natalitijs Stephani prothomartyris: ſequentique
die acclamãtibus oĩbus præ fauore in ſede Petri
collocat. Iiſdẽ vero tẽporibus Cõſtãtini impera-
toris mater Hirene filij flagitia nequaq; ferens: im Hirene
pellentibus quibuſdã ciuibus cõſtãtinopolim re
uertitur, ac cõſtãtinũ oculis priuatũ in carcerem
cõijcit vbi & merito tanq; ſacrilegus minimeq;
pietatis. qppe qui matrẽ relegauerat vitã finiuit.
Interim vero cũ Karolus multis rebellãtibus vn
diq; laceſſeret, Pipinũ filiũ in vngaros miſit quos
quidẽ grauibus pręlijs ſuperatos, tandẽ ad dedi-
dionẽ compulit. Adelphonſus autem Aſturiæ &
Gallię rex: acceptis a Karolo auxiliaribus copijs,
ſuperatiſq; ſaracenis Vlyxibonã vi cepit, quive-
ro in præſidio barchinonæ erant Karolo audita
Adelphonſi victoria ſe confeſtim dedũt. Superã-
tur & Bauari, qui Foroiulianos vexabãt ab Hen
rico karoli præfecto. Interea vero Leo tertio. dũ
ſupplicationes a beato Gregorio inſtitutas Ro-
mæ agit cum populo & clero, Paſcalis primi-
cerij & campuli preſbyteri fraudibus, apud æ-
dem beati Syluestri captus ac pontificali ami-
ctu priuatus, multiſque verberibus adeo cęſus:
vt oculis & lingua captus putaretur in monaſte-
rio ſancti Heraſmi in vincula conijcitur, vnde
poſtea albini cubicularij induſtria cuſtodes fal- Capit leo
lens, in vaticanum ſeſe proripuit: ibique tan-
diu latuit quoad Vinigiſius ſpoletinorum dux
clanculum accerſitus, eum incolumen Spoletum
perduxit, cohortibus militum in itinere ſtipa-
tum, ne aliqua hoſtiũ vi obrueretur. At ſeditio-
ſi cum ſæuire in Leonem & albinum nõ poſſent:

eorum domos a fundamentiis diruũt. Idẽ quoq; (adeo audaces erãt & temerarij) ad Karolum qui tũ bellum contra Saxones gerebat, quocq; leonem profectum intellexerant, accuſandi hominis cauſa peruenere. Verũ Karolus reiecta in aliud tẽpus diſceptatione pontificẽ cũ egregio comitatu Romã mittit, ſe eo breui peruenturũ pollicitus cõponẽdarũ rerũ italicarũ gratia. Leoni vero ad pontẽ miluiũ honoris & gratulationis cã clerus ac poplus romanus obuiã factus, virum ſanctiſſimum in vrbẽ introducunt. Karolus autẽ non diu immoratus ꝑ Magũtiacos in Belgis poſitos, Noricumq; montẽ in Forũiulij deſcẽdẽs. Taruiſinos graui ſupplicio affici. ꝙ hẽricũ præfectũ occidiſſent. Creato vero in huius demortui locum altero, Rauennã primo, mox Romã expectatus proficiſcitur. vrbẽ ingredienti omnia certe, & merito quidem honoris genera adhibita ſunt. Octaua autem die poſteaꝙ vrbẽ ingreſſus fuerat, in baſilica Petri aſtãte populo & clero epiſcoporũ omniũ qui eo ex tota Italia & Francia cõuenerat, ſententias de vita & moribus pontificis rogat. Verum ab omnibus vna voce reſponſum eſt, ſedem apoſtolicã oĩm eccleſiarũ caput a nemine (laico præſertim) iudicari debere. Omiſſa autẽ ob tã graue reſponſum a Karolo quæſtione, Leo põtifex qui id iudiciũ maxime expetebat ſuggeſtũ conſcendens, ac euangelia in manibus retinens, iureiurando affirmauit ſe omniũ rerũ, quę ſibi obijcerẽtur iſontẽ eſſe. Fuit is dies idibus decẽbris ſalutis ãno Dccc. Dum hæc autem Romæ agerentur, Pipinus mandato patris Beneuẽtanos duce Grimoaldo finitimos ſuos vexantes aggreſſus magnis

Sedes apoſtolica caput eſt oĩum eccleſiarum.

Pipinus.



cladibus ita perdomuit vt ægre ſe mœnibus tuerentur, cui bello Vinigiſũ ſpoletinũ ducẽ pręficiens ad patrem reuertitur imperij coronã breui ſumpturum. Nã pontifex Karolo optime dei merito aliquã gratiã relaturus, cum videret imperatores cõſtantinopolitanos ægre id nomen tueri: ac ob eã rem Vrbem & Italiã ipſam magnas calamitates paſſam, in baſilica Petri poſt ſolemnia ſacra, populi romani ſcito ac precibus ipſum Karolum magna voce imperatorẽ decernit: ac diademate donat ter acclamãte populo romano: Karolo Auguſto a deo coronato magno & pacifico imperatori vita & victoria. Põtifex itẽ hominem inunxit vna cum Pipino filio, quẽ Italię regẽ ſolẽni decreto pronũtiauit. Accepta itaq; imperij poteſtate Karolus, cãpulum & paſcalẽ coniurationis reos capite plectẽdos cenſet. At põtifex omni ex parte clemens a karolo rege tñ obtinuit: vt his vita cõdonaretur, in Franciãq; tantũmodo relegarentur. Poſt hoc vero fuere qui karolo ſuaderent, vt oẽs longobardos Italia expelleret. Verũ cum id nequaq; tutũ videretur: ꝙ multis italię populis ſanguine & affinitate coniũcti eſſent, cẽſuere ſimul karolus & Leo lõgobardorũ nomẽ ibi tãtũmodo remaneret: vbi ea gẽs pręcipue ſedem habuiſſet. pipinus aũt cũ in ſamniũ rediſſet, fruſtraque per aliquot menſes Beneuentum oppugnaſſet, Theate ſe conferẽs oppidũ vi captum incendit ac diripit. Inde Ortonam & Luceriam mouẽs eas ciuitates timore perculſas in deditionem ſtatim accipit, ac Grimoaldum Beneuentanum ducem Luceriæ capit, qui non ita multo poſt dolore animi perijt. Interea vero conſtantinopolitana

Coronat Karolus.

imperatrix,miſſis in italiã legatis cũ karolo pacẽ
& fœdus iniit imperiumq; his terminis diuiſit,vt
Hirene ea italię parte potiretur, quę ad dextram
Neapoli incipiens:ac ſiniſtram ſi ponto(quę vrbs
nunc Manfredonia dicitur ) infero ſuperoq; mari
clauditur vna cũ ſicilia. Reliqua vero italiæ pars
Carolo ipſi ex fœdere obtigit: ea tamẽ loca ſem-
per excipio quę ditionis eccleſiaſticæ habebãtur.
At Nicephorus patritius ęgreferens Hirenę mu-
lieris imperiũ, cũ eam dolo captã leſbũ in exiliũ
miſiſſet,Fœdus iã antea initũ p legatos karolo re-
nouat,qui tũ Saxones totiens deficiẽtes migrare
in Franciã cum vxoribus & liberis cõpulit,eos in
itinere cũ legionibus ſubſequẽs , ne quid malefi-
cij inter eũdũ cõmitterẽt. At Leo cũ ſeditionibus
ſemp vexaret,ab vrbe diſcedẽs, Mantuã pficiſci-
tur ad viſendũ chriſti ſanguinẽ , qui tũ miraculis
magno ĩ precio erat,Is aũt a Mãtuanis p benigne
ſuſceptus,approbato chriſti ſanguine ob frequẽ-
tia miracula ad Carolũ proficiſcit,vt hoĩem ve-
ritatis cognoſcendæ cupidũ eius rei certiorẽ fa-
ceret , ſimulque etiã vt de cõponẽdis rebus itali-
cis,inuicẽ colloquerentur. Rediens deinde in ita-
liam adiuuante Pipino rege mãdato patris de cõ
iuratis quibuſdã & ſeditioſis non ſine clementia
ſuppliciũ ſumpſit.Carolus autẽ iam ſenio grauis,
cum intellexiſſet Pipinum quẽ (vt diximus) ita-
liæ regẽ præfecerat Mediolani mortuũ eſſe;Lo-
douicum filium minorem natu Aquitaniæ regẽ
& imperij ſucceſſorẽ, Bernardum vero nepotem
italiæ regem declarat:eiq; mandat,vt Lodouico
rebus in omnibus obtemperet.Fines imperij hos
eſſe voluit in Gallia: rhenum ac ligerim qui in

Diuiſio imperij. Nicephorus.



celtis oriens eos a Biturigibus diuidit.In Germa
nia vero Danubium & Sauum fluuios, his autẽ
prouincijs Aquitaniam : Vaſconiã:magnã par-
tem Hiſpanię:Ciſalpinã Galliam,Saxoniã, vtrã-
que Panoniam,Iſtriam,Liburnos addidit, mari-
tima vero Dalmatię imperio conſtanrinopolita-
no,ſubiecta erant. Rebus autem ita compoſitis,
dum Aquiſgrani eſſet valitudinis cauſa propter
aquas calidas, quæ ibi ſcaturiunt febre ac dolore
laterum moritur, ętatis ſuę anno.ij.&.lxx.v.Cal.
Februarij,ſalutis vero anno.Dccc.ac.xv.Eius au
tem corpus nullo non genere honoris adhibito
in templo beatæ virginis,quod ipſe magnis ſum
ptibus Aquiſgrani extruxerat ſepelitur hoc a-
dito epigrammate; Magni Caroli regis chriſtia-
niſſimi , Romanorumque imperatoris corpus
hoc ſepulchro conditum iacet.Fuit autem Caro-
lus,ſi eius res geſtas , tum domi, tum foris inſpi-
cis, tantæ amplitudinis & integritatis impera-
tor,vt poſtea neminem ſuperiorem , nedum pa-
rem habuerit . Adeo autem cum ei per ocium li-
ceret,ſtudijs literarum delectatus eſt , vt primus
ſuadente tamen Albino gymnaſium Pariſienſe
inſtituerit. Tres autem menſas argenteas habuit,
quarum vnam(in qua vrbs conſtantinopolitana
inſculpta erat) baſilicæ beati Petri, aliam ( vbi
imago vrbis Romæ cernebatur ) eccleſiæ Ra-
uennati dono dedit . Terciam filijs reliquit: vbi
inerat orbis terrarũ deſcriptio.Sunt item qui ſcri
bãt hãt aureã fuiſſe. At vero Leo pontifex reſti-
tuto ſancti Pauli tecto,quod terręmotu concide-
rat, ædificatoq; a fundamẽtis apud ſanctũ Petrũ
ampliſſimo hoſpitali,qđ gręci Xenodochion vo

Mors Caroli.

Epithaphium.

Gymnaſiũ pariſienſe.

cant, nec non inſtitutis trium dierũ ſupplicationibus ante diẽ Aſcenſionis: quibus prima die ab eccleſia dei genitricis ad præſepe, ad baſilicã conſtantinianã. ſecũda ab eccleſia beatæ Sabinę martyris, ad ſanctũ Paulũ. tertia a ſancta cruce in hieruſalem ad Laurentiũ extra muros ibatur, moritur primo ac. xx. pontificatus ſui anno, quo etiam Cometes apparuit (vt nonnulli puatãt tantę calamitatis indicium. ſepelitur autem in baſilica Petri pridie idus Iunij. Eius in morte ſedes tum vacat diebus. x.

## Stephanus IIII.

STephanus. iiij. patria romanus, patre Iulio pontificatus ſui menſe tertio ad Lodouicũ imperatorẽ in Gallias proficiſcitur: quã ob rẽ autẽ id fecerit haud ſatis cõſtat. Sunt tamẽ qui coniectant, id ab eo factũ ad vitandã ſeditionẽ & reliquias Campulianę coniurationis, quę iam inualeſcebat, mortuo Leone. In aurelianis tunc erat
Lodouicꝰ imꝑator. Lodouicus imperator cognomento Pius: qui vbi intellexit pontificem uduentare, ſtatim ei honoratiſſimũ quẽq; obuiã miſit: maxime vero Theodulphũ Aurelianorũ epiſcopũ, cum clero & magna populi parte. Ipſe vero ad primũ lapidẽ prodiens: cũ hominẽ vidiſſet ex equo deſcẽdit: atque eũ data acceptaq; ſalute: cũ maxima veneratione in vrbẽ introduxit, pręcedẽte clero ac ſępe carmẽ repetẽte, Te deũ laudamus. Erat em̃ Stephanꝰ ex nobili genere ortus tãtę doctrinæ & integritatis: vt facile apud omnes ſanctitatis nomẽ nãciſceretur, quippe qui ſub duobus ſanctiſſimuis viris Adriano & Leõe educatꝰ, rationẽ bene ac beate



viuendi didicerat. In vrbẽ introductus ſubſtentance cum imperatore propter impetum multitudinis ſtudio videndi concurrẽtis: in regiam diuertit, vbi & ſæpe cum imperatore de cõponendis Italiæ rebus collocutus eſt: & ita ſe mutuo cõuiuijs excepere: vt raro alter ſine altero cõuiuaretur. Retinuiſſet hominem apud ſe diutius imperator: niſi tũ grauibus ĩplicitus bellis ſeſe obijcere hoſti neceſſe fuiſſet: nam & Vaſcones ab imperio defecerant quos breui in poteſtatem ſuam redegit. Britones res nouas molientes armis ĩ officio cõtinuit, & cõuentu aquiſgrani habito legatis ſaracenorum Cæſareã auguſtam incolentium pacem cõceſſit. Abiturus itaq; Stephanus ad imitationem ſaluatoris noſtri: qui etiã inimicis pepercit a Lodouico impetrauit, vt exulibus omnibus & captiuis, quos ſceleris cõuinctos ĩ Leonem admiſſi Carolus mulctauerat redire ad vrbem Romam liceret. Secum quoq; detulit crucem magni põderis magnęq; eſtimationis: quam Lodouicus ſua impenſa beato Petro dicauerat. At vero ſanctiſſimus põtifex ad Vrbẽ rediens, ſeptimo pontificatus ſui menſe vita functus, in baſilica Petri ſepelitur. Sedes autẽ eius morte dies. xi. tũ vacat.

## Paſchalis. I.

PAſchalis patria Romanus, patre Bonoſo, nulla interpoſita imperatoris auctoritate pontifex creatur, hanc ob rem vbi vbi põtificatum inijt ſtatim legatos ad Lodouicum miſit, qui eius rei culpam omnem in clerum & populum reijcerent, quod ab his vi coactus eſſet põtificium munus obire. Accepta hac ſatiſfactione Lodouicus: reſpõdit populo & clero

maiorum inſtituta & pacta ſeruāda eſſe cauerēt: ne deinceps maieſtatem lęderent ī cōuentu autē apud Aquiſgranum habito Lothariū filium maiorē natu īperij ſocium ſibi diligēs: Pipinum. ij. a Lothario: Aquitaniæ: Lodouicū. iij. Bauariæ reges appellauit. At vero cū Bernardus Italiæ rex inſtigātibus quibuſdā epīs & ſeditioſis ciuib⁹ ab imperio defeciſſet: coegiſſetq; ciuitates quaſdā & populos ī ſua verba iurare: Lodouicum ī ſe cōcitauit: qui pręfectos quoſdā copiarū cum ſatis valida manu ī Italiā miſit. Horū vero īpetus retardare conatus Bernardus ī alpibus ſuperat. Seditionis auctores capti ſtatī necātur. Ipſe vero Bernardus quāuis ſupplex veniā peteret. Aquiſgrani ſupplicio capitali afficit. Epī autē tāti mali auctores: ſynodali decreto ī monaſteria quędā relegātur. Sedato itaq; italico tumultu veriuſq; bello ī Saxōes qui ab īperio defecerāt copias mouet: eorumq; tyrānum viromarchiū regnū affectātē: & ſecū cōgredi auſum ſuperat atq; īterficit. Deinceps vero Lothariū filium regē Italiæ declaratū ad pōtificē miſit: a quo ī baſilica Petri iungitur: & Auguſtus appellat. Interea vero tumultuāte italia: & ad res nouas ſpectāte: cum Lotharius tantis motibus nequaq; ſe parē cerneret maiores exercitus paraturus ad patrē ſe cōtulit: hāc ob rē Theodorus primicerius & Leo nomenclator Romæ in lateranēſi palatio p ſeditionem cōfoſſis oculis necātur. Fuere qui tātum crimē ī Paſchalē reijcerent: qui quidē in Synodo. xxx. epōrum habita & cōiecturis: & rationibus: & iuramēto a tāto ſe crimine liberauit. Accepit hanc ſatiſfactionē Lodouicus: & vt bibliothecarius ait, cum Paſchali re



ſcribere: ne deinceps ſeditio ex re īcerta oriretur: ciuitates hetruriæ imperio ſubiectas literis declarauit: Aretium, Volaterras: Cluſium: Florentiā a patre Karolo reſtitutam & auctā, Pictorium Lucam, Piſas, Peruſiam: & Vrbem veterem: cætera vero eccleſiæ Romanę aſcribebat. Addidit & Tudertū in vmbria, & vltra Apēninum Flamminicam, ac Rauennæ vrbis hexarchatum.

Ciuitates hetruriæ quæ īperio ſubdūtur.

Idem quoq; Bibliothecarius ſcribit, Lodouicum liberam eligēdorum epiſcoporum poteſtatē paſchali dediſſe, cum antea ea quoq; ī re imperatores cōſulerentur, quā poteſtatem ab Adriano pōtifice Karolo cōceſſam idē auctor refert.

Libera eligēdorum epiſcoporū paſchali dat poteſtas.

Paſchalis itaque quē Stephanus ob eius virtutē & doctrinam dum viueret monaſterio beati Stephani martyris in Vaticano præfecerat, pontificatum iniens, & corpora ſanctorum minus religioſe iacentia in vrbem cum maxima veneratione introducta honeſtiore loco recōdidit. Et captiuos perſoluto creditoribus pcio e vīculis liberauit. Idē quoq; Praxedis beatiſſimæ xpī martyris tēplū a fundamētis extruxit, nō lōge a veteri, quod iam ob vetuſtatē & incuriā ſacerdotū ruinā minabatur: quo quidem in tēplo a ſe dedicato & perſępe celebrauit: & multorum corpora ſctōrum collocauit: iā antea in cœmiterijs paſſim & ſine veneratione iacentia.

Tēplū praxedis extruxit.

Extat & in eadē baſilica, Oratorium beatę Agneti dedicatū, quod ipſe pluribus ornamētis auguſtius reddidit. Idem quoq; beatę Ceciliæ tēplum extruxit, quod carmē in apſide notatum nūc etiā īdicat, eo quoq; loci & ipſius virginis & eius ſpōſi Valeriani, Tiburtij, Maximi martyrū, Vrbani: Lucij pontificum corpora collocauit,

Ceciliæ tēplum.

multis additis muneribus & ornamentis ex au-
ro argento & quouis genere marmorum. Reſti-
tuit præterea beatæ genitricis templum ad præ-
ſepe vetuſtate quaſſum eiuſq; abſida ĩ meliorem
formam redegit. Qui nõ ita multo poſt nullo re-
ligionis, pietatis, humanitatis, benignitatis exem-
plo prætermiſſo, ſeptimo pontificatus ſui anno
menſe tertio, die. xvij. moritur, ſepeliturq; in ba-
ſilica Petri. Vacat tum ſedes dies. iiij.

## Eugenius II.

Ortum fuit huius tempore octauum ſciſma
propter ſyſinium tamen Eugenius tan-
dem diuinitas obtinere meruit.

EVgenius. ij. patria Romanus patre Bœ-
mundo: tantæ religionis, ſanctitatis, do-
ctrinæ humanitatis & eloquentiæ fuit,
vt omnium cõſenſu põtifex crearetur,
eo maxime tempore quo Lotharius in Italiã ve- Lothariꝰ.
niens magiſtratum delegit, qui popu. Ro. ius di-
ceret. Romani enim imperante Karolo ac filijs li-
bertate aliqua poſt lõgam & grauem ſeruitutem
vſi ſunt. Interim vero Lodouicus, cum. xl. diebꝰ
ferro ac flãma Britanniam vaſtaſſet, acceptis ob-
ſidibus Rhotomagum petit vbi Michaelis cõſtan-
tinopolitani ĩperatoris oratores audit, eum con-
ſulentes: quid de ſacris imaginibus faciẽdum cen-
ſeret: abolendæ ne: an reſtituendæ viderentur,
Hos autem ad pontificem reiecit, cuius maxime
intererat ea de re decernere. Bulgaros deinde
Pannonias inuadentes primo quidẽ repulit: ve-
rum cum Haido aquitaniæ prefectus rebellaſſet,
Abderamãni ſaracenorum regis auxilijs fretus:
omittere tantum bellũ neceſſe fuit: hanc ob rem



Bulgari per medias Pannonias ĩ dalmatiam ĩfe-
ſto agmine penetrarunt. Sed antequã Lodouicus
in Haidonem mouiſſet, magnam Hiſpaniẹ ꝑtem
deficientibus populis iã occupauerat dimiſſa cir-
cumquaq; claſſe quæ maritimas ciuitates vexa-
ret. Solus autem Bernardus barchinonẽſium co-
mes terra mariq; vexatus, ĩ imperatoris fide per-
manſit. At Eugenius dignitate corporis & præ-
ſtantia animi inſignis: ſpretis rebus õnibus huma-
nis: vel potius fortunæ bonis, ad munificentiã &
liberalitatem verſus: adeo rem frumentariam cu-
rauit, vt nullibi vilius q̃ Romæ annona vende-
retur. Preterea vero pauperum, pupillorum, vi-
duarũ cauſas & vitam ita tutatus eſt vt ab omni-
bus merito pauperum pater diceretur. Hoc autẽ
genere viuendi, & ante põtificatum vſus eſt, &
dum beatæ Sabinæ in Auentino preſbyter eſſet,
quam põtifex in meliorem poſtea cultum reſti-
tuit, & dum baſilicẹ lateranenſis archip̃ſbyter eſ-
ſet, quo ex loco deinceps tãtẹ integritatis & mo-
deſtiæ fuit: ad põtificatum oĩm ſuffragijs tradu-
ctus eſt: Huius præterea opera & precibus capti-
ui oẽs & exules ex Gallia tandem ad vrbem re-
diere, quos bonis paternis & fortunis omnibus
ſpoliatos ſuis facultatibus ſubſtentauit & in vita
retinuit. Per eum quoq; non ſtetit: quo minus Si- Sico dux
co dux Beneuentanus Neapolitanos obſidione bñuẽtanꝰ
ſolueret: quos tũ vehementer ꝑmebat, vnde btĩ
Ianuarij corpus Beneuentum trãſtulit: & in ma-
iori baſilica, cum Deſiderio & Feſto honorifice
collocauit. Sicionẽ nãq; mouere in ſaracenos pon-
tifex adhortabatur: qui Pãhormum in ſicilia iam
ceperant. Cum his itaq; artibus in põtificatu an-

nis. iij. vixiſſet. moritur pontifex optimus collachrymantibus omnibus: & ſuam vicem potiuſq̃ mortem ſanctiſſimi viri dolentibus cum mors ei ad fœlicitatem via optatiſſima eſſet. ſepelitur autem in baſilica Petri apoſtolorum principis.

## Valentinus I.

valẽtinus diaconus papa creatur.

VAlẽtinus patria Romanus, patre Leontio tãtæ virtutis & ſctitatis fuit, vt nõdum pſbyter: ſed diaconus ſummum põtificatus gradum meruerit: nec mirũ: quippe cũm apud Paſchalẽ & eugenium viros ſctiſſimos: & doctrinã & rationẽ bñ ac ſctẽ viuẽdi a teneris annis vſq; ad maturã ætatẽ didicerit. Nõ ludis, nõ iocis, aut voluptatibus intentus: vt pleriq; oẽs adoleſcẽtes facere cõſueuerunt ſed doctrinã & btẽ viuẽdi normã ex lectione veterum & exẽplo ſanctorum pontificum ſumens. fuit ꝑpterea ĩ homine tãta ĩgenij dexteritas, tãta eloquẽtia: vt facile quod vellet ſuaderet & diſſuaderet: nil niſi ſanum: & quod doctrinam ſaperet ac modeſtiã ꝓponens. Poſtremo autẽ pietate, clementia, liberalitate: tum ĩ vita priuata: tum in põtificatu nulli maiorũ ſecũdus eſt hitus. Has ob res. oĩm cõſenſu põtifex creatus: meritis hominũ q̃ tum erãt id fortaſſe exigẽtibus, quadrageſimo põtificatus ſui die morit: ac ĩ baſilica Petri ſepelitur, cõquerẽtibus oĩbus eum hominẽ ſibi morte ſublatũ eſſe, quo ſtãte labefactari Romana libertas & xpiana religio vix poterat. Vacãte aũt ſede Sicardus dux beneuẽtanus: qui patre mortuo tyrãnicam vitam ducebat: Deuſdedit montiſcaſini abbatem, a quo pecunias expẽtebat: in carcerem

Sicardus Deuſdedit carceri mancipat.



coniecit, quo in loco non ſine opinione ſanctitatis mortuus eſt.

## Gregorius IIII.

GRegorius. iiij. patria Romanus: pr̃e Ioanne: tituli ſcti Marci preſbyter eo tẽpore põtificatũ iniit, quo & ſaraceni Aſiã occupãtes, ad ſctã Paleſtinæ loca chriſtianis aditum interclusere: & Mauri in ſiciliã claſſe delati ipſius inſulę magnam partẽ vaſtauerunt: occupato (vt dixi) Panhormo, nec prohibere Veneti potuere quo minus id facerent eo claſſe rogatu Michaelis imperatoris conſtantinopolitani contendentes. Maior enim erat Maurorũ claſſis: maiores etiã nauales copiæ. Creſcebat tũ res Veneta: quæ originem a venetis oĩbus habuerat, eo maxime tempore quo hunni Attila rege Aquileiã: cõcordiã, Altinum, aliaſq; Venetięq; ꝓuincię vrbes ceperunt ac diruerũt, a ſæuitię barbarorũ ſolis æſtuarijs & paludibus ſeipſos tuentes. Dux Venetorũ Iuſtinianus patricius tum erat, Cuius nomẽ ideo cõmemorare libuit, ꝙ ſuis tẽporibus corpus ſcti Marci Alexãdria a mercatoribus Venetis in patriã delatum eſt, vbi nũc in maxima veneratione habetur extructo egregio tẽplo in celebriore vrbis loco, multiſq; donarijs ĩ ipo ſacello recõditis. Hinc primũ Veneti Marci imaginẽ vrbis patroni ĩ vexillis retulere. At vero Gregorius, cũ intelligeret a Venetis barbaros pelli ex ĩſula nõ poſſe, legatos ad Lodouicũ & Lothariũ miſit, q̃ eos rogarẽt, vt primo quoq; tẽpore Siculis auxiliũ ferrẽt. Tergiuerſabant ij cũ dicerẽt id bellũ ad Michaelẽ ĩpatorẽ cõſtãtinopolitanũ pertinere, ſe tñ paratos eſſe cõmuni impẽſa cõibuſq; copijs

Mauri & ſaraceni xpianos adoriãtur

Corpus ſcti Marci Venetias defertur.

rem ipſam gerere. Interea vero cum legati ea de
re vltro citroq; mitterentur: Bonifacius Corſicæ

**Bonifaci⁹ Mauros vincit.**

comes cum fratre Bertario & auxiliis quorundã
populorum hetrurię claſſe in Aphricã delati, in-
ter Vticam & Carthaginẽ quater cum hoſtibus
cõgreſſus, tantam hominum ſtragem edidit: vt
coacti ſint Mauri: vt olim a Scipione vexati ſuos
ex Sicilia reuocare: qui patriæ laboranti auxiliũ
ferrent. Hac igitur ratiõe Sicilia a barbarorũ ma-
nibus liberata eſt. Rediit itaq; ex Aphrica ĩ Cor-
ſicam Bonifacius cum claſſe victrice ĩgenti præ-
da onuſta. Sũt qui ſcribãt dum omnia vbiq; ĩ Ita-
lia pacata eſſent: Lotharium ægre ferentẽ: ꝙ Lo-

**Karolus caluus.**

douicus karolum natu minimum. cui poſtea cal-
uo cognomentum fuit, rebus in oĩbus ſibi pręfer
ret: patri vincula indidiſſe nec ita multo poſt eũ
liberum dimiſiſſe: eaq; opportunitate barbaros
illectos ex Aphrica cum ingenti claſſe in Italiam
delatos centumcellis applicuiſſe, vrbemque quæ
nunc ciuitas vetus appellatur (vt quidam volũt)
deleſſe. Atq; inde Romam mouẽtes, vrbẽ ipſam
cepiſſe, quod quidem vero diſſonum eſt. De cen
tumcellis nõ negauerim Barbaros vero vrbem
oppugnare adhortos cõſtat, ſed Guidone Ciſal-
pinæ Marchione eam acriter defendente, incen-
ſis ſuburbiis ac baſilicis Petri & Pauli via latina i
ſaltum Caſſinatem mouentes, vbi ſancti Germa
ni oppidum & monaſterium btĩ Bñdicti in mon

**S. Bartholomei corpus beneuẽtũ trãſfertur.**

te poſitũ euertiſſent, iuxta Lyrim fluuium ad ma
re deſcendentes claſſe ab Hoſtia eo auecta, Taren
tum & Siciliam inuaſere, atq; (vt dixi) Bonifacii
virtute in patriã a ciuibus bello oppreſſis reuoca
ti ſunt. Crediderĩ ego tũ Bartholomei apoſtoli



corpus ex lipari ſicilię Beneuentũ tranſlatũ fuiſſe
a Sicardo Beneuẽtanorũ principe, qui tãto bello
interfuit, ne ſanctiſſimi app̃li corp⁹ in hoſtiũ xp̃i-
ani noĩs manus deueniret. Ad Gregoriũ redeo: q
tãtę modeſtię fuit: vt electus a clero populoq; ro.
nõ prius põtificiũ munus obire voluit, ꝙ a legatis
Lodouici imperatoris ob eã cãm Romã miſſis, q
diligenter tantã electionẽ diſcuſſerant, confirma
tus eſt. Fecerat id Lodouicus nõ ſuperbia motus.
ſed ne iura ĩperii amitteret: quippe qui natura cle

**Lodouic⁹ ĩperator xp̃ianiſſimus.**

mens & humaniſſimus ſit habitus qui iura eccle-
ſię & dignitatẽ ſemp̱ tutatus ſit. inſtituit enim ne
xp̃i ſerui vlli ſeruituti humanę ſubiecti eſſent: &
vt vnaqueq; eccleſia ſuos ꝓuẽtus haberet: vnde
ſacerdotes viuerent, ne ob inopiã rerũ cultũ diui
nũ deſererent: neue ob neceſſitatẽ quęſtui ſeſe de
derẽt Idẽ pręterea. Dccc. ac. xxx. dñicæ ĩcarnatio

**Synod⁹ ſaluberrima.**

nis anno ſynodũ multorũ ep̃orũ habuit, excogita
tã ad honorẽ dei & vtilitatẽ eccleſiaſticę dignita
tis, qua quidem cõſtitutũ eſt, ne ep̃s & clerici cu-
iuſuis gradus præcioſas & exquiſitas veſtes: vt-
pote ſericas & coccinei coloris aut bracteatas fer
rent, neue in digitis gẽmas, niſi dũ pręſules ſacri-
ficant: in cingulis & calceis crepidis aurũ & ar-
gentũ ferrent, quæ certe procul oĩ religione ſunt,
& magnę incõtinentię ac vanitatis ſigna manife
ſtiſſima. Vtinã noſtris tẽporibus Lodouice viue-
res. Indiget nunc eccleſia tuis ſanctiſſimis inſtitu-
tis tua cenſura. adeo in omnem luxum & libidi-
nem ſeſe effundit eccleſiaſticus ordo coccinatos
& trabeatos nunc inſpiceres: nõ homines: qđ leue
fortaſſe videretur. ſed equos & iumenta, præce-
dente dum incedũt magno adoleſcentũ & altero

preſbyterorum agmine ſubſequente, nō in aſinis
vt xp̄s noſtri dogmatis auctor, & bñ viuẽdi vni-
cũ in terris exemplar: ſed in equis p̄ferocibus &
phaleratis ac ſi ex hoſte deuicto triumphum du-
cerent. De argẽteis vaſis & egregia eorũ ſuppel-
lectile. deꝗ cibariĳs nō attinet dicere cum & ſicu-
lę dapes & Attalica ornamẽta, & vaſa corinthia,
ſi hęc inſpicias, nullius p̄cij dici poſſint. Quid ve-
ro ex hac intẽperantia naſcatur dicere prætermit-
tã, ne os (vt ipſi aiũt) in cœlum ponã. Ad Lodoui-
cum redeo, qui his artibus & humanis & diuinis
rebus cõſulẽs, imperij ſui ãno. xxxvi. moritur, ſe-
peliturꝗ; Meritis in baſilica beati Arnulphi. Hũc
autẽ non multo poſt ſecutus eſt Gregorius ponti-
fex, nobilitate inſignis ſanctitate clarus, doctrina
& eloquentia p̄cipuus, diligentia ac ſolicitudi-
ne, tum in rebus diuinis, tũ in humanis admiratio-
ne dignus. Nam & populi ſui commoda mirum
in modũ curauit: diuites in officio continẽdo, pau-
peres, pãſcendo, deſperatos ſolando, errantes ſa-
nis admonitionibus in viam rectã deducẽdo: ec-
cleſias quoꝗ; multas vetuſtate collapſas reſtituit.
Electos in ſortem domini doctrina & exẽplo quo
ad vixit in officio cõtinuit. Tranſtulit idẽ ſanctiſ-
ſimus põtifex, Beati Gregorij corpus atque eo lo-
ci collocauit, vbi nunc iacet magnis adhibitis or-
namentis. quo in loco multi temporibus illis reli-
gionis aut voti cauſa excubare conſuerant. Ferũt
& ab eodẽ corpora Sebaſtiani & Tyburtij a cœ-
miterijs: in quibus ante iacebant ad baſilicã Petri
tranſlata fuiſſe. Sunt qui ſcribant rogatu Lodoui-
ci Gregorium ſanctorum omnium celebritatem
Kalẽdis nouẽbris inſtituiſſe, eamꝗ; rem magno-

*Mors Lodouici.*

*Cõmendatio Gregorij.*



pere a Rabano monacho theologo inſigni carmi-
nibus & proſa laudatam fuiſſe. In his em̃ duobus
dicendi generibus vir doctus: vt illa maxime tẽ-
peſtate ſatis valebat. Cõmentatus eſt idem Raba-
nus, & librũ paralipomenon, & Machabæos. Ha-
buit etiam ſermones ſatis elegantes ad populum
ſed is potiſſimum laudatur, quem habuit in ce-
lebritate omnium ſanctorum. Moritur autẽ Gre-
gorius pontificatus ſui anno. xvi. ſepeliturque in
baſilica Petri: ac ſedes eius in morte diebus quin-
decim vacat.

*Feſtũ oĩm ſctõrum a greg. kal. nouẽb. iſti tuitur.*

## Sergius II.

SErgius ſecũdus patria romanus, pa-
tre Sergio e regione quarta: eo tẽpo-
re pontificatũ iniĳt, quo Michael im-
perator cõſtantinopolitanus mori-
tur. Sunt qui Sergium primo quidẽ
os porci appellatũ fuiſſe dicant & ob turpitudinẽ
cognomenti Sergij nomen ſumpſiſſe, eamque cõ-
ſuetudinẽ ad noſtros manaſſe, vt qui pontifices
crearentur, ſuo omiſſo maiorũ nomina ſibi inde-
rent, licet ab omnibus non ſit obſeruatum. Vt-
cumque eſt, conſtat Sergium ex illuſtri familia
ortũ nequaquã a maioribus ſuis degeneraſſe ad-
iuuantibus eius p̄clarũ ingenium Leone tertio.
Stephano. iiij. Eugenio. ij. & Gregorio. iiij. ſub quo-
rũ moribus & doctrina ita vixit. vt ſolus mortuo
Gregorio dignus haberetur qui põtificiũ munus
obiret. Exarſerat tũ inter Lodouici filios tm̃ odij
propter ĩperij diuiſionẽ. vt in Altiſiodorẽſi agro
apud Fontanicũ acerrime a Lodouico & Karo-
lo contra Lothariũ fratrẽ dimicatũ ſit, quo quidẽ
multi vtriꝗ; cecidere. Lotharius em̃ tandẽ victus

*cõſuetudo ĩmutandi nomen pontificũ.*

Aquiſgranū confugit, atq; inde quoq; deturba-
tus inſtātibus hoſtibus, Viennā cū cōiuge & libe-
ris ſe cōtulit. Inſecuti & eo cum exercitu fratres,
ad quos q̄dē placādos non ſolū multi regni ipſius
proceres, ſed ex italia quidā iuſſu Sergij profecti
ſunt, inter quos Georgius archiep̄s Rauēnas pri-
mus eſt habitus qui cum ſecūdo prælio apud Lo
thariū cōponēdę rei cauſa eſſet, ac fortuna ad Lo
douicum & Karolū inclinaſſet, totū comitatū in
prælio amittens, eo enim cū tricentis equitibus ve
nerat, vix ſolus e tanta ſtrage fuga prolapſus eſt.
At vero ij cōem totius regni calamitatē & inte-
ritū miſerati, fœdera pacis in hūc modū inēūt, vt
pars illa occidentalis regni: quę a Britanico ocea
Diuiſio regni — no vſq; ad Moſam flumen pertinet, karolo obtē-
perarer, in eaq; etiā frācorū nomē maneret, Vtq;
Lodouico Germania cōtigeret vſq; ad rheni fluē
ta & tranſrhenum quicquid genitor poſſediſſet,
Lothari9 — Lotharius autē cum imperij titulo vrbē romam
obtineret cum italia & ea parte Galliæ, quæ olim
Narbonenſis, nunc romana prouincia vocatur:
huic autem addidere eam quoq; partē quæ inter
Scaldū & rhodanū fluuios Lothoringię nomen
accepit a Lothario, vt arbitror Rebus autem ita
compoſitis Lotharius Lodouicum filium: quem
regni ſocium aſciuerat, in italiā cum ingenti exer
citu mittit, huic ſocios addidit Drogonē metēſem
ep̄m atque alios viros eccleſiaſticos prudentia &
auctoritate dignos, quorum cōcilijs vteretur. Is
autem adoleſcens nimia fœlicitate elatus: quacū-
que iter facit cædibus omnia & rapinis vaſtat: in-
cendit & diruit. Verū cum vrbi appropinquaſ-
ſet eiq; obuiā honoris cauſa Romani ciues p̄dijſ-



ſent, depoſita ferocitate Illa gallica mitior eſſe cœ
pit, ꝙ ei pręter ſententiā ingredi vrbē pacato ag-
mine liceret. Prodeunt & obuiā ad primū lapidē
ſacerdotes cū crucibus, & hoc cantu Benedictus
qui venit in nomine dn̄i oſanna in excelſis, atque
eum vſq; ad gradus ſancti petri comitātur ibi pō
tificē offendēs mutuo oſculo, mutuaq; ſalute da-
ta & accepta ad argenteas portas ſimul peruene-
nere clauſas quidē. Tū pōtifex, ſi pacato magiſq;
hoſtili animo ad nos veniſti, ſique ad reip. chriſtia
nę vtilitatē magis reſpicis q̄ ad voluptatē ſęuien-
di prędā diue, meo iuſſu ingredere, ſin aliter ani
matus es, fores ne tetigeris, nam ſupra caput en-
ſem habes ſcelerū omnium vltorē. Cum autē bo
no animo eſſe pontificē iuſſiſſet, ſtatim eius iuſſu
fores patuere. Ingreſſi itaque pariter magna Ro-
manorum ac Francorum multitudine tū p̄cedē-
te, tū ſequente, cū ad altare beati Petri p̄ueniſſent
procidētes ſimul oīpotēti deo & apoſtorū princi
pi gratias egerūt: ꝙ ſine vllo maleficio res ex ſen
tentia acta eſſet pentecoſtes octaua. Verū cum po
ſtea a multitudine militū ſuburbia vaſtarentur,
parumque abeſſet quin vrbē prędandi cauſa irrū
perent, octauo ex quo venerat die vidētibus om
nibus qui aderāt Lodouicum regem oleo ſancto
inungit, corona donat, italię regem decernit. Ad
quem Siginolphus dux beneuentanus ſalutandi
hominis cauſa ſtatim venit, qua quidē multitudi
ne & arbores truncatę: & pecora diſtracta, & ſege
tes (vt fit) in pabulum equorum ſucciſę ſunt. His
itaq; pontifex quicquid petiere honeſtū præſer-
tim facile cōceſſit, quo citius ab vrbe diſcederent.
Vnde Romani tyrānicæ immanitatis metu libe-

Receptio īperatoris a pōtifie. (margin, beside "nere clauſas quidē … di prędā diue")

Lodouic9 Italię rex decernit. (margin, beside "perent, octauo … inungit")

rati,ſanctiſſimum põtificē verum xp̄i vicariū &
vnicum patrię parentem prędicabant. Qui qui-
dem ad ornanda templa conuerſus, baſilicā ſan-
ctorum Sylueſtri & Martini vetuſtate collapſam
reſtituit. in eaq; vna cum ipſis confeſſoribus Fa-
biani, Stephani, Sotherij, Aſterij, Cyriaci, Mauri,
Smaragdi, Anaſtaſij, Innocētij, Quirini, Leonis,
Arthemij, Theodori, Nicādri, corpora colloca-
uit, Struxit & a fūdamētis ad ipſi⁹ baſilicę lat⁹ in
honorē Petri ac pauli monaſteriū, vbi continuo
res diuina agebatur. Demum vero ſanctiſſimus
pontifex re eccleſiaſtica bene ac integre guberna
ta, iij. pontifiratus ſui anno moritur: ſepeliturque
in baſilica Petri. Vacat tum eius in morte Roma
na ſedes men. ij. diebus. xv.

## Leo IIII.

LEo. iiij. patria Romanus, patre Rhadul-
pho: Anno incarnationis. Dccc. xlviij.
pontifex omnium cõſenſu decernitur,
ac merito quidē. Vir enim fuit in om-
ni vita priuata etiam religione innocentia pieta-
te humanitate, gratia liberalitate: doctrina, eccle
ſtica præcipue inſignis. Tantæ præterea pruden-
tię & virtutis fuit: vt euangelij ſententia ſerpentis
aſtutiam: vbi oportebat & colūbę ſimplicitatem
imitaretur. Tā conſtāti autem fama impulſus Ser
gius. ij. romanus pontifex hominē totius virtutis
exemplar, ex ſub diacono preſbyterum creat, Cõmēda tiones Leonis
eundēq; titulo ſanctorum quatuor coronatorum
pręficit. Vnde poſtea mortuo Sergio ad latera-
nēſem baſilicā ductus, ac in ſede Petri collocatus,
vt verus & dignus pontifex ab oībus ſalutatur.
Exoſculati ſunt etiam eius, pedes, qui prope ade-
rant morem antiquum ſeruantes. Sunt qui arbi-



trantur huius ſanctiſſimi viri orationibus deum
permotum Saracenorū rabiē naufragio dum o-
nuſti præda domū redeunt cõpeſcuiſſe. Nam ſu-
perato apud Tarentū nauali prælio Theodoxio
Michaelis imperatoris duce Italiā nemine obſtan
te lõge ac late populati, captaq; Ancona ac dire-
pta vexatoq; item Dalmatico ſinu: dū lęti domū
redeūt: volēte deo ꝓcellis fluctuū obruunť. Libe Saraceni ſubmerguntur.
ratus Saracenorū metu Leo, & ſedilia ī veſtibulo
atrij lateranēſis poſita ex marmore conſtruxit &
ſolariū a Leone tertio īchoatū ꝑfecit. Inſtituit itē
pius Antiſtes, vt quotānis a cūcto clero ī baſilica
pauli ipſius apoſtoli natali die hora veſꝑtina cele
brarer. Mādauit pręterea ne laicus quiſpiā p̄ſby-
terū ingrederetur: dum ſacra fierēt, Habitæ etiā
ſuo iuſſu eiſdē ferme diebus ſupplicatiões ad ad-
uertēdā irā dei, quā frequētes terrę mot⁹ pręſefe-
rebāt Crucē quoq; quā Karolus Romanorū im-
perator Cõſtātiniãę baſilicę donauerat furto gē
mis ſpoliatam mirum in modū exornauit. Hūc
autem tantæ ſanctitatis fuiſſe conſtat: vt & baſi-
liſcum ſerpentem (quem latini regulum appel-
lare poſſunt) ſuis orationibus e fornice ſanctę Lu
ciæ virginis in Orphea expulerit, cuius halitu &
veneno multi mortaliū perierant & incendium
illud ſigno crucis extinxit, quod diu per domos
Saxonum & Lõgobardorum vagatum diui pe-
tri Baſilicæ appropinquabat. Hoc autem factum
eſt octaua die ab aſſumptiõe beatę dei genitricis,
qui dies poſtea vt feſtus celebratus eſt, nõ lõge a
baſilica Laurētij martyris extra mœnia. Eo nãq;
loco ipſius virginis tēplū extabat: cui munificen
tiſſim⁹ põtifex multa dona ex argēto auro ve ob-

tulit prętèrea vero op⁹ muſiuũ baſilicę ſcti Martini & Silueſtri ĩ montibus. ĩcruſtationẽq; parietũ a Sergio ĩchoatã ipſe ꝑfecit, vt epigrãma ĩdicat, qđ ſolũ ſupeſt. Nã pictura iã pridẽ corruit vel incuria hoĩm, vel vetuſtate & ſitu. Suo q̃q; iuſſu crux illa quę ante põtificẽ a ſubdiacono fert̃ ex auro facta: gẽmis ornat̃. Nullũ genus ornamenti relinquens quod ad dignitatem ſaluatoris noſtri pertineret. Reſtituit quoq; vrbis mœnia & portas vetuſtate collapſas. Ad hæc vero. xv. turres ꝓpugnacula vrbis a fũdamẽtis erexit, harũ duas ꝑmaxime neceſſarias, hinc dextra, hĩc ſiniſtra Tiberis ãnis poſuit infra Ianiculũ & Auẽtinũ, ne ſubuehi naues hoſtiũ ad diripiẽdã vrbẽ poſſent. Idẽ quoq; ſua diligẽtia corpora ſanctorũ. iiij. coronatorũ inuenit, eorumq; tẽplum in ſplendidiorẽ formam inſtaurauit. Sãctos ipſos ſub altari collocauit: Sempronianum, Claudiũ, Nicoſtratum, Caſtoriũ. His addidit & corpa Seueri, Seueriãi, Carpophori, Victorini, Marij, Fęliciſſimi, Agapeti, Hippoliti, Aquilę, Priſci, Aquini, Narciſſi, Marcellini, Fęlicis Apollinis, Bñdicti, Venantij Diogenis. Liberalis, Feſti, Marcelli. Addidit & caput ſancti Proti, Ceciliæ, Alexandri, Sixti, Sebaſtiani, Praxedis. At vero dum his rebus: vt ſanctiſſimum virum decebat, quam diligentiſſime vacaret nunciareturque Saracenos cum magna claſſe diripiendæ vrbis cauſa aduentare, & Neapolitanos ac cæteros illius orę maritimæ paulopoſt ipſi vrbi auxilio futuros, ipſe ſtatim cum quanta potuit manu hoſtiam proficiſcitur: eoq; omnes auxiliares copias cõuocat. Cum hoſtibus dimicaturus ſi copiam pugnãdi feciſſent. Suos autem ſan-



ctiſſimus põtifex ad cõmunionem primo adhortatus vbi id obſequẽtiſſime feciſſent, orationem ad deũ his verbis habuit. Deus cuius dextra beatum Petrum ambulãtem in fluctibus ne mergeretur erexit: & coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius: & cõcede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia cõtra inimicos eccleſiæ tuæ ſanctæ dimicantia omnipotenti dextera tua coroborentur, & conualeſcant, vt de recepto triumpho nomen ſanctum tuum in cunctis gentibus glorioſum appareat.

Orõ põtificis cõtra ſaracenos.

His dictis ſtatĩ facto ſigno crucis pugnandi copiã fecit, qui ita alacriter pugnam iniere: acſi victoriam certam ſibi propoſitam viderent: tandem vero poſt longum & acre certamen hoſtes ſuperantur fuganturq;: multi in ipſo prælio vtpote nauali periere: plæriq; tamen viui capti, & Romã perducti ſunt.

Profligatio ſarraſenorum.

Placuit etiam ciuibus Romanis quoſdã ad terrorem non lõge a portu Romano furca ſuſpẽdere: aduerſante tamen Leone ob manſuetudinem & clementiã: qua potiſſimũ inſignis habebatur: ſed ire obuiã multitudini in tãto pręſertim furore nõ licuit. Eorum vero opera: qui viui Romam perducti ſunt vſus eſt Leo ĩ reſtituẽdis eccleſijs quas ipſi Agareni quondã diruerant & incenderant: ĩ extruẽdis mœnibus, quibus vaticanũ cinxit. Leoninamq; vrbem de ſuo nomine appellauit.

Leonina virtus.

Idq; potiſſimũ effecit, ne deinceps hoſtibus liceret eccleſiã beati petri vna vel leui incurſione ſpoliare & incendere, vt antea conſueuerant non caruere ſuis ꝑcationibus portæ. In ea enim quæ ad ſanctũ peregrinum ducit. Hæc erant in marmore cæſa.

Oratio añ portam. Prima.

Deus qui apoſtolo tuo petro collatis clauibus re-
gni celeſtis:ligādi atq; ſoluēdi pōtificium munus
tradidiſti:cōcede vt ītercesſiōis eius auxilio a ma
lis nexibus liberemur:& hāc ciuitatē quā nouiter
te adiuuāte fundauimus:fac ab ira tua ī perpetuū
manere ſecurā, & de hoſtibus quorum cauſa con
ſtructa eſt nouos ac multiplices habere triūphos:
In ſecūda vero porta quę apud Hadriani molem

Secunda.

ad prata ducit:hęc verba inerāt Deus qui ab ipō
huius mundi principio hāc ſanctā catholicā & a-
poſtolicam Romanam eccleſiam ab hoſtibus cu-
ſtodire & cōfirmare dignatus es, iniquitatis no-
ſtræ chirographum ꝓpitiatus emenda:& vrbem
hanc quam tuo ſctō nomini per apoſtolorum Pe
tri & Pauli ſuffragia nouiter dedicauimus ab o-
mnibus inimicorum īſidijs ſecurā ꝑmanere cōce

Tertia.

de. Tertia autē ꝑcatio erat ī frōtiſpicio portę qua

Corſi leo ninā hītāt

ibatur ad ſcholā ſaxonum:his verbis. Præſta quę
ſum⁹ oṗs & miſericors deus, vt ad te toto corde
clamātes ītercedente btō Petro apoſtolo tuæ pie
tatis īdulgentiā cōſequamur, & vrbs quam ego
famulus tuus Leo.iiij.eṗs Romanus te auxiliante
meo nomine Leoninā vocaui: nouoq; opere de-
dicaui:vt ſecura atq; illeſa ꝑmaneat apud clemē-
tiā tuā iugiter oramus. Hāc autē vrbē primo pō-
tificatus ſui anno īchoatā demum ſexto abſoluit,
eāq; Corſis, quos Saraceni ex īſula depulerant in-
colendā dedit:aſſignatis viritim agris vnde vi-
uerēt. Sed miror ī portis ipſis aliā nunc īſcriptio-
nem legi verſibus hexametris īeptis:quidē, quos
certe Leonis nullo mō eſſe arbitror:licet ſub eius
nomine ferātur. Ex manubijs vero Saracenorum
dona quædā tum ex auro: tum ex argento baſi-



licis Romanis obtulit. Sunt qui ſcribant eius mā-
dato etiam baſilicam ſctē Mariæ in via noua edi
ficatam fuiſſe, & turrī in vaticano apud ſanctum
Petrum quā adhuc cernimus. Fores pręterea ſan
cti petri ab Agarenis direptas ex argēto reſtituit.

Sinodus ſeptem & quadra-ginta epi-ſcoporū.

Synodum.vij.&.xl. epiſcoporum habuit, in qua
ex decretis maiorum ſuorum Anaſtaſium preſ-
byterum cardinalem. S. Marcelli multis crimini-
bus conuictum damnat: & ab eccleſia reijcit eo
maxime ꝙ parochiam ſuā per annos quinq; con-
tra canonum inſtituta deſeruerit. Colonias prę-
terea ex Sardina Corſicaq; quæ pulſis Saracenis
iam reſpirare cœperāt:Hoſtiam cultoribus pro-
pter inſalubritatem aeris & frequentes direptio
nes vacuam duxit. Lothario poſtremo egregie
ſatiſfecit:qui delatione quorundam impulſus Ro
mam uenerat:ꝙ intellexerat Leonem transferen
di imperium ad conſtantinopolitanos cōſilia in-
iſſe. De delatoribus ī mēdacio dep̄hēſis(vt par-
erat)ſuppliciū ſumit, atq; amicitia īter vtrūq; in-
tegratur. Sunt qui ſcribāt Ioannē Scotum huius

Scotus.

tēporibus fuiſſe virum in rebus diuinis doctiſſi-
mum, qui in Franciā veniens regis Lodouici iuſ-
ſu hierarchiam beati Dionyſij e græco in Latinū
tranſtulit: nec ita multo poſt(vt aiūt)a diſcipulis
ſtilo cōfoſſus perijt. Tāti ſceleris cauſa nuſquā tra
dit. Ferūt itē Alidulphū Angliæ regē ob religio

Anglia vectiga-lis eccleſię Romanæ.

nem, inſulā vectigalē eccleſiæ Romanę feciſſe ſin
gulis nūmis argēteis in ſingulas domos quotānis
collatis. Morit autē Leo vir ſctiſſimus, & optime
de eccleſia dei:deq; vrbe Roma ac nomine xp̄ia-
no meritus conſilio:auctoritate:diligētia:doctri-
na magnificētia ꝓclarorū operū anno pontifica-

tus ſui.viij.menſe.iij.die.vi:xvi. Kalend. Augu-
ſti: ſepeliturq; in baſilica petri. Vacat tum ſedes
menſi.ij die.xv.

## Ioannes VIII.

Hic nō po
nitur ī ca-
th alogo
pontificū.

IOānes Anglicus ex Magū-
tiaco oriundus malis arti-
bus(aiunt)pontificatū ade-
ptus eſt. Mentitus enim ſexū
cum fœmina eſſet adoleſcēs
admodū Athenas cū ama-
tore viro docto proficiſci-
tur:ibiq; pręceptores bona
rum artium audiēdo tantum profecit: vt Romā
veniens paucos admodum, etiam in ſacris litte-
ris pares haberet: ne dum ſuperiores. Legendo
autem & diſputando docte & acute tantum be-
niuolentiæ & auctoritatis ſibi cōparauit vt mor-
tuo Leone ī eius locū(vt Martinus ait) oīm con-
ſenſu pontifex crearetur. Verum poſtea a ſeruo
cōpreſſa:cum aliquandiu occulte ventrem tuliſ-
ſet,tandem dum ad lateranēſem baſilicam pro-
ficiſceretur, inter theatrū (quod colloſſeum vo-
cant) a Neronis coloſſo:& ſanctum Clementem
doloribus circumuenta peperit,eoq; loci mortua,
pontificatus ſui anno.ij.mēſe.i.diebus.iiij. ſine vl
lo honore ſepelitur.Sunt qui hęc duo ſcribāt pon
tificem ipſum quādo ad lateranenſem baſilicam
proficiſcitur deteſtandi facinoris cauſa, & viam
illam cōſulto declinare & eiuſdem vitandi erro-
ris cauſa dum primo in ſede petri collocatur: ad
eam rem perforata genitalia ab vltimo diacono
attrectari.De primo non abnuerim: de ſecundo
ita ſentio,ſedem illam ad id paratam eſſe,vt qui



in tanto magiſtratu cōſtituitur, ſciat ſe nō deum
ſed hominem eſſe:& neceſſitatibus naturę, vt po-
te egerendi ſubiectum eſſe: vnde merito ſterco-
raria ſedes vocatur. Hæc quæ dixi vulgo ferun-
tur,incertis tamē & obſcuris auctoribus quę ideo
ponere breuiter & nude inſtitui, ne obſtinate ni-
mium & pertinaciter omiſiſſe videar: quod fere
omnes affirmant:erremus etiā nos hac in re cum
vulgo q̄q̄ appareat ea quæ dixi ex his eſſe: quæ
fieri poſſe creduntur.Sunt qui dicant huius tem-
poribus beati Vincentij corpus e Valentia cite- Corp⁹. b.
rioris Hiſpaniæ ciuitate a quodam monacho ī pa Vincentij
gum albienſem vlterioris Gallię deportatū. Di- trāſfertur
cunt pręterea Lotharium iam grandē natu ſum-
pto monachorum habitu,filium Lodouicum im
peratorem reliquiſſe,qui ſtatim in Germaniam
prouinciam rediens, omnes ad arma ſpectantes
ſua præſentia,in officio continuit.

## Benedictus III.

BEnedictus.iij patria Romanus: prē Pe-
tro merito Benedictus appellatus eſt
ob ſctītatem vitę & rerum diuinarum
gratiam.Sub Gregorio enim militans
cum ab eo ſubdiaconatus gradum accepiſſet: ita
deiceps vixit: vt mortuo leone vnus benedictus
tāti pōtificis dignus ſucceſſor haberetur. Ad hūc
itaq; cōcurrentes omnes tanquam ad vnicum &
benigniſſimum ſidus adeo in terras miſſum eum
pontificem decernunt. Qui flens,& deum ac ſan- Recuſanti
ctos teſtes faciens:ſe nequaquā dignū eſſe qui tā- delat⁹ fuit
tæ ſedi pręficeretur dicebat. Acclamātibus itaq; pōtificat⁹
omnibus: & electionem approbantibus: inuitus
tandem pontificium munus ſuſcipiens:in atrium

lateranenſe pducitur, & in ſede Petri collocatur. Inde vero ī equo albo ſedens ad eccleſiam ſanctę Mariæ ad pſepe ductus ieiunij triduo & orationibus vacauit, deum rogans vt ſibi liceret ſancte & integre eccleſiā ſuam gubernare. Eo autem poſt diem tertium iterum venere omnes, & eius pedes de more exoſculati ſunt. Ii potiſſimū qui Rhodoaldi portuenſis epiſcopi factionem ſecuti, alii neſcio quem vel (vt quidam volunt) Anaſtaſiū a Leone pōtificatu deiectum hominem ignotum pridie eiusdiei Benedicto pferre conati fuerant ſed cognito errore (vt dixi) veniā petentes ī ſententiam bonorum tandem venere, & hominem ſanctiſſimum de more adorarūt. Idem fecere & Lodouici imperatoris legati ad cōfirmādā cleri ac populi electionē Romam miſſi. Sequenti vero die comitante populo ad baſilicam Petri deductus videntibus omnibus, vt mos eſt, & antiquā traditio dictat, cōſecratus inſignia pōtificis ſuſcepit acclamātibus oībus & plaudētibus. Tātæ eñ māſuetudinis fuit, tātę dignitatis corpore & aīo, vt tam ī magiſtratu cōſtitutus q̄ in vita priuata charus oībus & gratus videret. Hic quidē ad cultum diuinū conuerſus, multas eccleſias vetuſtate collabētes reſtituit, & dona pleraq; ī earundē ſacraria repoſuit. Inſtituit pterea vt funeribus epī, presbyteri aut diaconi, pōtifex vna cū clero iteresſet honorādi corporis defuncti & cōmendādæ animę gratia, mādauitq; vt viciſſim clerus mortui pōtificis funus celebraret. Ipe vero quod iſtituit: dum in vita eſſet nō verbis tātum: ſed reipſa cōprobauit. Sacerdotū eñ funeribus ſemper interfuit. Aegrotos præterea īuiſit: pauperes aluit



deſperatos & calamitoſos cōſolatus eſt. Viduas & pupillos acerrime tutabatur. His artibus vitam ſanctiſſimam traducens ſuo magiſq̄ populi Ro. tēpore moritur pōtificatus ſui anno. ij. menſe vi. die. ix. Sepultus eſt autē ante fores baſilicę btī Petri apoſtoli. Interī vero dies. xv. epatus vacat.

## Nicolaus I.

NIcolaus primus patria Ro. pře Theodoſio: bn̄ ac ſctē a teneris annis educatus: primo qdē ſubdiaconus a Sergio mox vero diacon⁹ a Leōe creat: in quo ordīe adhuc cōſtitutus nullū genus pietatis omittēs. Bn̄dicti corpus ſuis manibus tumulo collocauit, nō ſine multis lachrymis. At vero cū peracto de more funere creare alterum pōtificem neceſſe eſſet, cūq; ieiunijs vigilijs orationibus inſtarēt homines vt talē a deo cōſequerētur pōtificem, qualem amiſerant in baſilica ſancti Dioniſij cōfeſſoris atq; pōtificis (eo namq; eius rei cauſa cōuenerant) poſt lōgam cōſultationem Nicolaū abſentē pōtificē creāt: & fugientē in vaticanū: latitātemq; vitādi honoris cauſa cōquiſitum ī atrium lateranēſe pduxerunt: & nolentē etiā in ſolio apoſtolico collocarunt. Deinde vero in baſilica Petri conſecratus ſumptaq; de more pontificia corona, multa cum Lodouico Cæſare quitū aderat collocutus eſt: tū ad pōtificatū, tum ad iperium ptinentia. Cum vero Lodouicus ipſe ab vrbe diſceſſiſſet, conſediſſetq; in loco quem Romani quintū appellabant, eo profectum Nicolaum ferūt, cum pceribus vrbis Romæ, itaq; honorifice ſuſceptū vt iperator ad mille paſſus pōtifici obuiam factus, ex equo deſcendēs eum freno Lodouic⁹

manibus attrectato ĩ caſtra perduxerit. Erat enim tantę venerationis & maieſtatis, tantæ eloquentiæ & doctrinę: vt ab omnibus tãquã numen coleretur. Habito autem ſimul lõgo & ſecreto colloquio: poſt epulas oſculoq; inuicem dato & accepto, ad vrbẽ põtifex rediſt: quã quidẽ excreſcentia tyberis ita vexatã inuenit: vt nõ niſi lyntribus de vico ad vicum trãſire liceret. Nam & eccleſiã ſctĩ Laurẽtij in Lucina: & monaſterium beati Silueſtri, & totam illã planiciem: quę a via lata ad radices tarpeiæ rupis ad viã argentariam ad Aduentinum ducit ita occupauerat: vt inſtare diluuium vulgo putatum ſit. Hac inundatiõe & multæ domus euerſę ſunt: & plures arbores euulſę & ſata paſſim diſiecta. Neq; hoc ſemel eo anno ſed iterum decembri menſe Romę accidit. Emendare hæc dãna vel potius delinire pontifex enixus: nullum genus officij & pietatis in ciues ſuos omiſit. Interim vero Michael Theophili filius cõſtantinopolitanę vrbis imperator, legatos cum muneribus Romã miſit, qui & limina apoſtolorum & põtificem inuiſerent. Hæc autem munera fuere: patena aurea, & calix aureus iuſti põderis cum gemmis magnæ eſtimatiõis. Hic eſt ille Michael, quem poſtea Baſilius conſors imperij factus dolo necauit: vt ſolus ĩperio potiretur. Habiti ſunt autem a põtifice perbenigne legati, & domũ viciſſim cum muneribus miſſi. Nicolaus vero põtificiæ dignitati admodum cõſulens: Ioannem archiepiſcopũ rauẽnatem ad ſedẽ apoſtolicam propter obiecta crimina venire recuſantem dignitate priuauit. Is autem Papiam ad Lodouicum cõfugiens ab imperatore litteras cõmendatitias ad

Excreſcẽtia tyberis.

Michael impe.



pontificẽ obtinuit, & legatos qui a põtifice impetrarẽt vt ioãni archiepõ romã ad cãm dicẽdã tuto pficiſci liceret, quod haud grauate pontifex cõceſſit. Ioãnes autẽ facta dicẽdi copia in magno pſulum cõuẽtu in domo leonina nil aliud faſſus eſt: qͣ ſe maieſtatis reum eſſe ob eãq; rẽ & a pontifice & ab his qui in conuentu aderãt ſe veniã petere. Motus hac cõfeſſione pontifex, & pcibus qui tum aderãt, his cõditionibus ioannẽ in gratiã recipit, vt & ſe in cõcilio de hęreſi purgaret, vtq; quotãnis romã ſe pfecturũ polliceret quoad fieri poſſet. Et ne electos etiã canonice in flaminia epõs cõſecrãdi facultatẽ haberet, niſi id ſibi a ſede apoſtolica literis cõcederetur, neue eoſdẽ epõs romã pficiſci, quotienſcũq; vellent prohiberet, vtque ei nullã exactionẽ, quã ſacri canones nõ recipiũt nullũ morẽ. nullã cõſuetudinẽ introducere liceret. Poſtremo vero ei ſub anathematis pęna mãdatũ eſt, ne de bonis eccleſię quicq̃ immutaret aut decerneret incõſulta ſede apoſtolica, neue etiã prophana ei recipe liceret niſi id placere ſummo põtifici intellexiſſet. Has autẽ ſanctiſſimas iuſſiones tota ſynodus ita approbauit, vt ab omnibus ter acclamatũ ſit. Rectũ iudiciũ ſummi præſulis. Iuſta diffinitio paſtoris vniuerſæ eccleſię. Salubris inſtitutio chriſti diſcipulis omnibus placet. Omnes autẽ eadem dicimus, eadem ſapimus, eadem iudicamus. Tum vero ioannes videntibus oĩbus eadẽ ſe conſeruaturũ iureiurando & ſcripto confirmauit. Atq; ita ſoluta ſynodo ioannes rauennam ad ſuos rediſt. Liberatus autem hac moleſtia pontifex eccleſiam dei genitricis quæ prius antiqua nunc vulgo noua appellatur, reſtituit, egregijſq;

De archiepõ rauẽ.

Bulgari. picturis exornauit. Regē Bulgarorū cū omni pro
uincia ad fidem christi literis & ſanis admonitio-
nibus cōuertit, eiſdēq; bulgaris epōs & preſbyte-
ros dedit, qui neophitos in fide cōfirmarēt. pulſo
Photino cuius fraude in errorem Bulgari dilapſi
fuerant. Pacē præterea inter Lodouicū imperato
rē & andaliſiū Beneuentanum ducē cōpoſuit. Sa-
racenos Beneuentatū vſq; aliquando peruaga-
tos repulit. Poſtremo vero approbāte Lodouico
imperatore inſtituit, ne princeps vllus ſecularis
aut imperator cōcilijs clericorū intereſſe auderet
niſi de fide ageretur, licere tum ac par eſſe cēſuit.
Cyrillus Sunt qui ſcribāt beatū Cyrillum ex cherſona pon
ti ſancti clementis corpus Romā tū detuliſſe, idq;
in eccleſia his tēporibus ſancti clemētis appellata
recōditū fuiſſe, nec ita multo poſt Cyrillum mor
tuū eo loci ſepultū iacere. Nicolaus autē in omni
genere virtutis vnici viri exemplar. vij. pontifi-
catus ſui anno men. ix. die. xiij. moritur, & ante fo
res baſilicę ſancti Petri ex teſtamēto ſepelitur. Sūt
qui ſcribant poſt mortem eius annis. viij. men. vij
die. ix. ſedem vacaſſe.

## Adrianus II.

ADrianus ſecundus, patria roma-
nus: patre Talaro epiſcopo, Ser-
gio pōtifici familiaris fuit, à quo
cum aliquādo denarios quadra
ginta dono accepiſſet domū re-
diens diſpenſatori mādauit, vt
eos peregrinis & pauperibus qui in veſtibulo do
mus ſuę ſtabant erogaret. Facere ille mādata co-
natus: cū videret ne minimę quidē parti tantul
te ſatiſfieri poſſe. Ad adrianū rediens rem ipſam



exponit. Tum adrianus accepta pecunia ad pau-
peres veniens: & ternos denarios ſingulis prę̄ſti- Miraculū.
tit, & totidē ſibi rei familiari ſatiſfacturus reſer-
uauit, admirante diſpenſatore miraculo rei. Cui
adrianus. Vides inquit q̄ benignus & largus ſit
dn̄s his p̄ſertim, qui liberales & munifici in pau-
peres ſunt? Hac & alijs virtutibus tanto in precio
apud oēs fuit: vt cū de pontifice creando ſermo
haberetur certatim oēs vnicū adrianū deligerēt:
quem etiam ab eccleſia ſancta dei genitricis ad
præſepe ad lateranenſem baſilicam nolētem de-
tulere, ac ſtatim pontificem crearunt. Non eſt ha
bita in tanto tumultu cuiuſpiā ratio, hāc ob rem
Lodouici legati qui eius rei cauſa aderant indi-
gnati, q nuſquam (vt par erat) dum hæc age-
rentur intereſſe potuiſſent, & auctoritatem im-
perartoris in creando pōtificem interponere. Le-
gatis autem hac ratione ſatiſfactum eſt, quod di-
cerent multitudinis voluntatem in tanto tumul
tu moderari non potuiſſe, eos tamen recte fa-
cturos, ſi virum optimum, quem & clerus &
populus elegerat, de more pontificem ſalutarēt.
Fecere id legati, q̄q; aperte cernerent clerum &
populum eligendi pontificis totam auctoritatem
ſibi vendicare ne deinceps principis cuiuſpiam
nutus expectaretur. Forte etiam, vt libertas ec-
cleſiaſtica tum molleſceret. Superuenere a Lo- Alij legūt
douico imperatore literæ, quibus romanos ad- ioleſceret.
modum laudat, quod ſummum pontficem ſan- Libertas
cte & integre creaſſent, non expectato aliorum eligendi
voto, qui forte ea in re ob ignorationem perſo- pōtificis.
narū minus iudicij habuiſſent. Qui em̄ fieri poſ-
ſe dicebat; vt peregrinus & hoſpes dignoſcere

poſſit in aliena rep. quis potiſſimum cęteris prefe
rēdus ſit? Id maxime ad ciues pertinere: & ad eos
pręſertim, qui cum inquilinis familiariter vixere.
Adrianus autē pontificatum adeptus, omnia quę
ad honorē ſummi dei pertinerent diligēter cir-
cūſpiciebat, verbis, exemplo, auctoritate: tū ſua,
tum maiorum, vnū quēq; ad bene beateque vi-
uendū cohortatus. Circūuentos etiā aliorum iu-
dicijs & potentia acerrime tutatus eſt. Haberi
enim ſynodum conſtantinopoli paſſus eſt, qua &
pulſus Potius vir ſeditioſus & reſtitutus igna-
tius iā antea iniuria pulſus. Habita etiā in eadem
ſynodo longa contentio eſt, Bulgari ne quorum
legati tum aderant ſedi romanę an cōſtantinopo
litane ſubiecti eſſent. Tādem vero baſilio contra
dicente romanę ſedi adiudicantur. Quare Adri
nus a Bulgaris rogatus vt virū vita & doctrina
inſignem in prouinciā mitteret, cuius auctoritate
& exemplo in fide xp̄i retinerentur. Tres ſanctiſ-
ſimos viros eo cū ſumma poteſtate miſit: qui ec-
cleſias illas ex ſententia ad meliorē cultū redige-
rent. Ii autem fuere Syluester ſubdiaconus leopar
dus Anconitanus, Dominicus taruiſinus qui rem
omnem ex ſententia pontificis breui cōpoſuere. *Bulgari fidē reci-piunt.*
Quanquā Bulgarum nō ita multo poſt donis &
pollicitationibus a conſtātinopolitanis corrupti
pulſis latinis ſacerdotibus græcos receperint,
quæ quidem ſeditio multorum malorum incen-
dia inter gręcos & latinos ſuſcitauit. Adrianus
vero ſeſe omnibus eccleſiæ hoſtibus quo ad fieri
poterat obijciens, cū mortuo Lodouico Karolum *Karolus.*
filium inuncturus eſſet, moritur pontificatus ſui
anno quinto. menſe. ix. die. xij. Eius autē ante mor



tem & tribus diebus ſanguine apud Brixiā pluit:
& locuſtę gallias mirum in modum vaſtarūt tam
calamitoſę mortis indicia permaxima.

## Ioannes IX.

Huius tempore Synodus conſtantinopoli
celebratur quę octaua eſt in ordine græ
carum & quinta conſtantinopolitana.

IOannes. ix. patria romanus, patre
Gundo initio pontificatus ſui Karo
lum, qui tū Romā venerat imperato
rē decernit. Hanc ob rem indignati
duo karoli Lodouici regis germanię
filijs contractis vndiq; copijs in italiā deſcendunt
patruum Karolum imperio ſimul & vita priua-
turi. Is autē Tridentinos ſaltus nepotibus clauſu-
rus, cum exercitu Veronā properās apud Man-
tuā valetudine correptus, venenata potione mo
ritur, quā ſedechias iudę⁹ quo medico vtebatur,
curādę valitudinis cauſa, vt creditū eſt, ei dede-
rat. Ea re cognita ioānes pontifex omnibus viri-
bus annitebatur, vt Lodouicus rex Frācię Karo-
li filius imperator decerneretur. Quo minus aūt
id faceret obſtitere romani proceres, Karolū ter
tiū Germanię regē, qui cum fratre Carolomano
iam partē italię occupauerat, imperatorē eſſe cu-
piētes. In tanta vero ſeditione cū nō deeſſent qui *Ioan. in vincula conijcitur.*
etiā Lodouico fauerēt, pōtifex capitur, & in vin-
cula conijcitur, hanc ob rē non ita multo poſt ad-
iuuantibus quibuſdā amicis e vinculis prolapſus
ad Lodouicū cognomēto balbum in franciā con
fugit, vbi per annum immoratus & regem inun-
xit, & controuerſias quaſdam inter eccleſiaſticos
ortas ſuſtulit. nā gibertus Neumanēſis epiſcopus

leonem abbatē poſſeſſione monaſterij ſui vi priuauerat. Erat em̄ monaſteriū ſancti Petri in quo beati Aegidij corpus quieſcebat. Sixtus autē loci flauian⁹ appellatus eſt a valle flauiana, quā flaui⁹ quondā rex beato Aegidio donauerat: is poſtea eo loci in honorē petri & Pauli monaſteriū cōdiderat. Multis itaq; ep̄is & iudicibus aſtantibus pōtifex cognita cauſa Leoni monaſteriū adiudicat. Arelate hęc contentio extincta eſt, vnde ioannes abiēs annuēte Lodouico apud Trecas ciuitatem conciliū habuit, in quo & multa ad fidē pertinentia ſunt inſtituta, & Frandris qui tū primū ex locis nemoroſis ad meliorē cultū venerant ep̄s datus eſt. Verūcū italia a ſaracenis vaſtaretur, cūq; iam montis Caſſini monaſteriū cepiſſent ac diripuiſſent, ioannes Romā accitus adiuuātibus principibus xp̄ianis Agarenorū magnā partē italia ac ſicilia expulit. Karolū pręterea quo ei liberius in vrbe viuere liceret, imperij corona donauit, tertiuſque Karolus appellatus eſt. Qui poſtea in Normānos mouens franciam & Lothoringiā vaſtātes ita eos perdomuit: vt Rhotifredus eorū rex pacē petere & fidem chriſti ſuſcipere coactus ſit, quem imperator in gratiam recipiēs e baptiſmatis fonte leuauit, vt ſcribit Anaſtaſius, qui tum in precio erat romanę eccleſię bibliothecarius, vir ſane ita vtraq; lingua doctus vt gręco in latinum & ſeptimā vniuerſalē ſynodū & hierarchiā dionyſij ariopagitę & vitas multorū ſanctorū karoli gratia in latinum elegāter & docte tranſtulerit. Sunt qui ſcribāt karolū ipſum multa monaſteria condidiſſe ac rem diuinā auxiſſe. Sed hęc eius pręcipua laus: ꝙ multos ad ſcribendū impulit. Nā &

**Flauian⁹.** **Karolus.** **Anaſtaſi⁹**



Milo beati Amandi monachus: eiuſdē ſancti vitā accōmodate perſcripſit: & Ioannes Schotus quędam noſtræ religionis acutiſſime diſputata grauiſſime cōpoſuit. Non caruit etiā hac laude ſcribendi ioannes pontifex, dum adhuc priuatus eſſet. Diaconus enim primi Gregorij vitam quatuor libris egregie conſcripſit. Cum vero in pōtificatu annis. x. die. ij. vixiſſet, moritur: & in baſilica Petri ſepelitur.

**Milo.**

## Martinus II.

MArtinus. ij. natione gallus, patre palumbo poſt ioannem pontificatum iniit. Sunt qui hunc Martinum vocent, quos ego ſimilitudine ſcriptionis deceptos puto. Martinus itaque cuius vita ideo breuior eſt quia breui tp̄e in pontificatu vixit, imperantibus apud conſtantinopolim Leone & alexandro Baſilij filijs, in occidēte vero Karolo tertio quem ab ioanne octauo coronam accepiſſe ſcripſimus quemq; normannos Galliā infeſtātes ita continus prelijs attriuiſſe, vt eos & fidem xp̄i, & leges victoris accipere cogeret. Sūt qui ſcribāt Martini fraude: vt in formoſo dicetur, ioannē pōtificem ita ſeditionibus agitatū fuiſſe, vt ei in vincula coniecto aufugere neceſſe fuerit. Martinus autem malis artibus pontificatum adeptus, breui moritur. Annum enim & men. v. tantummodo in pontificatu vixit nil dignum memoria gerens vel ob breuitatē temporis, vel ꝙ nil tum accidit quo nomen eius fieret illuſtrius, vel quod dei nutu malis artibus principatus acquiſiti veram gloriam vnicum optimi principis cibum amittunt.

**Hui⁹ prio tēpore nō expectatā īperatoris auctoritas ī creādo pontifice.**

ADrianus . iij . patria romanus, patrę
Benedicto, tanti animi fuit, vt initio
pōtificatus ſui ſtatim ad ſenatū popu
lūq; retulerit, anno dñi. Dccc.xcv. ne
in creādo pōtifice imperatoris aucto
ritas expectaretur, vtq; libera eſſent & clerici &
populi ſuffragia, quod quidem inſtitutum a Ni-
colao primo tentatum potiuſquā inchoatum di-
ximus. Illectum credo hac oportunitate Adria-
numq;, Karolus imperator ab italia cū exercitu
diſcedēs: in Normanos rebellantes mouerat. Fue-
rat ei in animo gentem inquietē omnino delere.
At vero cum id difficile videretur: nec fieri ſine
magna ſuorum clade poſſet partem illam Gallię
ad incolendū his conceſſit, quę vltra ſequanā flu-
men eſt, quęq; hodie a gente ipſa Normandia vo
catur. Pendere autem quotānis vectigal regibus
Francię ſunt iuſſi, ne vi ſed benignitate imperato
ris karoli loca illa obtinuiſſe viderentur. Interea
vero Guilielmus cognomento pius Aquitaniæ
dux & Aluerniæ comes cum ſtirpe virili care-
ret: Cluniacenſe monaſterium in fundo pater-
no Burgundiæ pago maſticenſi magnificentiſſi-
mis operibus inchoauit, eidemque loco Berno-
nem abbatem præfecit: deſignatis prouenibus
vnde monachi viuerent, Ante tempus vero
Guilielmus moriens monaſterium imperfectum
reliquit, Elbo comite pictauię hærede inſtitu-
to: rem ipſiuę ex teſtamento curaret. Adrianus
autem pontifex de quo clerus populuſque roma-
ni magnā ſpē cōceperat ob eius virtutē & magni
tudinē animi animi anno. i. & mē. ij. pōtificatus ſui
moritur, ſepeliturq; in baſilica Petri collachrymā



tibus oībus & ingemiſcentibus tantū parentē ini-
quo tempore tam repente ſibi ablatum eſſe.

## Stephanus V.

STephanus. v. patria romanus: ex via la
ta patre Adriano pōtificatū iniit, eo tpe
quo normāni adiunctis ſibi Dacis omnē
ferme Galliam ruptis fœderibus vaſta-
runt. Timore vero tantę incurſionis beati Marti-
ni corpus Turonis Altiſiodorū deportatū eſt, &
in ecclesia ſancti Germani collocatum. Accidiſſe
miraculum tum ferunt, orta inter monachos di-
ſcordia, cui potiſſimum ſancto nomen eccleſię a-
ſcriberetur. Hanc ob rem diſcutiendę ambiguita
tis cauſa leproſus in medio vtriuſq; ſancti collo-
catus, ea parte ſanatur, qua ad Martinū verge-
bat, cōuerſus deinde in alterā partē virtute beati
Martini integer omnino redditur. Hoc totū ager
mano hoſpiti ſuo tributū creditur: ne de ſanctita-
te eius ob tranſlationē quicq; diminutū videret.
Sunt qui ſcribāt huius pontificis tēpore karolum
cognomēto groſſum: qui iā annis. xij. imperauer-
rat, ptāte deiectū ab optimatibus ſuis fuiſſe ob ſe
gnitiē corporis & ingenij tarditatē in locūq; eius
Arnulphum nepotē ſuffectū fuiſſe, qui ſeptimus
a Karolo magno imperator eſt habitus. Hac ita-
que perturbatione rerū illecti Hunni gens ſcyti-
ca: vt Vincentius & Martinus ſcriptores referūt
in pannnoniam inferiorē ad conſanguineos Vn-
garos deſcendentes, pulſis inde Gepidis & auari-
bus ipam occupāt, inde in Germaniā hoſtili agmi
ne mouentes ab Belgicam vſq; Galliā peruene-
re, ferro ac flāma omnia vaſtātes. Stephanus vero
in tanta rerum perturbatione ſanctitate Liuht-

Corpus Beati Martini Altiſiodorū deportatum

Miraculū.

Karolus groſſus.

prandi Ticinenſis eccleſiæ diaconi: Valdridi Bauari: Berardi pictauiēſis mirifice recreabat. Quorum vita & moribus ita chriſtiana fides inoleuit: vt & monaſteria multa & ſacella magnis ſumptibus in vtraq; Gallia ſint condita. Moritur autem Stephan⁹ pontificatus ſui anno.vi.die.xi. Vacat tum ſedes diebus quinq;.

## Eormoſus I.

Huius tēpore nouū ſciſma eccleſie et ſcādaloſum fuit īter ſergiū & formoſum. Nam ſergius a formoſo reprobat⁹ a papatu ad frācos ī refugium cōmigrauit Et tandē papali honore decoratus chriſtophorum cepit. Et formoſi corpus effoſſum dehoneſtauit.

FOrmoſus Portuēſis ep̄s poſt Stephanū pontifex creatur: qui ſtatim inito magiſtratu eccleſiā Petri pricipis apoſtolorū leui pictura exornauit. Hic aliq̄n ioānis pontificis ſeueritatem veritus: ep̄atum ſuū deſerēs in gallias aufugit. Verū cū reuocat⁹ redire abnueret: anathemate notatus, Romā veniēs oī eccleſiaſtica dignitate priuat, p̄fana indumēta ſimul cū moribus aſſumēs, Sunt q̄ arbitrantur hoc ideo Formoſo accidiſſe: q̄ eius cōiurationis cōſcius & auctor fuerit: qua ioannes captus & in vincula cōiectus eſt. Hac itaq; cōtumelia motus formoſus ab vrbe diſcedēs iureiurādo affirmauit ſe nunq̄ poſtea vel romā vel ad ep̄atum rediturū, At vero Martin⁹ pontifex Ioannis ſucceſſor: hominem poſtea iuramento ſolutum in patriā & priſtinā dignitatē reſtituit: vnde ad pontificatū non ita multo poſt largitione potiuſq̄ virtute cōtradicentibus quibuſdam aſſumitur: arnulphus autē quē ſeptimū a karolo imperatorē diximus primo quidē ſtrenue ſumptis armis Normānos adhuc rebellantes magnis cladib⁹ p̄domuit. Verū poſtea nimio ſucceſſu elatus ita cōtumax in oēs tū vel maxime ī eccleſiaſticos factus eſt: vt dei nutu pediculari morbo breui conſumptus ſit. Huius in locum poſtea ſuffectum Lodouicum imperatorem legit: quem tñ nuſq̄ habuiſſe imperij coronā accepimus. Hic aūt vt Martinus ſcribit cum Berēgario duce Foroiuliano a regibus lōgobardorum originē ducente: & Auitum paternūq; regnum repente armis decernens eum primo quidē ſupat & vincit. Mox renouato prælio apud Veronā Lodouicus ſupatus ingēti ſuorū clade capit & oculis priuat. Atq; ita imperiū quo annis fere centum Franci potiti ſunt: demū in longobardos trāſfertur: imperāte apud Græcos Cōſtantino Leonis filio. Verum neſcio quo facto accidiſſe dicā vt vna cū induſtria imp̄atorum: ſimul etiā pōtificum virtus & integritas defecerit quę quidē t̄pa īfœliciſſima eſſe arbitror cum auctoritate Platōis tales ſoleāt eſſe reliqui ciues quales ſunt in rep. principes. Ad Formoſum redeo cuius tempora ne omnino infœliciciſſima haberentur effecit Remigius altiſiodorēſis virtus & doctrina. Hic enim multa cōmētatus eſt: & ſcripſit in Matthęū potiſſimum & Pauli ep̄las. Sunt qui ſcribant huius interpretationis auctorem fuiſſe Remigium Remenſem: non autem hunc de quo loquimur: vtcunq; ſit conſtat vtrunq; Remigium doctiſſimum fuiſſe. Formoſus autem pontificatus ſui anno.v. menſe.vi. moritur. vacat tum ſedes diebus.ij.

Arnulphus

Mutatio imperij

Bonifacius.vi.natiōe Tuſcus:in demor-
tui Formoſi locū pōtifex creatur Quā-
tum autem ī pōtificatu vixerit magna
cōtrouerſia eſt.Plus enim alij,minus quidā tēpo-
ris huic aſcribunt..Sentio ego cum pluribus: qui
affirmant pōtificem hunc diebus tantummodo
vi.&.xx.in pōtificatu vixiſſe.Hoc vt credam fa-
ciunt hyſtoriæ in quibus nulla vel parua de hoc
homine fit mentio.Quo enim modo fieri poſſet:
vt huius tēpora ſub ſilētio prętериrēt:ſi annis.xij.
quidam referūt in ſede petri vixiſſet.Ponere ita-
q; hunc hominem in catalogo ſummorum pōti-
ficum inſtitui:non propter res geſtas quę nullę
ſunt. Quid enim geri in tanta breuitate tempo-
ris potuit:Sed quia legitime & recte pōtifex crea
tus eſt.Moritur enim(vt dixi)pontificatus ſui die
vi.&.xx.ſepeliturq; in baſilica Petri,

## Stephanus. VI

STephanus.vi.patria romanus Anagni
nus eps pontifex creatus:tāto odio per
ſecutus eſt Formoſi nomen:vt ſtatim
eius decreta abrogauerit:res geſtas re-
ſciderit:licet quidam ſcribant ipm ſtephanū epi-
ſcopatum Anagnię a Fomoſo cōſecutum fuiſſe.
Sed ego arbitror hoc odium ex ambitione ortū
fuiſſe:cum iam eo deueniſſent eccleſiaſtici,vt nō
coacti,vt antea,ſed ſponte et largitionibus pon-
tificium munus obirent. Hinc odium ortum eſt
quo etiam in mortuum ſtephanus ſæuiebat, ꝙ
ei antea impedimento fuiſſet, quo minus optata
Crudele. ſpectaculum
ſede potiretur. Refert Martinus ſcriptor ſtepha-
num tanta rabie deſęuiſſe,vt habito conſilio cor
pus Formoſi e tumulo tractum pontificali habitu



ſpoliatum,indutumq; ſęculari ſepulturæ laicorū
mādauerit: abſciſſis tamen dexterę eius duobus
digitis illis potiſſimum quibus in conſectatione
ſacerdotes vtuntur:in tyberimq; proiectis.ꝙ vt
ipſe dicebat contra iura ſacramenti Romam et ſa
cerdotium repetiſſet quo a Ioanne.viij.iure ſpo-
liatus fuerat.Magna fuit hęc controuerſia & peſ-
ſimi exempli: cū Poſtea fere ſemper ſeruata hæc
conſuetudo ſit vt acta priorum pōtificum ſequē
tes:aut infringerēt:aut oīno tollerēt.Quod hac-
tenus certe ab optimis illis pontificibus quorum
vitas conſcripſimus:alienum fuit. Paulum certe
Nota de paulo veneto
abfuit.quin noſtra tēpeſtate Paulus.ij. Venetus
Formoſi nomen(vt fit) ſibi inderet:ꝙ id nomen
ei maxime conuenire videretur propter proceri
tatem corporis & maieſtatem. Quo minus autē
id faceret deterruere eum Cardinales quidā hy-
ſtoriæ nō ignari:ne ei poſt mortem id acciderēt:
quod olim Formoſo.Tulit id ægere Paulus:quia
nihil ei pręter hoc nomē ad ſummā fœlicitatem
deeſſe videbatur.Interim vero ignauia pōtificū
frectus Conſtantinopolitanus imperator Symba
ticum patritium protoſpatarium ſuum in Italiā
cum exercitu mittit qui Beneuentum.iij.menſe
poſtea q̄ obſideri cœptum eſt,in poteſtatem ſuā
redegit:Poſſeſſum antea a lōgobardis annis.ccc.
&.xxx. Verum anno.iij. poſt Guido longobar-
dus pulſis gręcis vrbē recuperat: atq; ita denuo
ad longobardos recedit. Ad Stephanum redeo:
qui pontificatus ſui anno.i.menſe.iij.moritur.Se-
des autem eius ex morte.iij. diebus tum vacat.

## Romanus I

ROmanus patria romanus: vbi põtificatũ inijt ſtephani pontificis decreta & acta ſtatim improbat abrogatq;. Nil em̃ aliđ ĳ pontificuli cogitabãt: q̃ & nomẽ & dignitatem maiorum ſuorum extinguere: quo nichil poteſt eſſe peius & anguſtioris animi. Qui enim his artibus nitũtur: nulla virtute muniti: eo de loco abradere bene merentes conantur quem ipſi ob ignauiam & malitiam attingere non poſſunt. Neminem ſi quidẽ vnq̃ inuenies alienæ famæ inuidere niſi qui õnibus probis cõtaminatus deſperat, ſuum apud poſteros celebre nomẽ aliquãdo futurum. ĳ ſunt q fraude: malitia: dolo: maledicẽtia de hũano genere bene meritos mordent, lacerant, accuſant, corrodunt, tanq̃ ignaui canes & inutiles, nec feris ſeſe obĳcientes ob timiditatem: ſed vinctas et caueis incluſas mordentes. Commemorate tamẽ huius pontificis nomẽ libuit quia de more Petri ſedem obtinuit. in qua tertio pontificatus ſui menſe demoritur.

Pontificulos appellat.

## Theodorus II.

THeodorus. ĳ. patria romanus põtifex creatus veſtigia ſeditioſorum ſequitur. Nam & formoſi acta reſtituit, & eius ſectatores in precio habuit, imperante adhuc in italia (ut qdã volũt) Arnulpho, regnãte ĩ Frãcia karolo ſimplici, cõſtantinoq; Leonis filio orientale imperiũ gubernãte Quo quidem tempore Saraceni apuliam ingreſſi: occupatoq; ſancti angeli monte magnam vim hominum & pecorũ cepere. Verum itali tumultuaria manu comparata magna ex hoſtibus edi-



taſtrage prędam recuperant. Agebantur hęc in italia, cum Guilielmus cognomẽto ſectorfeni Engoliſmę comes a karolo caluo originẽ ducẽs, monaſterio cartuſiẽſi reliquias ſãctorum, quę incurſionis Normannicę tempore inde ablatę fuerant reſtitui mandauit. Videbat em̃ ſeditionem inter populos orituraã quieſcẽtibus iam Normãnis: niſi in loco priſtino reliquię collocarent. Qui fuerint Normanni haud ſatis conſtat. Sũt tamen qui dicant, eos ex Noruegia in Galliam deſcẽdiſſe. at Theodorus. xx. pontificatus ſui die moritur: nulla magnopere de ſe relicta memoria, ob breuitatem temporis.

Sectorfeni Engoliſmę comes

## Ioannes X.

IOannes decimus patria Romanus, põtifex creatus: Formoſi cauſam in integrum ſtatim reſtituit aduerſante magna populi Romani parte qua ex re tanta ſeditio orta eſt, vt Paulum admodum ab iuſto pręlio abfuerit. Is autem Rauennã profectus. iiĳ. & lxx. epiſcoporum habito conuẽtu: & Stephani res geſtas improbauit: & Formoſi acta reſtituit: diiudicãs perperam a Stephano factũ, qui cenſuit eos iterum ordinandos eſſe, quos Formoſus ad ſacros ordines aſciuerat. Hoc tamen accidiſſe putauerim ego, cum quia pontifices ipſi a Petri veſtigĳs diſceſſerant: tum vel maxime quia reſpub. chriſtiana ignauos & deſides principes habebat, quorũ maxime intererat nauiculã Petri fluctibus exagitari: ne ſi gubernator aliqñ reſpiceret, prĩcipes ĩpos vt malos nautas e rep. deĳceret. Dedit⁹ erat voluptatib⁹ Arnulphus: nõ multũ diſtabat a ſuo cognomen-

to karolus rex franciæ: quem ſimplicem vel potius ſtolidum vocabant. Hac autem oportunitate illecti Vngari gens quidem fera & indomita hoſtili manu italiam primo: mox Germaniam & Galliã ita inuadit nemine prope reſiſtente: vt ferro ac flamma omnia quoquo proficiſceretur abſumeret: nulli mortalium ætati aut ſexui parcens. Præterea vero Aphri Calabriam ingreſſi: cum iam magnam ꝓuinciæ partẽ cepiſſent oppugnarentq; Conſtãtiam eorum rege in oppugnatione ictu fulminis diuinitus mortuo paſſim dilabũtur & ad ſuos redeũt Deus enim populi ſui calamitatem miſeratus a principibus terræ derelicti tum demum telum ſuum in hoſtes chriſtiani nominis direxerit: qđ niſi feciſſet de nomine italico: de eccleſia actum profecto tum putabatur. Adeo ſocordes & nullius precij homines in principatibus tum erant. Ioannes autem pontificatus ſui anno ij. die. v. moriens nil de ſe dignum memoria reliquit niſi quod ſeditiones quaſdam prope extinctas reuocauit.

Vngari Feroces Galliam & germaniam inuadunt

## Benedictus. IIII

Benedictus. iiij. patria romanus: pontifex creatur ad eius humanitatem & clementiam. Verum nil ſuo tempore geſtũ eſt: quod magnopere collaudari poſſit. Acciderat huic ætati: quod alijs interdũ ſolet, vt hominum induſtria in quouis genere virtutis conſeneſceret: nullis calcaribus abhibitis quibus hominum ingenia ad laudem excitarentur: quod fieri a bene inſtitutis populis optimiſq; principibus cõſueuit. Cõſtat enim (vt antea dixi) Ludouicum Arnulphi filium imperium paternum repetere conantem eo tempore Veronæ captum & interfe-

Ludouicus imperatoris filius occidit



ctum a Berẽgario fuiſſe, atq; tũ primũ genus Karoli magni ignauia poſteriorum principum tam Fráciæ quã etiam Germaniæ imperij titulos amiſiſſe. Verũ eſt certe quod Criſpus ait, Quæ orta ſunt occidunt, quæ aucta ſeneſcũt. Imperiũ ipſum magnũ habuit incrementũ, verum poſtea principum ac populi ro. ignauia ſplendor ille romani nominis in obſcuras tenebras cõuerſus eſt. Tum vel maxime vbi remiſſa exercitatione virtutis voluptatibus ſe & thermis ad effœminãda corpora iuuentus tradidere. Idem etiam accidiſſe põtificali dignitati dicere poſſumus. Sãctitate enim & doctrina, quæ non niſi magnis laboribus conſummataq; virtute cõparantur pontificiũ decus ſine vllis opibus primo quidẽ auctũ eſt inter tot hoſtes & obſtinatos perſecutores xp̄iani nominis, mox vero vbi cũ ipſis opibus laſciuire cœpit eccleſia dei: verſis eius cultoribus a ſeueritate ad laſciuiam, peperit nobis tãta licentia peccãdi, nullo principe flagitia hominum tum coercente: hæc mõſtra, hæc portẽta, a quibus ambitione & largitione ſanctiſſima Petri ſedes occupata eſt, potius quã poſſeſſa. Hæc tamen Benedicti laus eſt, quod in tam corruptis moribus grauiter & conſtanter vitam ducens pontificatus ſui anno. iij. menſe. iiij moritur, Vacat tum ſedes diebus ſex.

## Leo V.

Leo quintus cuius patriam hiſtorici nõ ponũt, põtificatũ adeptus, a chriſtophoro eius familiari dominandi cupido capitur, & in vincula conijcitur, quod quidẽ fieri nõ ſine magna ſeditione & multorũ interitu potuit. Quantæ em̃

auctoritatis pōtificatus tū eſſet, vitio priorū pōtificum ex hoc vel maxime cōprehendi poteſt, ꝙ a viro priuato tanta dignitas vi & factione vno fere momēto occupata eſt. Verum eſt certe quod dici ſolet, plus auctoritatis dignitates ex hominibus capere quā ex dignitatibus homines, vt in cēſura romana apparuit, quę primo vt exiguus magiſtratus poſt habita eſt. Verum vbi ciuitatis optimates obire munus illud dignitati ſunt, tantā ei auctoritatem tribuere, vt inter optimates infœlix prope haberetur, qui cenſoriā dignitatē conſecutus in vita non fuiſſet. chriſtophorus itaqꝫ ſedem occupat. xl. Leonis in pontificatu die, quem ego præ dolore animi paulo poſt periſſe crediderim, ꝙ ab eo potiſſimum honore ſpoliatus fuiſſet: quem ipſe vt lupum domi aluerat, vt illud Theocriti enutrito lupos qui te comedant.

## Chriſtoforus I.

CHriſtophorus cuius patria & cognomentū ob ignobilitatē ignoratur pōtificatū malis artibus adeptus male amiſit. Septimo eñ menſe dignitate ac merito quidē eiectus, monaſticam vitā vnicū calamimitoſorū refugiū obire cogitur. In monaſteria enim tanquā in inſulas clerici male de eccleſia deimeriti tum relegabantur. Sūt qui ſcribant chriſtoforū deiectū pōtificatu fuiſſe, Lodouico. iij. imperante: aliȷ hæc tēpora Berengario aſcribūt quē diximus e duce Foroiuliano imperatorē creatū, ꝙ in italia oriundus eſſet e ſtirpe longobardorū regū, ꝙꝙ etiam in eo ſolo ſpes vnica imperȷ collocari tum maxime poterat, ob virtutem & nobilitatem. Vt autem credam Berengarium tum imperaſſe facit, & pōtificum qui ante fuere breuis vita, quo tanquā monſtra quædā e medio breui deus ſuſtulit: & ipſius imperatoris tempus qui ſuperato Guidone duce Spoletino interfectoqꝫ Ambroſio comite Bergomate: quos primo hoſtes habuerat, accepta a formoſo imperȷ corona annis. ix. vixit. Quid vero poſtea Chriſtophoro acciderit e pontificatu deiecto in Sergio dicetur.

Refugiū calamitoſorū vita monaſtica.



## Sergius III.

SSergius tertius patria Romanus, patre Benedicto, pontificatum iniens baſilicam lateranenſem quæ tum corruerat reſtituit. Chriſtophorum e monaſterio tractū in vincula coniecit. Rebus deinde confirmatis in Gallias profectus, Lotharȷ gratia amicitia fultus, qui tum regnabat, in italiam rediens, & chriſtophorum arctiore cuſtodia reuinxit. Et formoſi acta ita ĩprobauit, vt denuo ad ſacros ordines eos admittere neceſſe fuerit: quos Formoſus antea ſacerdotali ordine dignos cenſuerat. Neque hanc quidem ignominiam motruo intuliſſe contentus, eius cadauer e ſepulchro tractum capitali ſupplicio acſi viueret afficit, corpuſqꝫ ipſum in tyberim proȷcit, tanquam ſepultura & honore humano indignum. Ferunt Piſcatores corpus ipſum inter piſcādum repertum, ad baſilicam Petri detuliſſe: atqꝫ dum funus celebratur ſanctorum imagines quæ in templo locatæ erant corpus ipſum veneratas fuiſſe, & ob eam rem creditum eſſe Formoſum iniuria quidē tali ignominia affectum fuiſſe. Sed factam ne ſit hoc a piſcatoribus haud ſatis cōſtat

Acta formoſi reprobata.

Crudele facinus.

viuente præſertim Sergio, qui formoſi actionem perſequebat̃ ꝙ antea ei impedimẽto fuerat quominus põtificatũ cõſequeretur. Vide queſo quãtũ iſti degenerauerint a maioribus ſuis. Illi enim vtpote viri ſanctiſſimi dignitatẽ vltro oblatam contemnebant, orationi & doctrinę chriſtianę vacantes. Ii vero largitione & ambitione pontificatum quęrẽtes, & adepti, poſthabito diuino cultu inimicitias nõ ſecus ac ſæuiſſimi qdã tyrãni inter ſeſe exercebant, ſuas voluptates poſtea ſecurius expleturi, cum nullibi extarẽt qui eorũ vitia coercerent. Crediderim ego Sergium hoc facere a Lothario compulſum, ꝙ formoſi opera a Gallis in alienigenas imperiũ trãſlatum ſit. Sergius autẽ his artibus vitã ducens. vij. pontificatus ſui anno men. iiij. die. xvi. moritur. Cum paulo ante igneæ faces in cœlo & ſtellę micãtes, diſcurrenteſq; præter conſuetudinẽ ſint viſæ. Vnde non ita multo poſt vngari Italiam cum exercitu ingreſſi: multas viciſſim intulere accepereq; clades.

## Anaſtaſius III.

ANaſtaſius tertius patria romanus: eo tempore pontificatum iniit, quo Lãdulphus Beneuẽtanus prĩceps graui prælio in Apulia cum græcis decertauit & vicit. Nam patritius Leonis conſtantinopolitani imperatoris dux: Italiam ingreſſus, ſe omnia breui euerſurum minabatur, niſi Leoni propere obtemperarent. Verum (vt dixi) Landulphi virtute, imperiũ ſimul cum loquacitate omiſit: quanquam vero a Berengario iam pararentur copiæ: quæ patritio obuiam fierent, plus terroris quam virum ſecum ferenti.

Patritius



Anaſtaſius autẽ a quo nil memoria dignum geſtum eſt. ij. anno pontificatus ſui moritur, & in baſilica Petri ſepelitur. Hunc tamen pontificem hac vna in re laudare poſſumus, ꝙ neminem eorum qui ante ſe in pontificatu fuere ignominia aliqua notauerit, vel maledicentia perſecutus ſit. Modeſte enim & integre vixit, nec in ſe quicquam habuit quo reprehendi poſſit.

Anaſtaſij commendatio.

## Lando I.

LAndo patria Romanus, Anaſtaſio ſucceſſit, huius autem vita ita obſcura fuit vt etiam ſint qui eum inter pontifices non numerent maxime autem vincentius hiſtoricus. Aliter tamen Martinus & Cuſentinus ſentiunt, horum de numero & Gothifredus eſt, qui ſcribit Landum auctoritatem ſuam interpoſuiſſe quo minus Berengarius & rhodulphus comitis Guidonis filius inter ſe decertarent. Sunt qui ſcribant Rhodulphum apud veronam Berẽgarium ſuperaſſe, ac imperio tribus annis potitũ eſſe. Magna eñ tũ erat inter italos Germanos & francos de poſſeſſione imperij cõcertatio. Vnde & grauiſſima bella orta ſunt, nec extincta ſine multorum interitu, omniumque prouinciarum calamitate. Annitebantur tamen Romam italiquę imperij nomen in prouĩcia retinere, obſtantibus barbaris omnibus, licet duce & auctore tam præclari facinoris indigerent, extinctis iam non ſolum illis præclaris luminibus, quæ italiam quõdam per totum orbem terrarum illuſtrarunt, verum etiam ſublato omnino & exciſo illo egregio ſeminario, vnde tã præclare radices pullulabant Lãdus autem ſexto pontificatus ſui menſe. die. j.

&.xx.moriens in baſilica Petri ſepelitur.

## Ioannes XI.

IOannes vndecimus patria Romanus patre Sergio pōtifice, anno domini. Dcccc. ix. pontificatum iniit. Preſul Rauennas is antea fuerat epiſcopatu deiectus popu tumultu. Verum Lando mortuo pontificatum adeptus, ſpiritus militares magiſquam religioni deditos geſſit. Indigebat huiuſcemodi pontifice tum quidem & eccleſia & italia. Nam græci (vt diximus) Landulphi virtute ſuperati, Saracenos in italiam vocant, qui ex calabris & Apulis in Lucanos & campanos mouentes vrbi Romæ exitium ſe illaturos propediem minabantur Hoc autem periculo motus ioannes, Alberico hetruriæ Marchione in auxilium accito habito delectu, cū ſaracenis confligens & ſuperans ab vrbis finibus ſubmouit. Verum nil actum ea victoria exiſtimans, niſi fugientes inſequeretur, eos ad lirim fluuium nactus (quem garilianum vocant) apud minturnas tanta clade ſuperat, vt de relinquenda omnino italia cogitauerint, locaq; omnia fer quæ in littore italico obtinebant incenderint. Poſtea tamen mutata ſentētia occupato monte Gargano, incurſionibus loca circunquaque poſita vexabant. Interim vero ioannes in triumphi modum Romam rediens, cum omnia ſibi vendicaret, Alberici odium ita in ſe concitauit vt ingens ſeditio ſit orta, qua quidem Marchio pulſus: ortam proficiſcens oppido munito & arce Vngaros præmijs ſollicitatos in italiam vocat, qui certe prouinciam ingreſſi, plus prope calamitatis italiæ intulere quam olim ſaraceni. Pueros enim

Saracenū italiam a græcis vocantur.

Victoria Ioānis erga ſaracenos.



& virgines abducebant, grandioribus natu necatis. Neq; ipſis quidē hetruſcis pepercere: quos ex fœdere Alberici intactos eſſe oportebat, immo vero magis in hos quam in cæteros italos ſæuitum eſt, incenſis & euerſis fere omnibus oppidis quæ ipſi occupauerant. Crediderim ego Berengarium qui tum Ciſalpinam tantummodo tuebatur, hoſtibus iter hetruriam dediſſe modo ſine vllo ſuorum maleficio tranſirent. Hac autē dulcedine prædę illecti vngari, frequenter deinceps italiam repetebant. Qua calamitate romani permoti, cum ſæuire in hoſtem præferocem & potentem non poſſent: Albericum capiūt & obtruncant. Ioannes quoq; ſeditione militari, maxime vero a militibus Guidonis comitis captus & in vincula coniectus ceruicali in os coniecto necatur, pontificatus ſui anno decimotertio menſe ſecundo die. iij. Cuius in locum alter ioannes ſubrogatur verum quia vi ſedem occupauerat e loco ſtatim deiectus connumerari inter pontifices non meruit.

**Ioannis ponti. mors.**

## Leo VI.

LEeo ſextus patria romanus, legitimis ſuffragijs pontifex creatus, nil tyrannicum in vita pręſe tulit, integre ac modeſte vitam ducens ac rei diuinę conſulēs quātū illa tēpora ī tā corruptis moribus patiebātur. Reuocare em̄ ciues ad cōcordiā temeritate & ſtultitia priorū pontificū adhuc tumultuantes, componere res italas, pacare externū hoſtē, propulſare, barbaros a ceruicibus italiæ conatus eſt. quo certe nil melius aut laudabilius in tā breui magiſtratu fieri potuit. Septimo enim menſe

die.xv.pontificatus ſui morit̃,ſepelitq́ in baſilica petri magno ſui apud romanos deſiderio relicto.

Stephanus VII.

STephanus.vij. patria romanus,eo tẽpore pontificatũ inijt (vt quidã ſcribunt) quo vngari Alemaniã Saxoniãq́ populãtes ab Henrico Germaniæ rege apud moreſpurgã ingenti clade ſuperati ſunt. Ferunt tum etiam Rhodulphum Burgundionum regem in italiam hoſtili manu contra Berengariũ. ij. deſcendiſſe,eumq́ ſuorum fraude regno ſpoliatũ ad vngaros confugiſſe qui ſumptis armis tertio anno poſt pulſum Berengarium in italiam cum magno exercitu duce Salardo venientes, Papiam vi captam ferro & igne magna ex parte vaſtarunt. At vero itali cum non ſatis virium in Rhodulpho cernerent: Vgonem Arelatenſem comitem in italiam vocant. Huic autem non ſine contentione tamen Rhodulphus cedẽs,cũ hoſtes acriter inſtarent in Burgundiã ſeſe recepit. Vgo vero nõ ſatis his fidẽs,qui ſe vocauerant,multos in exiliũ pepulit,qui quidẽ ad Arnoldũ Bauarorum ducẽ cõfugientes, hominẽ regnandi cupidũ mouere copias in italiã propellunt. Deſcendentẽ itaq́ ex alpibus Veronẽſes ſtatim intra mœnia benigne ac comiter recipiunt. Verum Vgo in eum mouens commiſſo prælio hominem ſuperat, Veronamq́ ſtatim recipit. Mortuo autem apud Bauaros Berengario(vt alij volunt apud vngaros)Berengarius.iij.primi Berẽgarij ex filia nepos in italiã veniẽs Anno ſaluti.Dcccc.xxxv.imperio potitur.Sũt autem hæc quæ ſcripſi huius pontificis tempori-

*Rhodulphus ĩ berengariũ certat.*

*Berengarius.*



bus aſcribant.Ego vero & priorum quorundam & ſequentium temporibus aſſignanda crediderim,cũ ea quæ breuiter ſcripſi nõ ſine diuturnitate geri potuerint: Sed ſatius fuit in tanta ſcriptorum varietate & temporum oĩno aliquid ſcribere:q̃ quæ ſunt aliquãdo geſta ob incertos auctores omittere.Cõſulimus poſteritati:nec ita ſuperſtitioſi ſumus, vt nolimus ea credere varij auctores ſparſim cõſcripſere.Huius quoq́ põtificis tẽpori merito aſcripſerim: ſanctũ Vgibertum nobilem Lothoringiæ prĩcipẽ,qui Gemalteſe Cœnobium propria impenſa magnis operias breui extruxit.Ferunt & hac tẽpeſtate Spireneum Bohemiæ ducẽ fidẽ xp̃i tũ primũ recepiſſe. Nã duces antea q̃ Bohemiæ prẹerãt:nũc demum reges appellãtur auctis opibus & copijs. At Stephanus, cuius vita mãſuetudinis & religiõis plena fuit, ſecũdo põtificatus ſui anno:mẽ.i.die.xij.morit̃:inq́ Petri baſilica ſepelitur.

*Sanctus Vgibertus.*

*Spirene⁹ Bohemię dux.*

Ioannes XII.

IOannes.xij.patria Romanus:patre Sergio põtifice(vt quidã volunt)eo tẽpore põtificatum inijt: quo ſanguinis fons(vt martinus & vincentius aiunt) Genuæ largiſſime affluxit: futuræ magnæ calamitatis indicium. Nam & Genua a Saracenis ex Aphrica venientibus tum capitur ac diripitur:& Vngari Italiã ingreſſi:lõge omnia ac late populati ſunt. Verum dum onuſti prẹda Pelignorum fines attigiſſent:a Marſis qui repente arma ceperãt opprimuntur: atq́ ita prẹdam omnẽ cum vita amiſere.Scripſit tum multa Racherius ex monacho Veronenſis epiſcopus factus: ĩ exi-

*Fons ſanguis apud Genuam.*

*Vngari.*

lıumq; papiam ab Vgone rege miſſus, ꝙ aperte nimium in eius mores inueheretur. Ioannes autē pontificatus ſui anno quarto.men.x.die.xv.moritur. Vacat tum ſedes diebus.xij.

## Leo VII.

LEo.vij.natiōe Romanus, Vgone & Lothario in italia imperantibus:pōtificatum adeptus:nil dignū memoria geſſit. Huiusautē tempora illuſtriora fecere ſpireneus Bohemię dux(vt Martinus refert) iuſtitia & religione inſignis & eius filius Vinceſlaus nequaquam a patre degenerans:a fratre Boleſlao interemptus ob regni cupiditatē, qui quidem Vinceſlaus poſtea in ſanctos referri meruit: comprobata eius vita,approbatiſq; miraculis in vita & poſt mortem editis: Leo autem pontificatus ſui anno tertio,men.vi.die.x.moritꝰ, & in baſilica Petri ſepelitur. Vacat tum ſedes dies tres.

Spireneus Vinceſlaus

## Stephanus VIII.

STephanus.viij.natione Germanus pontificatum iniens:ita a Romanis ſeditionibus vexatus eſt: vt nil memoria dignum ab eo geri potuerit. Immo vero (vt Martinus refert) in tanta ſeditione mutilatus turpiter aliquandiu vitam duxit: cum ob inhoneſta vulnera prodire in publicum erubeſceret. Parabat quidem rex Vgo tantā iniuriā vlciſci: ſed in ipſo apparatu moritur:cui quidem Lotharius filius in regno ſuccedens:hac de re nullā mentionem fecit:vel quod Romani populi amicus eſſet,vel ꝙ breui regnauit, biennio enim tantum poſt mortem patris ſuperuixit. Otho autem Germanorum rex vinceſlai Bohemiæ regis mortem



vlturus in Boleſlaum qui fratrem per ſcelus interfecerat copias mouens hominem tandem poſt multas illatas acceptaſq; clades in poteſtatē ſuam redegit.Stephanus vero pontificatus ſui anno.iij. menſe quarto,diebus.xij.moritur. Vacat tum ſedes diebus.x.

## Martinus III.

MArtinus.iij.patria Romanus: manſuetudinem & placabilitatem Stephani ſeptimi imitatus eſt, pontificatū enim adeptus bella omittens: religioni ſeſe totum addixit templa vetuſtate collapſa inſtaurans, pauperes eleemoſynis paſcens. Non caruit tamen huius temporibus Europa ipſa bellica rabie. Nam cum Otho anniteretur italiam ingredi aduerſante Lothario,magnæ cædes vtrinq; cōmiſſæ ſunt. Adhortante tamen eos Martino pontifice, vt ab armis diſcederent, tum vel maxime cum vbiq; fame & penuria rerum omniū laboraretur, ſucciſis vndiq; arboribus:proſtratis ſegetibus: & abductis grauiſſimo bello colonis ac pecoribus Apud Conſtantinopolim quoq; tumultuatū vehementer eſt. Nam ciues ipſi Conſtantinum imperatorem captum: abraſo capite in inſulam relegarunt. Verum non ita multo poſt Cōſtantinus Leonis filius imperium adeptus: ſeditioſos ciues eadem turpitudine tātum affectos,qua ipſi Conſtantinum notauerant in eandem inſulam exulatum mittit. Martinus autem tertio pontificatus ſui anno,men.vi.die.x.moritur & in baſilica Petri ſepelitur. Eius autem in morte ſedes Romana diebus.xij.tum vacat.

**Conſtantinus a ciuibus capit.**

AGapitus.ij.natiõe Romanus, arden-
te tumultu bellico in Italia pontifex
creatur. Vngari enim tum etiam ho
ſtili manu Italiam ingreſſi: iam fere
omnẽ oram tranſpadanam occupa-
uerant cum Hẽricus Bauariæ dux ſumptis pro-
pere armis cõparatoq; exercitu in prouinciã mo
uens nõ ſine magno incolarum incõmodo. duo-
bus grauiſſimis prelijs eos ſuperat: ac ꝓuinciam
omnem ab Aquileia Papiã vſq; occupat: Vnde
non ita multo poſt propere in Auſtriã diſceſſit:
ꝙ iam aduẽtare Berengarium cum magno exer
citu ĩtellexerat: potiturus autẽ Italia Berẽgarius
imperatoris nomen ſibi indit, filiumq; Albertũ
regẽ Italiæ nuncupat: cõiecta incarcerem Alun-
da Lotharij fratris filia: ne Papiam vrbem dota-
lem repeteret. Interim vero Agapitus põtifex:
Italiæq; ꝓceres cognita Berẽgarij ſuperbia: ꝙ o-
mnia ſibi cõtra ius faſq; vẽdicaret: Othonem Ger
maniæ regẽ in Italiã vocant: ꝗ quidẽ per Forum
iulij ꝓuinciam cum.l.millibus hominum ingreſ-
ſus: deturbatis ſtatim e regno Berengario & Al
berto: Alundã Lotharij filiã e carcere ductam in
vxorẽ accepit, ex qua poſtea filiũ ſuſcepit cui O-
thoni ſecundo nomen fuit. Otho tamẽ Italia dece
dens hac moderatiõe vſus eſt, vt Berengario &
Alberto gubernãdæ ꝓuinciæ arbitriũ permiſe-
rit: cõpoſitis inter põtificem & Berẽgarium re-
bus. Idem quoq; Otho Lodouicũ regem Frãciæ
magnis eo propere deductis copijs iuuit: quẽ ꝓce
res prouĩciæ adiuuante Vgone pariſiorũ comite
ipſius Othonis ſororio ꝓpe regno depulerãt. At
vero Albertus Berẽgarij filius: qui tũ Rauennæ

Berengarius nomẽ ĩperatoris vſurpat.

Otho Alũdã vxorẽ ducit.

Vgo comes Pariſiorũ cognomẽto capet.



præerat. Comaclenſium claſſe & auxilijs fretus
mercatores Venetos aduerſante Agapito põti-
fice ĩfeſtabat: vnde Veneti incẽſi cõparatis ꝓpe-
re quibuſdã nauigijs comaclũ expugnatum ĩcen
dunt. Dum hæc itaq; hoc modo agerẽtur. Aga-
pitus põtifex vir innocẽs, & reipub. chriſtianæ a-
mator põtificatus ſui anno.ix.men.vij.die.x.mo-
ritur. Eo fere tẽpore: quo Oddo cluniacenſis mo-
naſterij abbas in domino quieuit. Cuius quidem
diſcipulus habitus eſt Domaielus vir miræ ſan-
ctitatis & monaſticæ diſciplinæ reſtitutor.

Oddo abbas Cluniacenſis.

## Ioannes XIII.

Huius tẽpore fuit.x. ſciſma eccleſiæ ĩter iſtũ
Ioannem & leonẽ.viij. qui licet bis fuga-
tus fuerit tñ auxilio imperatoris obtinuit.

IOannes.xiij.patria Romanus: de via
lata patris Albrici potẽtia; fretus põ
tificatũ occupat. Octauianus is qui-
dem primo vocabatur: homo ſane
ab adoleſcẽtia oĩbꝰ ꝓbris ac turpitu
dine cõtaminatus: venatiõibus magis ſi quid tẽ-
poris a libidinibus ſupererat ꝗ oratiõi deditus.
Erant tum Romæ duo annui cõſules ex nobilita-
te: prefectus vnus qui ius populo diceret. Ex ple-
be aũt decarchões duodecĩ creabãtur: qui vicem
ſenatus gererent. Nõ carebãt aliqua ditione Ro-
mani. Nam & vicina hetruriæ oppida intra Vr-
beueranum Tudertinumq; agrum, & quicquid a
Neapoli Beneuẽtoq; a Marſis a Reatinis ad vrbẽ
ſpectat Romanæ ciuitati obtẽperabat. Vlteriora
parti Græci: ptim Saraceni occupauerãt. Quis tũ
picenũ ſpoletinũq; agrum obtineret ĩcertum eſt.
Octauianus itaq; patris potẽtia in ſatis libera ci-

Lubricitas põtificis.

uitate fretus pōtificium munus humeris ſuis ne-
quaquā cōueniens ſibi deſumit. Hac quidem in-
dignitate moti duo cardinales, literis Othonem
obſecrant, vt clerum populumq; Ro. e manibus
Berengarij Ioanniſq; duodecimi vēdicare cone-
tur aliter chriſtianam fidē vna cum imperio peri
Otho.
turam. Otho enim tum magno in precio erat Do
mito Boleſlao (vt dixi) Bohemiæ rege: ſupera-
tiſq; tribus grauiſſimis prælijs Vngarijs Germa-
niam vaſtantibus: ac captis tribus eorum regulis
quos Germani cōtradicēte imperatore vitam fi-
Crudelitas pōtificis.
nire laqueo coegere. Interī vero dum Otho ex-
pectaretur re per indices patefacta Ioannes pōti-
fex cardiales ipſos capit: & huic naſum, illi vero
manum abſcindit. Hanc ob rem Otho in Italiam
mouens, primo quidem Berengarium & Alber
tum filium in poteſtatem ſuam redigit, alterum-
que Cōſtantinopolim, alterum in Auſtriam rele
gat. Mox vrbem ingrediens ab ipſo Ioanne hono
rificentiſſime ſuſcipitur, coronaturq;: vt quidam
tradūt, accepto Germanię Pānonięq; titulo quod
Imperiū ad germanos tranſfertur.
reliqui imperatores deinceps obſeruarunt. Trāſ-
lato tum primū ad Germanos imperio. Alij ve-
a Leone octauo, de quo Paulopoſt dicemus hoc
factum exiſtimant, quorum opinionem Gratia-
nus in decreto ſecutus eſt. Priorem ſententiam Ri
cardus & Cuſentinus non improbāt, Lateranen-
ſis autem Bibliothecarius Othonem Ioannis tem
pore Romā veniſſe ſcribens, de coronatione eius
nullam mentionem facit adeo cōfuſa ſunt & per
turbata hæc tempora ſcriptorum negligentia &
incuria. Otho autem cōpoſito aliquantulum ſta-
tu ciuitatis cum Ioanne ſecreto collocutus: homi-



nem primo blāde appellando a flagitijs deterrēs:
ad virtutem adhortabatur: verum cum nequa-
quā moueri e ſententia verbis eum cerneret ad
minas cōuerſus cōcilium īdicit. cōuocatis epiſco
pis Italiæ: quorum iudicio vita ſceleratiſſimi ho-
minis diiudicaretur. Is itaq; iudiciū bene ſentiē
tium reformidās: in Hernicos aufugit: in ſiluiſq;
more feræ aliquādiu delituit. Hanc ob rem Otho
persuadente Clero. Leonem Romanum ciuem La
Leo Romanus ciuis pōtifex creatus.
teranenſis eccleſiæ Scriniarium: pōtificem creat.
Verū abeunte imperatore ioānis cognati & cliē-
tes pulſo Leone Ioannē ipm reuocāt: quē quidem
diuinitus eiſdem ferme diebus perijſſe creditum
eſt, ne eccleſia dei ꝑnitioſa ſeditiōe iā gliſceſcēte
labefactaret. Sūt qui ſcribāt hūc ſceleratiſſimū ho
Mors ioānis ī adulterio.
minē, vel hoc mōſtrū potius ī adulterio dephen-
ſum & confoſſum interijſſe. Verū nō ita quoq; le
uata ſeditio eſt. Nā Romani mortuo ioāne ī eius
locū Bñdictū ſubrogāt, idq; ab īperatore ꝗ tum
ſpoleti erat cōfirmari cōtendūt. At īperator ira-
tus nō ſolū Romanos vtpote iniqua poſtulantes
a ſe repulit, verū etiā eoſdē armis (vt poſtea di-
cetur) coegit: abrogato Benedicto Leonem ſuſci
pere. Ferunt multa ꝓdigia tum ī Italia apparuiſ-
Lapis de cęlo cecidit.
ſe. Nam & lapis de cælo miræ magnitudinis ceci-
dit, ſæuiente ventorū atq; imbriū procella, & in
veſtibus multorū ſignū crucis ac quidē cruentæ
diuinitus apparuit. Quæ quidē portenta īdicare
magnas clades & calamitatē eccleſiæ multi īter-
pretabātur ioānes aūt vir oīm qui vnq̃ ante ſe ī
pōtificatu fuere pernicioſior & ſceleratior, pōtifi
catus ſui anno. ix. men. iij. die. v. moritur. Eius ve-
ro in morte ſedes in ſeditiōe dies. xij. tum vacat.

Benedictus.v.patria Romanus: ex diaco-
no in ſeditione pōtifex creatur ab his po
tiſſimum : qui Ioāni cognatiōe factiōeq;
cōiuncti fuerāt ægre ferētes Leonem ab
Othone Ioāni antelatum. Verū cum imperator
hāc electionē nequaquā ꝓbaret Romanos id ma
xime expectātes a ſe repulit, eoſq; ferro & flāma
oīa circa vrbē poſita vaſtās cōpulit pulſo Bene-
dicto vel dedito potius Leonē ſuſcipere adactos
ſacramēto : nil ſe earum rerū immutaturos quas
ipſe impator in re pōtificia cōſtituiſſet. Cōpoſitis
autem hoc mō rebus: Otho in Germaniā rediens:
ſecum benedictū ipm duxit : qui non multo poſt
dolore animi apud Haiſpurgam moritur: vbi re
legatus erat. Vixit autem in pōtificatu men. vi.
dies. v. Sedeſq; deinceps. diebus. xxx. vacauit.

## Leo VIII.

Hic ſtatuit q nullus papa fieret ſine cōſenſu
imperatoris, & omnes donationes factas
eccleſiæ a Iuſtiniano & Karolo Ottoni cō-
ceſſit & ſuis ſucceſſoribus vt Italiā ab in-
uaſoribus defenſaret.

Leo. viij. (vt ante dixi) protoſcrinſarius,
a clero populoq; Ro. pulſo Ioāne pōti-
fex creatur. Nam cū Ioannes flagitioſe
nimiū & intēperanter viueret, Inſtarēt-
que Romani apud impatorem: vt alterū pōtificē
abrogatoq; Ioanne crearet, reſpodit electionē ad
populum & clerū pertinere. Eligerent quē maxi-
me idoneum putarent. ſe eum ſtatī approbaturū.
Vnde cum Leonē elegiſſent quē ipe cōfirmaue-
rat. deīde mutata ſentētia abrogato eodē Bene-
dictum ſuffeciſſent, iratus Otho cos vi & armis

Auctori-
tas eligen
di Ro. pōti
ficis a cle-



compulit dedito etiam benedicto Leonem ſuſci
pere, qui ſtatim romanorū inconſtantiam perc-
ſus, auctoritatem omnem eligendi pōtificis a cle
ro populoq; romano ad imperatorem tranſtulit.
Verum Leo in pontificatu non diu vixit. Anno
enim primo menſe quarto Moritur.

ro & Ro.
popu. ad i
peratorē
transfert.

## Ioannes xiiij.

Ioanes. xiiij. Narniēſis eps, patria ro
manus, patre ioanne epo Leoni ſuc-
ceſſit. verū romani inita iam cōſuetu
dine pellendi pontifices hunc quoq;
ſeditionibus fatigāt. Acceerſito em
Iofredo cāpaniæ comite Lateranēſes ędes vi irrū
pentes ioannē capiunt captūq; primo in adriani
molem perducunt, mox inde hominem in cāpa-
niam exulatum mittunt. Verum interfecto iofre
do, eiuſq; vnico filio a ioanne cāpano pricipe, pō-
tifex vndecimo menſe ſui exilij Romā propere
redijt. Otho præterea cognita pontificis calami-
tate cū Othone filio ingentibuſq; copijs, magnis
itineribus Romā perueniens, conſules & pręfectū
cum decarchonibus captos in vincula conijcit,
ſciturus coniurationis capita. Quęſtionibus autē
re cognita, conſules in germaniā mittuntur. De-
carchones vero laqueo ſuſpenſi pœnas ſtatim de
dere. Petrus autem vrbis pręfectus malorum om
nium fons & origo, diu cum ignominia per publi
ca vrbis loca tractus ac virgis cæſus in germaniā
vinctus mittitur. Sunt qui ſcribāt Petrum ipſum
excarnificandum pontifici traditum abraſa bar-
ba: capillis ſuſpenſum ad caput equi conſtanti-
niani aliquandiu ſtetiſſe vt eius exemplo talia fa-
cinora malefici declinarent. Inde autem ablatum

Nouū ge
nus ſuppli
cij.

a ſinocꝫ ſuperimpoſitum verſo ad clunes, vultu
& manibus ſub cauda ligatis: atqꝫ ita per vrbem
ductum, & virgis cæſum fere vſqꝫ ad interitum
fuiſſe. poſtea vero in Germaniam exulatum miſ
ſum. Hac etiam ſeueritate exempli gratia in Io-
fredum a Ioanne principe campano (vt diximus)
cæſum imperator vſus eſt, vt eius ac filij cadaue-
ra e loco ſacro tracta in prophanum proijci iuſſe-
rit. Interea vero Sclaui qui adriani. iij. pontificis,
& Sueropyli principis Dalmatiæ tempore fidem
chriſti ſuſceperant, in Italiam traijcientes ſarace-
nos ingenti clade ſuperatos, e mõte Gargano de-
iecerunt. Horum autem exemplum & virtutem — Vngari
imitati Vngari reliquias Saracenorũ ita attriue-
re recuperata coſentia iam ab hoſtibus capta, vt
Othoni magni Othonis filio eo cum exercitibus
miſſo haud difficile fuerit reliquias bellorũ abſol
uere. Nec cõtẽtus ſaracenos cędere, gręcos quoqꝫ
qui cum Mauris fœdera inierant grauiſſimis prę-
lijs ita perdomuit: vt eos fere omni Galabria & — Græci.
Apulia eiecerit. Sunt qui ſcribant idcirco Otho-
nem græcos perſecutum fuiſſe. quia Nicephorus
conſtantinopolitanus imperator filiam iam ei pa
ctam in matrimonium daturum ſe negabat. Con
ſtat tamen Othonem ipſum adoleſcentem egre- — Nicephorus.
gium pulſo Nicephoro, & Ioannem filium in
imperio confirmaſſe, & Theophaniam ſororem
vxorem accepiſſe in quam quidem Ioannes de-
cimustertius vna cum marito apud lateranen-
ſem baſilicam corona imperij exornauit, an-
nuente Othone ſene, qui filium conſortem im-
perij creauerat. In tanta autem & tam publica
lætitia campana eccleſiæ Metropolitanæ nomen



a Ioanne pontifice cõſecuta eſt Otho vero in Ger
maniam pontificem ſenio confectus viennæ mo
ritur, quem non ita multo poſt ioannes ponti- — Mors Othonis
fex ſexto pontificatus ſui anno. menſe vndecimo
die. v. ſubſecutus eſt. Eius in morte dies. xiij. ſedes
tum vacat.

## Benedictus VI.

BEnedictus ſextus patria Romanus.
Ioanni in pontificatu & calamitati
bus ſucceſſit, a Cynthio enim ro-
mano ciue & quidem præpotenti
captus in Adrianam molem quam — Dira benedicti mors.
ſancti Angeli arcem nunc vocant, cuſtodiam no
xiorum vel potius innocẽtium includitur eodẽqꝫ
in loco non multo poſt ſtrangulatur, vel vt Cuſen
tinus refert, fame moritur. De tanta iniuria nul-
lam ſumptam eſſe vindictam, vel a ciuibus ro-
manis aduerſę factionis, vel ab Othone impera-
tore non poſſum ego non admirari, præſertim
cum Otho ipſe vir optimus ſit habitus, & eccle-
ſię romanæ defenſor accerrimus. Sed vereor ne
talia fuerint benedicti merita, quale præmium a
Cynthio conſecutus eſt. Male tamen a Cynthio
eſt actum, neque enim ad ſe pertinebat etiam ſi
Benedictus grauiter deliquiſſet pontifici manus
inijcere. Sed heus vt rerum omnium viciſſitudo
eſt, nam romani pontifices noſtra ætate romanos
ciues, aut delinquentes, aut ob potentiam ſuſpe-
ctos, eo loci tanquam in Tullianum carcerem in-
cludunt & macerant. Crediderim ego Othonem
alijs negotijs implicitum, Romano pontifici præ
ſtare auxilium nequiuiſſe, ob eamqꝫ rem anno. j.
menſe. vi. pontificatus ſui mortuum eſſe.

DOnus.ij.patria romanus, tãtę modeſtiæ fuit:& ſi nihil in põtificatu geſſerit quo magnopere laudaretur nõ tñ vel aliqua iniuria affectus vel ignominia notatus eſt. Huius autẽ tempora ne omnino obſcura eſſent, effecere res quædã,tum a principibus quibuſdã, tũ a ſanctis viris geſtę Nã Baianus artis magicę peritus bulgarorũ princeps ita baſiliũ & filiũ conſtantinũ Byzantinos principes bello vexabat, vt Paulũ ab capiẽda vrbe regia abeſſet negligentia gręcorũ prope derelicta.Inita tamẽ ſunt iter eos fœdera, licet non ęqua:& pax cõpoſita eſt. Adalbertus autem Bohemus Pragenſis epiſcopus tantę ſanctitatitis tũ habitus eſt, vt diuino ſpiritu impellẽte in Panoniã deſcendens,& regẽ Vngarorũ baptizauerit,& omnes prouincię epiſcopos ad bene de deo promerẽdũ exẽplo & vita inſtruxerit. Profectus deinde in Pruſiam dũ fidẽ xpi quã diligentiſſime prędicat martyrio coronatur.Ferũt beatũ Eduardũ Angliæ regẽ ſanctitate in precio tum habitũ fuiſſe:quem certe nouercę dolis & fraude interfectum conſtat.His addit & Ricardus ſcriptor ſanctum Maiolum abbatẽ, qui in Cluniaco magnũ ſui apud poſteros vita & miraculis exemplũ reliquit. Donus autem anno pontificatus ſui primo moritur,& in baſilica Petri ſepelitur.diebus tantummodo duobus ſedes tum vacat.

Baianus.

Adalbertus.

Eduardus

Maiolus.

Bonifacius vij.

BOnifacius.vij.cui⁹ cognomẽ & patria ob ignobilitatẽ credo reticeẽ pontificatum malis artibus adeptus male etiã amiſit.



Nã inito magiſtratu conſpirantibus ſimul bonis ciuibus reliquere vrbẽ coactus,p̃cioſiſſima quęq; e baſilica Petri ſubtrahens cõſtãtinopolim cõfugit. Vbi tãdiu ſubſtitit,quoad diuenditis q̃ ſacrilegio abſtulerat, magnã vim pecuniarũ cõparaſſet,quibus tãquã adminiculis occupãdę tyrãnidis fretus vrbẽ repetit:ciues romanos largitione corruptur⁹.Obſtabãt conatibus ſuis viri boni, maxime vero Ioãnes diaconus Cardinalis, quẽ captũ adiuuantibus quibuſdã pernitioſis hoĩbus oculis ſtatim priuauit. Atq; ipſe tantorũ malorũ auctor gliſceſcente maiorẽ in modũ ſeditione ſiue timore,ſiue pęnitentia patrati ſceleris turpiter vitam finiuit. Vide quęſo quãtũ generauerint ij pontifices a maioribus ſuis,qui hanc rẽp. xpianã tã amplam tãq; magnificã ſuo ſanguine nobis reliquere Põtifex ro. ſacrorũ pater & rex ſacra ipſa furto abſtulit,& qui vindicare ſacrilegia debuerat tãti ſacrilegij factus eſt auctor.Hoc autẽ cõtingere in quauis rep.cõſueuit quãdo plus malorũ ambitio & auaritia valet quam bonorum virtus & grauitas.In clerum igitur deligendi eſſent quorũ vita & doctrina probata ſit, non autem ij qui cum nil virtutis & religionis habeant ambitione & largitione ſibi potentiam quærunt. Vixit autem Bonifacius in pontificatu menſibus. vij. diebus.v. Vacat tum ſedes dies.xx.

Ioãnes diaconus cardinalis oculis priuatus.

Benedictus vij.

BEnedictus.vij.patria romanus:ſtatĩ inito pontificatu Arnulphũ epiſcopũ Remeñ. ſeditione quorũdã pulſum habita Synodo in integrũ reſtituit eo maxime tẽpore quo Otho ſecundus & Hẽricũ Bauarorũ ducẽ

rerum nouarũ cupidum perdomuit,& in Lotha-
riũ mouit,qui Lothoringiã romani imperij pro-
uinciam occupauerat Aquiſgranẽſemq; agrum
populatus fuerat.Otho aũt ſuperato Lothario va-

Otho.ij. pariſios vaſtat.

ſtatiſq; Sueſionũ agris,ac incenſis Pariſiorũ ſubur
bijs dum in patriã copias reducit, apud auxonem
fluuium nonnihil incõmodi accipit.Deinde vero
cõparato maiore exercitu in italiam contra Baſi
lium & conſtantinũ imperatores grȩcorũ veniẽs,
qui iam Calabriã & eam partẽ italiȩ occupauerãt
quȩ ad ſiciliam vergit. apud Baſentellũ ſupera-
tus,ſcapham cõſcendẽs,ſalutẽ ſibi fuga quȩrebat,
A piratis aũt forte fortuna captus:in ſiciliam de-
fertur. Verũ ſiculi redempto homine, ac romam
miſſo,de piratis ſuppliciũ ſumpſere.Otho deinde
cõparato ſatis iuſto exercitu animaduertere ĩ ro
manos & Beneuentanos cõſtituerat, a quibus ini

Corpus S.barto

tium fugiendi factũ fuerat,dum ad Baſentellum
contra grȩcos pugnaretur. Agere id in romanos
minus tutũ viſum eſt. in Beneuentanos itaq; con
uerſus, Vrbẽ capit & incendit, Trãſlato inde ſan
cti Bartholomei corpore,Romȩq; in inſula tybe-
rina collocato,eo loci, maxime qui olim iouis ho
ſtia Lycaonia dicebatur, quiq; triremis puppim
præ ſe fert.Nã inſula & adhuc ex tyburtino lapi-
de cernitur triremis formam habuit. Ad ſi-

Mors Othonis.

militu dinem illius credo: qua Aeſculapius Ro-
mam auectus eſt. Viſitur adhuc ſerpens lapidi in
ſculptus, viſuntur tranſtra, adeo viri illi excellẽ-
tes ſtudioſi erant, vel naturã in artẽ redigere: vel
artem ad naturam. Ad Othonem redeo, qui non
multo poſt trãſlatum ſancti Bartholomȩi corpus
Romȩ moritur:& in veſtibulo beati Petri (para-



diſum vocant) labro porphyretico:quod adhuc
introeũtibus ad Leuã apparet honorificentiſſime
ſepelitur.Cũ autẽ de creãdo nouo imperatore cõ
ſultatio haberetur,& alij Othonem.iij.ſecundi fi-
lium,alij vero Henricum Bauariæ ducem primi
Othonis ex fratre nepotem expoſcerent inſta-
rentque itali quidam vt Creſcentio Nomentano
viro clariſſimo res committeretur. Germani ſta
tim qui tum frequentes Romæ aderant Othonẽ.
iij. Delegere. Inſtabat Benedictus vir optimus
vnumquemque rogando, vt in creãdo impera-
tore reipublicæ chriſtianæ conſulerent, quæ tum
maxime perito & ſolerti gubernatore indigebat.
Tãdem vero ne ſeditio aliqua oriretur, Germa-
norum ſententiam approbat.Moritur & ipſe pon
tificatus ſui ãno viij. mẽſe ſexto. Vacatq; ſedes die
bus quinq;. Valderico. Ambugenſi epiſcopo tũ
maxime in precio exiſtente doctrina moribus &
ſanctitate vitæ.

## Ioannes xv.

IOannes decimus quintus, patria
Romanus, vel (vt nonnulli vo- mors põ.
lunt) Papienſis, poſt adeptum põ
tificatum Menſe tertio a Roma-
nis capitur, & in mole Hadriani
vt in publica cuſtodia incluſus,
ibi tandiu pedore carceris inedia & moleſtia ani
mi maceratur quoad vitã turpiter finiuit. Sũt qui
ſcribãt eũ vi mortuũ fuiſſe a Ferrucio Bonifacij
ſeptimi parẽte magnȩ potẽtiȩ viro, ob eã rẽ credo
quod filio in pontificatu aduerſatus fuiſſet. Vt
cunq; eſt, conſtat eum in carcere mortuum & in
baſilica Petri ſepultum, Deiectus ne potifica-

tu fuerit vel ob & impotentiã tyrãnidẽ, vt quidã
coniectant, vel ob inuidiam maliuolorum & ſe-
ditioſorũ quorũdã haud ſatis cõſtat, adeo ſunt cõ
fuſę iſtorum tẽporũ hyſtoriæ. Fuiſſe tamen in pre
cio hac tẽpeſtate conſtat: & odilũ abbatẽ Clunia-
cenſem & Berengariũ Turonenſem viros ſancti-
tate & doctrina inſignes quanquam ſunt qui di-
cant Berẽgariũ amplitudine doctrinę confiſum
primo in fide erraſſe, cũ de ſacramento euchari-
ſtię malę opinaretur, errorẽq; ſuũ poſtea publico
concilio Romę habito emendaſſe, ac ſtatim omiſ-
ſo ſtudio ſophiſticę diſciplinę cum eſſet archidia-
conus Andegauenſis, omnia pauperibus erogans
labore manuum ſuarũ victum ſibi quæſiuiſſe.

## Ioannes xvi.

IOãnes. xvi. patria romanus, patre Le-
one preſbytero e regiõe gallinę albe põ
tificatũ adept⁹ miro odio ĩ clericos ex-
arſit: vñ merito & ab ipſis clericis odio
habitus eſt maxime vero quod diuina humana-
que omnia cognatis & affinibus ſuis elargie-
batur poſthabito dei honore & Romanæ ſedis
dignitate quem certe errorem ita poſteris tra-
didit, vt ad noſtram quoque ætatem peruene-
rit, qua quidem conſuetudine nil certe dici per-
nicioſius poteſt: cum non ob religionem & dei
cultum appetere pontificatum noſtri ſacerdotes
videantur ſed vt fratrum vel nepotum vel fa-
liarium ingluuiem & auaritiam expleant. Ap-
paruiſſe cometen tum ferunt futuræ calamitatis
indicium, nam & fame & peſte diu laboratum eſt
& terræmotu Benuentum, ac Capua concuſſa,
eaq; mala ob ſuperbiam & rapacitatem pontifi-



cis contemptumq; dei & hominum accidiſſe pu-
tatum eſt. Moritur tamen deo volente. viij. ponti
ficatus ſui menſe, ſepeliturq; in baſilica Petri.

## Ioannes xvij.

IOannes. xvij. patria Romanus: pon
tificatum inijt Othone imperãte: ſed Otho. iiij.
nõdum coronã imperij adepto. Fuit
autem ioannes vir tãtę doctrinę: vt
multa & quidem elegãter ediderit
quemadmodũ Martinus ſcribit. Agitatus dein-
de ſeditiõibus a Creſcentio cõſule Romano impe
rium Vrbis ſibi vindicare conãte cupiditati ho-
minis cedens: exulatum in Hetruriã abijt. At ve-
ro Creſcentius cognita ioãnis indignatione qua
ꝑcitus Othonẽ cõtra ſe cum exercitu in italiã vo
cabat: ipſius pontificis cognatos & amicos qui in
vrbe remãſerant ad hominẽ mittit rogatum: vt
omiſſa accerſendi Othonis cura ad Vrbem cum
poteſtate redeat: polliceturq; ſe ei rebus in omni-
bus obtemperaturum. Precibus autem ſuorũ mo
tus ioãnes veritus etiã: ne ſi Otho cũ exercitu ita-
liã ingrederetur plus maleficij quã beneficij ſe-
cum afferret: ad vrbem veniens ꝓdeunte obuiã
Creſcentio cum oĩbus magiſtratibus & vrbana
multitudine: ĩ ædes lateranẽſes magno comitatu
introducit: quarũ ĩ veſtibulo eius pedes Creſcẽ-
tius & oẽs ſeditiõis auctores petita venia exoſcu
lati ſunt. Atq; ita ĩ cõcordiã redacti vitam ſimul
quiete traduxere. Ferunt tum Henricum abbatẽ Henricus
Lobienſem in Lothorĩgia: & Adeoboldũ epiſco abbas Lo
pum Vltraiacẽſem qui multa in laudẽ beatæ vir- bienſis.
ginis: ſanctęq; crucis ſcripſit: & Albonem abbatẽ
Floriacenſem qui poſtea in Vaſconia ob fidẽ xp̄i

martyrium paſſus eſt, doctrina, religione, ſancti-
tate magno in precio habitos. Moritur autem io-
annes pōtificatus ſui anno decimo. menſe ſexto,
die decimo. Vacat tum ſedes diebus. vi.

## Gregorius V.

**Huius tp̄e oritur ſciſma inter ip̄m & ioānem ep̄m placētinū a romanis ī antipapā electū.**

GRegorius. v. natiōe Saxo patre O-
thone, Bruno ante vocatus Othōis
tertij auctoritate ob affinitatē pon-
tifex creatur: Verū abeūte i germa
niā Othone ſeditiōibus Romanorū
exagitatus: in hetruriā primo mox in Germaniā
ad imperatorem cōfugit. Interim vero Romani
Creſcētium denuo cū ſumma poteſtate cōſulem
decernunt: qui ſtatī Ioānem quendā natiōe grę-
cum ep̄m Placentinum nō minus pecunioſum ꝗ
doctū pōtificē creat. Cuius certe nomen īter pō-
tifices quidā ſupprimunt: vtpote minus legitime
creatum. Alij vero. xvij. hunc vocant: ꝙ populi
cleriq; romani cōſenſu: ad quos electio ſpectabat
pōtificatum inijſſet. At Creſcētius cognito Otho
nis cum magno exercitu ad vrbē aduentu, Vr-
bis mœnia & portas ꝗ diligentiſſime firmat. Mo
lem Adriani munit: poſitis in vna quaq; ſtatione
firmiſſimis præſidijs. Hinc eſt ꝙ poſtea moles A-
driani Creſcētij arx appellata eſt: ſumpto nomine **Arx creſcentij.**
ab ipſo munitore Creſcētio. Superueniēte deinde
imperatore vrbemq; oppugnare adorto: popu-
lus Romanus cum nequaquā tantis copijs par eſ
ſe poſſet Clementia Othōis fretus: Germanis por
tas aperit. Tum Creſcentius & Ioannes conſilij &
auxilij inopes in arcem Adriani cōfugientes: ſeſe



acriter contra hoſtes tuebantur. Verum propo-
ſita ſpe veniæ: dum ex arce ad imperatorem ſe
cōferunt: multis vulneribus a multitudine Cre-
ſcentius confoditur. Ioannes autem effoſſis prius **Ioannis &**
oculis pōtificatu ſimul & vita priuatur. In priſti- **Creſcen-**
namq; ſedem Gregorius. xi. menſe poſteaquā pul **tij mors.**
ſus fuerat reſtituitur. Is autē cognita imperij im-
becillitate varietateq; fortunæ: quo diutius apud
germanos ſumma poteſtas remaneret: illeq; cæte
ris pręeſſet, qui virtute & dignitate cæteris præ-
ſtaret: ſanctionem retulit: haud abnuēte Othone **Electio ī-**
de imperatore eligēdo anno chriſti milleſimo ac **peratoris**
ſecundo: quam vſq; ad tempora noſtra ſeruatam **ad germa**
videmus. Videlicet ſolis germanis licere princi- **nos deuol**
pem deligere: qui Cæſar & Romanorum rex ap- **uitur.**
pellatus tum demum imperator & auguſtus ha-
beretur: ſi eum Romanus pontifex confirmaſſet.
Hos autem imperatoris eligendi auctoritatē pri-
mo habuiſſe Ptolemęus refert. Archiepiſcopum
Maguntinum Germaniæ, archiepiſcopum Tre-
uerenſem Galliæ: archiepiſcopum Colonienſem
Italiæ nomine. His additi & quattuor principes:
Marchio Brandeburgenſis imperatoris poſt ele- **Electores**
ctionem Camerarius: comes palatinus qui da- **imperij.**
pes dux Saxoniæ qui enſem fert. Sunt qui ſcribāt
Bohemiæ regem ſeptimum electorem impera-
toris pincernā eſſe, hiſq; in eligendo additum eſ-
ſe ad tollendam diſcordiam partium. Ad vtros
enim inclinaſſet ea pars certe potior habebatur.
Tuliſſe hoc iniquo animo Frācos aiūt. Verū quia
in Lodouico Lotharij filio genus Karoli magni
defecerat, regnumq; illud ad Vgonem ducē co-
gnomēto caputium venerat (Nam a regibus ad

duces res aliquãdiu tranſlata eſt) repetere impe-
riũ deſtitere:maxime vero ꝙ ipſi duces noui ho-
mines illa fortuna tum cõtenti:moliri maiora nõ
ſunt auſi:quippe qui nõdum bene regni funda-
menta iecerãt.Laudatur tamen & merito quidẽ
Robertus Robertus Magni Vgonis filius regnũ a patre ac-
cipiẽs fortitudine:iuſtitia,modeſtia, & religione.
Hic enĩ & ſi rei militaris admodũ ſtudioſus erat
tamen vbi ꝑ ocium licebat,ita dei tẽpla frequẽ-
tabat,diuinaqꝫ officia celebrabat,ac ſi ſacrorũ o-
mnium initiatus fuiſſet.Ferunt cantũ illũ eius in-
uẽtum fuiſſe.Sancti ſpiritus aſſit nobis gratia.His
artibus autẽ nõ minus ꝙ̃ armis crediderim ego
Robertũ cõciliaſſe ſibi animos vulgi.eoſqꝫ a pri-
ma illa Carolimagni ſtirpe ad genus ſuũ nouum
tranſtuliſſe. Ferunt tum quoqꝫ magno in precio
Robertus Carnotẽ fuiſſe Robertum quendam Carnotanũ ep̃m do-
ctrina & ſanctitate vitę.Multa enim ſcripſit:& ca
nendi modum in ſacris meliuſculũ reddidit.Gre
gorius autẽ ſecundo pontificatus ſui anno.menſe
v.moritur. Vacat tum ſedes diebus.xv.

Ioannes xviij.

Iſte a nõnullis ĩter pontifices enũerat.

IOannes.xviij. Placẽtinus ep̃s(vt
diximus)potẽtia creſcẽtij Roma-
ni cõſulis fretus,quẽ pecunia cor
rupiſſe creditum eſt:tẽpore Gre-
gorij.v.per factionẽ põtificatum
occupat. Tantum enim pecunia-
rum ex conſtãtinopoli ad vrbẽ ſecum detulerat,
vt cõſtantes etiam ſua largitione ad maleficium
impelli potuiſſent,ne dum Creſcẽtius homo aua
riſſimus & regnãdi cupidus. Miror ego hyſtori-
cos ioãnem ipſum inter põtifices numeraſſe cum



viuente adhuc Gregorio ſedem occupaſſet: niſi
forte in cõſcribendis pontificum vitis ita facien-
dum cenſent vt in perpetua hiſtoria fit. Nam &
tyranorum ꝑuerſe facta optimorum principum
rebus geſtis annumerant:vt quãtum ĩter ſe boni
& mali diſſideãt a legẽtibus cognoſci poſſit : quo
malorũ exẽplo a vitijs deterreãtur: & bonorum
ad virtutem impulſi vitã ducant in terris fœlicẽ
& beatã: qua quidẽ beatitudine ioãnes caruit fur
certe in pontificatu & latro:non enim vt par fue-
rat per oſtium intrauit. Moritur autem atqꝫ cum
ignominia quidem decimo vſurpati põtificatus
menſe. Vacat tum ſedes dies.xx.

Sylueſter ij.

Sylueſter diabolica arte vſus.

SYlueſter.ij.Gilbertus antea vocatus na-
tione Gallicus : malis artibus (vt aiunt)
põtificatum adeptus eſt. Adoleſcẽs eñ
& Floriacẽſi Cœnobio ĩ Aureliana dio
ceſi poſito dedicatus monachus & addictus:reli-
cto monaſterio diabolũ ſecutus,cui ſe totum tra-
diderat,Hiſpalim ciuitatẽ hiſpaniæ bonarũ artiũ
cauſa ꝑuenit. Erat enim admodũ doctrine & lite
raturæ cupidus:Qua in re tãtum profecit:vt bre
ui ex diſcipulo optimus p̄ceptor ſit habitus. Di-
ſcipulos autẽ eius hos fuiſſe Martinus teſtatur.O-
thonem imperatorem:Robertum Franciæ regẽ,
Lotharium virũ nobilitate & doctrina ĩſignem:
qui poſtea Senonẽſis archiepiſcopus creatus fuit.
Sylueſter igitur ambitiõe & diabolica dominãdi
cupiditate impulſus,largitiõe primo quidem ar-
chiepiſcopatum Remẽſem: inde Rauennatẽ ade-
ptus:põtificatum poſtremo maiore conatu adiu
uãte diabolo cõſecutus eſt,hac tamẽ lege,vt poſt

mortem totus illius eſſet,cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat.Nam cum Syluester regnādi cupidus diabolū ſciſcitaretur,q̄diu ī pontificatu victurus eſſet. Reſpondit humani generis hoſtis ambigue vt ſolet ſi non attigeris Hieruſalem diu viues.Dum itaq; pōtificatus ſui anno.iiij.menſe.i.die.x in baſilica ſancte Crucis in Hieruſalem Romæ ſacrificaret: fato moriturum ſe ſtatim cognouit. Vnde pœnitētia motus & errorem ſuū corā populo faſſus omnes primo poſt habita ambitiōe & diabolicis fraudibus & bene & ſancte viuendum adhortatus eſt: deinde vero vnum quēq; rogauit: vt poſt mortē truncū corporis ſui laceri & diſiecti quēadmodum merebatur bigæ ſupimponerent eoq; loci ſepelirent:quo ſpōte ab equis vectum foret:Ferunt itaq; dei nutu & prouidentia : vt ſcelerati ſciant apud deum locum veniæ ſibi relictum eſſe:ſi in vita aliquando pœnituerint: equos ipſos ſponte ad lateranenſem baſilicam perueniſſe,eoq; loci ſepultum eius corpus fuiſſe. Scribit idem Martinus tam ex colliſione oſſiū q̄ ex ſudore ipſius ſepulchri vel humectatiōe potius deinceps morituri pōtificis ſigna & quidem manifeſtiſſima colligi.Idq; pſius ſepulchri Epitaphium indicare. Verū ne ſit an ſecus ipſi pontifices viderint ad quos pertinet.

Qualiter ꝓſit pœnitentia in vita.

## Ioannes XIX.

IOannes.xix.cuius cognomētum & patria ob ignobilitatē ignorat. iiij. Menſe. die.xx. poſt initū pōtificatū moritur. Vnde ob breuitatē pōtificat⁹ nil vel ab eo vel a quopiā alio geſtū memoria dignū ſcribit. Niſi q̄ illo quinq;



meſtri pōtificio multa ꝓdigia apparuere futura mala īdicātia: viſus & cometes & terræmotu multæ vrbes cōcuſſæ. In his aūt malis vnicū leuamē Vgo præfectus Othōis ī Italia:& hetruriæ gubernator eſt habitus. Adeo eñ iuſte & integre ꝓuinciam ſibi creditā rexit: vt optimi principis deſideriū nemini ꝓuincialiū reliquerit. Quē poſtea Piſtorij mortuū Hetruſci oēs nō ſecus ac publicū parentē luxere:nullo non genere honoris funeri eius adhibito.Placuit hoc loco Vgōis laudes cōmemorare vt gubernatores prouinciarū intelligant,ſatius eſſe bene & integre viuendo laudē & gloriā quā male agēdo diuitias male partas cum ignominia & nota ſempiterna reportare.

## Ioannes XX.

IOannes.xx.patria Romanus:e regione portæ Metropolitanæ:pōtificatū iniēs: ad ocium conuerſus nil dignum memoria geſſit. Laudari vel maxime Robertus rex Franciæ poteſt:qui ea tempeſtate non minus piam q̄ regalem vitam ducebat. Nam & doctrina & ſanctitate omnes reges chriſtianos ita ante ibat : vt diſputationibus nulli ſecundus haberetur:longe aliter ſentiēs,quàm quod noſtrorum temporum reguli arbitrantur, nequaquam principe dignum eſſe dictitantes ſcire litteras, cū eos maxima deceat qui populos regunt bene gubernandi rationē ex aliorum præceptis colligere,quod fieri ſine doctrina & lectione non poteſt. Quid enim aliud eſt princeps illiteratus: q̄ imago Leonis cæteris feris imperātis? Sedēt affectus tum ſuos tū populorū neceſſe eſt, q digni haberi volūt vt alijs imperēt. Merito igitur Robertum

Robertus rex Franciç commēdatio.

laudamus: cuius præterea tanta fuit religio, vt
quotiens ſibi per occupationes bellicas liceret ho
ras canonicas vna cũ ſacerdotibus caneret. Hac
autẽ pietate hoc meritum ferunt: vt cũ oppidum
quoddã ex hoſtibus obſideret, neq; horas ſuas in
termitteret: mœnia hoſtium diuinitus corruerẽt:
ſtatimq; irruẽtibus ſuis oppidum caperetur. Ioan
nes vero (vt quidam auctores ferunt) põtificatus
ſui anno. iiij. menſe itẽ. iiij. moritur: ſepeliturq; in
baſilica Petri. Vacat tũ ſedes diebus vndeuigiti.

## Sergius iiij.

SErgius. iiij. patria Romanus: patre
Martino, vir ſanctiſſime vitæ gra-
tæq; cõſuetudinis, & ante pontifica
tum & ĩ ipſo magiſtratu fuit, In pau
peres liberalis: in amicos & familia-
res iocundus: in delinquẽtes clemens in cõtuma-
ces modeſtus. Tantæ præterea prudentiæ fuit: vt [Cõmẽda-
toto ſuo pontificatu nil cõmiſſum ſit, quo merito [tio ſergij.]
reprehendi gubernãtis negligẽtia poſſet. In deũ
enim mentem omnẽ cõuertẽs: quod facere ponti
fices omnes deberent iuſte atq; ĩtegre omnia ex
animi ſui ſententia bene natura & moribus inſti
tuti gubernabat. Interea vero huius cõſilio & mo
nitiõibus prĩcipes italiæ cõpoſito fœdere: cõſilia
ineũt pellendi Saracenos e Sicilia Idq; moliri pa
ribus animis & copijs inſtituunt. Erant tum ĩ ita-
lia Tancredi magni Normãdiæ ducis filij plęriq; [Tãcredus]
quorum de numero Gulielmus cognomẽto Fer
rebach: tanti animi fuit, vt aſſumpto in ſocietatẽ
expeditionis Malocho Michaelis Cathalaici con-
ſtantinopolitani imperatoris copiarum duce, Sa-
racenos e Sicilia breui expulerit, adiuuãtibus etiã



Cãpano & Salernitano principibus. Verũ cũ po- [In ſaracenos.]
ſtea Malochus prędã maligne diuideret, Guiliel-
mus diſſimulandũ eſſe ad tẽpus ratus in italiam
rediens cũ. xl. milibus Normãnorũ militũ, qui tũ
ab expeditione hieroſolimitana redierãt, Appu-
liam Græcis obtemperãtẽ occupat. Ad Melphiã
Malochũ cũ exercitu occurrẽtem fundit fugatq;.
Atq; ita virtute Guilielmi a græcis ad Normã-
nos regnũ Appulię tranſit. Verũ poſtea mortuo
ſine hęredibus Guillelmo Drogus frater, Drogo [Drogus.]
aũt Hũfredus iunior ſucceſſit. Vnde poſtea Ro-
bertus Guiſcardi & Rogerius frater originẽ ha-
buere. Dũ hęc aũt in Appulia agerẽtur laborãte
italia ac fere toto orbe terrarũ fame ac peſte, Ser
gius vir ſanctiſſimus ſecundo pontificatus ſui an
no: die. xv. moritur: ſepeliturq; in baſilica Petri.
Vacat tum ſedes diebus octo.

## Benedictus viij.

BEnedictus. viij. patria Tuſculanus: patre
Gregorio, inito pontificatu inde mortui
Othonis tertij locũ Henricum primum [Henricus.]
e gente Bauara imperatorẽ ſecundũ in- [ĩperator]
ſtitutionẽ Gregorij. v. creatum corona inperij do [coronat.]
nat. Sunt qui ſcribant Othonẽ ipſum Romę mor-
tuum eiuſq; corpus in germaniã delatũ fuiſſe: alij
aũt in baſilica Petri ſepultũ affirmant. Vtcũq; eſt
conſtat Henricũ Bauarorũ ducẽ virũ optimũ ac
ſanctiſſimũ imperatorẽ creatũ, habuiſſeq; vxorẽ
quę nequaquã mariti laudibus pietate, religione:
humanitate cederet. Verũ dum is res germaniæ
cõponit, Saraceni italiam ingreſſi, capuam occu- [Saraceni.]
pant. Barum obſident, Barenſibus autem fame
laborantibus Veneti annonã claſſe important.

At veto dum nihilo minus ciuitas ipſa obſidere-
tur, idē Veneti adiuuātibus Græcis Saracenos ag
greſſi: multis interfectis Barū obſidione liberant,
Anno ſalutis octauo & mileſimo, quo quidē tem

Thurci ecc̄lias hieruſalē violant.

pote Thurci hieroſolymis captis: non tamē ſepul-
chrum dn̄i eccleſiasq; montis ſyon aut Bethleem
violauere. Laborantibus hieroſolymis ſuccurre-
re venetis erat in animo, niſi Hiadrenſes hoſtes
eos diſtinuiſſent, quos quidē Veneti apud Laurē-
tum tanta clade perdomuere: vt nūquā poſtea in
ferre bellum finitimis ſint auſi Hēricus autē cōpo
ſitis Germanię rebus Romā veniens, accepta im-
perij corona Capuā mouēs, Saracenos inde expu
lit: ac Bubaganum gręcorum ducem qui Mauris
fauerat, acerrimo bello adeo perſecutus eſt: vt eū
quoq; e Troia eiecerit quę in finibus Appulię a ſe

Troia apuliæ.

eo loci cōdita fuerat: vbi olim Hannibalis caſtra
ſunt habita. Sunt autem qui ſcribant Henricum
cum vxore Simegunda ita caſte ac ſancte vixiſſe
vt vterq; in morte miraculis claruerit. In vita em
nil prætermiſere quod ad honorē dei pertineret.
Nam & Bambergenſem fundauit epiſcopatum

Hēric⁹ cū vxore claret miraculis.

& ſororem ſuam regi Vngarorum in vxorē col
locauit cuius opera rex ipſe & populi omnes im-
perio eius ſubiecti: integram chriſti fidē accepe
re. Moritur autem Henricus octauo imperij ſui
anno magno de ſe relicto apud ſuos deſiderio. Be
nedictus vero mortuo Henrico: quo defenſore re
bus in omnibus vtebatur, per ſeditionem alio in
locum eius ſuffecto pellitur. Verum poſtea inita
cum inimicis ſuis concordia pulſo adulterino pō
tifice in vrbē cum dignitate rediens. vndecimo
pontificatus ſui anno, menſe, i. die, xiiij. moritur;



ſepeliturque in baſilica Petri. Sunt etiam qui refe
rant epiſcopum quendam die ſolitudine vidiſſe

Bn̄dictus poſt mortē apparet

Benedictum equo nigro inſidentem eumque in-
terrogaſſe quid cauſe eſſet, cur mortuus equo ni-
gro veheretur. Tum Benedictum hominem ro-
gaſſe vt pecunias quas occultauerat (locum indi-
cat) pauperibus ſuo nomine erogaret, quæ antea
datæ fuerant eleemoſynarum nomine nil ei pro-
fuiſſe quia ex rapinis partas conſtabat. Fecit mā-
data epiſcopus, ac ſtatim epiſcopatu ſe abdicat
& vitam monaſticam amplectitur. Scribit Vin-
centius Geradum Canaclienſem epiſcopum do-
ctrina & moribus eiſdem temporibus magno in
precio fuiſſe. huic addit Guthet epiſcopum Pra-
genſem doctrina & ſanctitate vitæ cum præcel-
lentem, & ob eam rem ab hoſtibus orthodoxę fi-
dei martyrio coronatum. Tanta præterea eodem
tempore peſte laboratum eſt: vt plures mortui.
quam ſuperſtites ſint habiti, quam quidem cala-
mitatem in Lothoringia fons ſaluberrimæ aquæ
indicauit in ſanguinem tum verſus.

## Ioannes xxi.

IOannes vndecimus, patria rōa-
nus, patre Gregorio epiſcopus
portuēſis, vt quidam volunt, vt
alijs placet nullis ſacris ante initia
tus pontificium munus ſuſcepit:
eo tēpore quo Conradus Sueuus

Conrad⁹

in demortui Hērici locum triennio poſt legitimis
ſuffragijs imperator creatur. Hoc aūt īterregno
crediderim ego multas Italiæ ciuitates ſpe liber-
tatis erectas ab imperio defeciſſe. Hāc ob rē Con-
radus vir in re militari præſtās, quippe qui apud

Henricum diu ordinum dux fuerat coactis pro-
pere copijs in italiā deſcendēs primo in mediola-
nenſes ducit tantę defectionis auctores, eos obſi-
det: ſuburbia incendit: excidiūq; & interitū Vrbi
minatur. Mutata deinde ſnīa obſidionē ſoluit Co
lonienſi antiſtite id ei ſuadēte, ꝙ diceret beatum
Ambroſium ei inter miſſarū ſolēnia apparuiſſe:
exitiūq; oībus minitantē niſi ab vrbe diſcederēt:
Cōrard⁹ ī Sclauos & vngaros. cuius patrociniū ipſe ſumpſerat. Romā itaq; Con
rardus proficiſcēs accepta ab ioāne pontifice im-
perij corona in Sclauos & vngaros ducit: qui re-
bellantibus italicis auxilia pręſtiterāt: eoſq; breui
perdomuit. At vero Rhodulphus Burgundio-
nū dux ſuorū ſeditionibus vexatus, Conradi fi-
dei & patrocinio ſe cōmiſit, quāobrē Burgundia
deinceps imperialis prouincia aliqua ex parte ha
bita eſt. Ferūt Conradum ipſum leges multas ac
perutiles quidē tuliſſe, hā pręcipue vt cuius prin-
cipi capitale eſſe pacem & quietē prouinciarū tur
bare Hac itaq; ratiōe mot⁹ Lapuldū comitē ger
manię acerrime perſecutus eſt, ꝙ ab eo turbandi
ocij quietis initiū ortū fuerat. Nūcios pręterea mi
ſit qui gręcis & Normānis inter ſe de regno Ap
pulię cōcertātibus imperarent, vt ab armis diſce
derent: Romanis quoq; exitiū interminatus eſt, ſi
diutius queadmodū ceperāt pōtificē ſeditiōibus
vexaſſent, cuius tempore quorundam Abba-
tum ſanctitate & vita monaſtica religio in gallia
Sanctus Himericus. pręcipue floruit, & Himericus beati Stephani Vn
garorum regis filius ſanctiſſimus ob miracula eſt
habitus. Ioānes autem cuius vita mirifice lauda-
tur. xi. pontificatus ſui anno. die. ix. moritur. Va-
cat tum ſedes diebus. viij.



Huius tempore Sciſma. xiiij. eccle. fuit ſcādalo-
ſum & cōfuſione plenū inter hūc & gregoriū
vi. ſilueſt. iij & clemētē. ij. propterea dicebat
ꝓtolo. ꝙ faſtus ſummorū pōtificū habuit ſēp
malū exitū. Nā poſt eius mortē apparuit in
ſpē monſtruoſa habēs caput & caudā aſini &
reliquum corporis vrſi.

Benedictus. ix. vt quidā volūt ioānis ne
pos: pria Tuſculanus: patre Alberico, eo
tpe pontificatū inijt: quo Cumitus An- Cumitus.
glorū rex voti & religionis gratia Romā venit:
qui voti cōpos factus in patriā rediēs filiā ſuā Hē-
rico Cōradi filio ī matrīoniū locat Verū nō ita
multo poſt Cōrado vita functo, Henricus filius Hēricus. ij
eiuſdē nominis ſecundus patri ſuccedēs cōparato
ſtatim exercitu cum olderico Boemorū rege du
bio marte decertat. Repetito deinde certamine
Oldericū ſuperat & capit: Vectigaleq; factū inco-
lumē dimittit. Mouēs deinde in Vngaros de re-
gno inter ſe diſſidētes, Petrū ab Aboino pulſum
in regnū reſtituit. Interī vero rōani benedictū ho
minē ignauum & nullius precij peroſi e ſede deij-
ciūt, in eiuſq; locū ſufficiūt ioānē Sabinū epm Syl Sciſma. xiiij.
ueſtrū. iij. appellātes, quo poſt. ix. &. xl. dies pulſo
denuo Bn̄dictus reſtituitur. Is autē cū cerneret ſe
iterū ſubiturū eadē diſcrimina, Ioāni archidiaco-
no ſancti Ioannis ad portā latinā, qui poſtea gre-
gorius ſextus appellatus eſt, pōtificiū munus libe
receſſit; vel (vt quidā affirmāt) vendidit. Hāc ob
rē merito ab oībus Benedictus ipſe accuſatus eſt:
& iudicio diuino dānatus. Cōſtat eni ſimulachrū
eius admodū monſtruoſum poſt mortē cuidā ap Mōſtrum benedicti
paruiſſe, interrogatumq; quid illa horrida ima-

go pr ę ſe ferret, cum antea pontifex fuiſſet. Quia inquit: in vita ſine lege & ratione vixi: ideo volēte deo & Petro cuius ſedē omnibus probris fœdauit ſimulachrum meū plus feritatis q̄ humanitatis in ſe habet. Nam cū annis decē, mēſibus iiij. diebus nouē per interualla ſedem Petri occupaſſet, tandē moritur. Nec vacaſſe tum ſedes dici poteſt. cum pontificatum vendiderit. Sunt qui ſcribāt hoc tēpore Gerardū Venetū Vngarū epiſcopū virū optimū & doctiſſimū ab hoſtibus chriſtianę fidei martyrium ęquiſſimo animo paſſum. ad currū enim ligatus ex altiſſimo monte in pręceps demittitur ac laceratur. Syluester iij.

SYlueſter iij. patria Romanus, patre Laurētio. in locū pulſi Bn̄dicti ſubrogatus nō diu in pōtificatu māſit. Nono eīn & quadrageſimo die factione ſuorū Benedictus reſtituitur. Eo eīn tum pōtificatus deuenerat, vt qui plus largitione & ambitione: non dico ſanctitate vitæ & doctrina valeret, is tantummodo dignitatis gradū bonis oppreſſis & reiectis obtineret: quē morem vtinam aliquando nō retinuiſſent noſtra tēpora. Sed hoc parum eſt, peiora ni deus caueat, viſuri aliquando ſumus., ad Sylueſtrum redeo cardinalem ſabinum pontificem creatum non dico a collegio patrum, quod tolerabilius fuiſſet, ſed largitione, vt quidam tradunt: quo quidem pulſo ac merito cum non per oſtium ſed per poſticum intraſſet vt fur & latro, Benedictus denuo reſtituitur. Tumultuante Vrbe & nunc alium appetēte, quod fieri ab his populis cōſueuit, q̄ duce & rectore carēt quiq; malos pluriſq; bonos faciūt.

Dignitas pōtificat⁹ quo deuenerat.



GRegorius ſextus ſancti ioannis ad portam latinam archidiaconus, pontificatum (vt diximus) a Benedicto. nono accepit. Has ob res Henricus ſecundus in italiā cum magno exercitu veniens habita ſynodo, cum Benedictum nonum, Sylueſtrum tertium, Gregorium ſextum, tanquam tria teterrima monſtra abdicare ſe magiſtratu coegiſſet: Syndegerum Bambergēſem epiſcopum: cui Clementi ſecundo appellatio fuit, pontificem creat. Gilbertus tamen hiſtoriarum ſcriptor affirmat Gregorium bene de eccleſia dei meritū eſſe. Cum ſedis apoſtolicæ dignitatem negligentia priorum pontificum labefactatam ſua auctoritate & animi magitudine breui reſtituerit. Nam & ditionem eccleſiæ recuperauit: & latrones circa vrbem poſitos quorum ſæuitia peregrini ad vrbem religionis cauſa accedentes necabantur: e medio ſuſtulit prius execrationibus & interdictis admonitos deinde vi & armis domitos. Hanc ob rem ferunt a pernicioſis hominibus vulgo homicidā, ſimoniacum & ſanguinis humani appetentiſſimum habitum: idque a cardinalibus etiam quibuſdam prædicari ſolitum. Motum itaque Gregorium ipſum in ea ægritudIne qua poſtea moritur. Cardinales ad ſe vocatos verbis caſtigaſſe, q; quæ iuſte & ſancte feciſſet ipſi liuore moti reprehenderent. Et, vt inquit, ſcire poſſitis vbi mortu⁹ fuero, recte an perperā fecero, corpus meū ante fores eccleſię ſiſtite nectibus obſeratas, ſi diuino nutu aperientur cenſeto te me dignum chriſtiana ſepultura, ſin ſecus corpus meum vna

Henricus. Seditio. Graſſatores repri muntur. Mira de gregorio

cum anima damnatũ quo volueritis eijcitote. Fe-
cere mandata Cardinales, atq; ita portę coorto
graui vento apertæ ſunt: & corpus cum admira-
ratione oĩm & opinione magnæ ſanctitatis intro
latũ eſt. Hæc fere ſunt quæ a varijs auctoribus de
Gregorio ſcribũtur: quẽ quidẽ cõſtat in pontifi-
catu ſediſſe annis .ij. men. vij. durante ſciſmate.

## Clemens ij.

CLemens .ij. Syndegerus antea voca-
tus, Bãbergenſis eps̃ in ſynodo pon
tifex creatur, annuẽte Hẽrico. ij. vel
imperante & cogẽte potius. Verum
Henricus accepta a clemente impe-
rij corona romanos in verba ſua iurare coegit: põ
tificũ electiõi ſe nequaq̃; interfuturos, niſi iuſſu i-
peratoris id facere cogerẽtur. Videbat em̃ impa
tor eo licẽtię factioſum quẽque & potẽtẽ quãuis
ignobilẽ deueniſſe: vt corruptis ſuffragijs tantã
dignitatẽ cõſequeretur: quæ certe niſi ſanctitate
& doctrina benemeritis volente deo demandari
cuipiã non deberet. Inde vero Capuã profectus
rebus in prouĩcia bene diſpoſitis, conductiſq; eo
loci militibus, qui ſaracenis hoſtibus reſiſterent.
Roma deinceps in germaniã iter facit. Abeunte
itaque ĩperatore: vt quidã ſcribũt romani ponti-
ficẽ iniuſſu ſuo creatũ veneno e medio ſuſtulere.
pontificatus ſui men. ix. Scribunt auctores vene-
nũ ipſum in hos vſus a Stephano paratum: qui ei
in pontificatu ſucceſſit: damaſuſque . ij . appella-
tus eſt, eo maxime tempore quo Odiloni abbati
Cluniacẽſi in magna ſanctitate mortuo Vgo ab-
bas ſubſtituitur, vir genere, pietate, religione, cle
mentia, doctrina inſignis; regnãte altero Henri-

Põtifex a romanis toxicatur



co in Frãcia Alphõſo in Hiſpania Michaele cum
filio Conſtantino Byzantij quod quidem impe-
rium iam tum maxime labefactum erat.

## Damaſus II.

DAmaſus .ij. natione Bauarus cogno
mẽto Bagniarius vel pepon (vt q-
dam volunt) põtificatum per vim
occupat, nullo cleri populiq; cõſen-
ſu. Adeo em̃ inoleuerat hic mos vt
iam cuiq; ambitioſo liceret Petri ſedem inuade-
re. Sed obſtitit deus iuſtus vĩdex vt is cæteris ex
emplo eſſet, ne quod virtus dare cõſueuit ambi-
tiõe & largitiõe quęreretur. Nam .iij. & .xx. põti-
ficatus ſui die moritur. Cenſent nõnulli hunc in-
ter põtifices nequaquã numerãdum eſſe: cum nõ
recte põtificatum adeptus ſit. Mirãturq; cur Ro-
mani tãta rei indignitate moti cõtra iuſiurãdum
Henrici iuſſu habitũ abdicare ſe magiſtratu ho-
minem ſtatim nõ coegerint. Sed cum breui admo
dum tẽpore vixerit: cũq; vix ſui colligẽdi roma-
nis facultas data ſit nequaq̃ eos aliqua cẽſura di-
gnos putauerim: ad Leonẽ deinceps tranſeamus.

## Leo IX.

LEo. ix. natiõe Alemanus, Anno do-
mini milleſimo. xlix. põtificatũ hac
ratione inijt. Nam cum Romani le-
gatos ad imparatorem miſiſſent ora-
tum vt optimũ põtificẽ ſibi daret,
Is ſtatim Baunonem epiſcopum Tulenſem virũ
bonum & ſimplicis ingenij legatis & eccleſiæ Ro-
manæ obtulit: cui quidẽ romani põtificio habitu
petenti: abbas Cluniacenſis & Ildebrãdus mona
chus Soana oriundus obuiam facti perſuaſere: vt

depoſito põtificali ornatu Romã priuatus ingre-
deretur, ꝙ dicerent Henricum nullã creãdi pon-
tificis poteſtatem ab eo habere: ſed ad clerum po

**Vox de cœlo auditur.**

pulũqꝫ Ro. id pertinere. Motus his verbis Leo cũ
etiã vocem e cœlo intereundum audiuiſſet: ego
cogito pacis cogitatiões non afflictionis, depoſito
pontificio apparatu priuatus vrbem ingreditur
ſeipſum accuſans: ꝙ imperatori malluerit: ꝙ deo
obtẽperare. At vero Romanus clerus ſuadente Il
debrando eundẽ Baunonem in põtificẽ eligunt:
eo libentius ꝙ omnem auctoritatem eligendorũ
pontificum ab imperatore (vt par erat) ad clerũ
tranſtuliſſet. Fecerant tamen vitia quorundam
pontificũ quemadmodum ſcripſimus: vt merito
ipſi clero ſublata poteſtas videretur dei iudicio
quo in melius eorum mentes flagitijs contamina-
tę aliquando verterentur: ne chriſtiana reſpub.
malis rectoribus cõmiſſa peſſundaretur. Ponti-
ficatũ itaqꝫ hoc modo Baunõ adeptus ac mutato
nomine Leo. ix. appellatus Ildebrandũ ipſum ſta
tim ſanctę romanę eccleſię diaconum Cardinalẽ
creat eidemqꝫ ſancti Pauli eccleſiã gubernandam
cõmittit vt quaſi cõſors pontificij muneris ſecũ
videretur. Cũ alter Petri alter Pauli tẽplum tue-
retur & regeret. Interim vero erogõe Norman

**Giſulphꝰ bñuentũ.**

norum comite ĩ Appulia mortuo giſulphus fra-
ter regnũ adeptus, Beneuẽtum vrbẽ Ro. põtifici
deditã per vim occupat. Nã cum Henricus impe
rator in honorẽ beati Georgij tẽplũ Bãbergi cõ-
didiſſet cupieretqꝫ id in cathedralẽ eccleſiã cõſe-
crari: annuẽte Bñdicto. viij. quotãnis cẽſus nomĩ
ne daturã eccleſiã ĩpam romano põtifici. c. argẽti
marchas cũ equo albo ac phalerato Leo. ix. dono



Bñuentũ ab ĩparore accipiẽs, Bãbergẽſis eccleſiæ
tributũ remiſit. Hãc itaqꝫ ob rẽ Leo ſuo iure & co
pijs ĩperatoris fretus: cum in Giſulphũ incõpoſito
agmine mouiſſet: ab eo ſuperatur & capitur. Nec
ita multo poſt Romã ĩcolumis cũ magno comita
tu remittit. Sũt q ſcribãt Robertũ Guiſcardi e gal
lia ĩ Italiã cũ exercitu ꝓfectũ: fugatis grecis & A-
phris Appuliã occupaſſe. Statuãqꝫ reperiſſe circa

**Mirum de ſtatua inuenta.**

caput æneũ circulum habentem his litteris nota-
tum. Kal. Maij oriẽte ſole aureum caput habebo.
Vñ Saracenus quidã magicę obſeruatiõis peritꝰ,
a Roberto Guiſcardi captus: notato termĩo vm-
bræ ipſius ſtatuę kal. Maij oriẽte ſole effuſo loco
theſaurũ inuenit: quo ſe a Roberti manibus libe-
rauit. Ad leonẽ redeo virũ certe pietate, innocẽ-

**Leõis cõmẽdatio.**

tia, benignitate, grã, hoſpitalitate, adeo ĩſignẽ, vt
eius domus ꝑegrinis & pauꝑibus ſemper patue-
rit. Nã cũ ſemel añ fores ſuas leproſum pauperẽ
inueniſſet: eũqꝫ p̃ miſericordia collocari ĩ lecto ſuo
mãdaſſet apertis mane a ianitore foribꝰ nuſqꝫ pauꝑ
inuẽtus eſt: xp̃m pauperis noĩe eo loci recubuiſſe
creditũ. In rebus p̃terea ad religionẽ pertinẽtibꝰ

**Leproſus lecto leõis collocatꝰ.**

tãta diligẽtia & ſolertia vſus eſt: vt & in concilio
Vercellẽſi Berẽgarium hereſeos auctorẽ dãnauẽ
rit: & cõſtãtinopolitanum ĩperatorẽ ſuis monitio
nibus impulerit ſepulchrũ domini hieroſolymis
a Barbaris diruptũ reſtituere. Eo maxime tempo
re quo & Theobaldus nobilis Francus ſanctitate
vitæ apud Vincẽtinos ĩ precio fuit: & Vincẽtius
Frãco Leodiẽſis ep̃s doctrina & moribus inſignis
ad Hermannũ p̃ſtãtis ingenij virũ de quadratu-
ra circuli docte multa & acute ſcripſit. Moritur
autem Leo põtificatus ſui anno. v. men. ij. die. vi.

VIctor. ij. Glebardus antea vocatus: natione Alemanus ex Bauaria pontificalem dignitatem poſt Leonem adeptus eſt: magis Henrici gratia q̄ liberis ſuffragijs. Verebatur enim clerus populuſq; Ro. Henrici potentiā: quem in creādis nouis pōtificibus aliquādo læſerant. Ne itaq; cōtra iuſiurādum moliri aliquid viderētur, Victorem proponunt, legato Ildebrādo ad henricum ob eam rem miſſo: qui oīa ex ſententia romani cleri imperatoriſq; perfecit. At victori ī ſede oīm cōſenſu cōfirmatus, magnā ſynodū abnuente imperatore Florentiæ habuit: in qua quidē multos epiſcopos: tum ſimoniæ, tum fornicatiōis cauſa ēpatu priuauit, clerūq; admonuit quid maxime ad ſe pertineret propoſita pœna his qui leges canonicas trāſgrederentur. Sunt qui ſcribant victorem ad Henricū profectum, magnificentiſſimeq; ab eo habitum. Sed ego ſolum Ildebrandum eo ꝓfectum puto, qui auctoritate legationis fretus, Henricum. iij. Henrici filiū Cæſarem creat. Interim vero dum Capua a Saracenis obſideretur, trepidarentq; omnes finitimæ ciuitates, Rhobertus Guiſcardi ſumptis armis, fugatis Saracenis, & Cāpanos obſidiōe, & finitimos omni formidine vno impetu liberat. Vnde autem originē habuerit Robertus ipſe haud ſatis conſtat, cū alij Normannum, alij Francum fuiſſe exiſtimnēt. Vtcūq; ſit cōſtat eū magni anni excellentiſq; ingenij fuiſſe, & ob eā rem merito Apulię regnum adeptū. Victor autē pōtifex, de quo nunc ſermo fit. ſecundo pontificatus ſui anno, menſe tertio, die. xiij. moritur. vacat tum ſedes diebus. xi.

*Synodus neceſſaria apud florentiam.*

*Robert⁹ Sarracenos fugat.*



STephanus. ix. Federicus antea vocatus natione Lothoringus, Caſſinenſis abbas pōtificatum adeptus ſtatim curauit vt Mediolanēſis eccleſia quę a Romana. cc. fere annis ſe ſubtraxerat, nunc demū eidē obtēperaret vt vere omniū eccleſiarum parenti & altrici, quā poſtea nō ſecus obſeruauit: ac veræ filiæ pientiſſimā matrem facere cōſueuerunt. Hoc fere tempore & Henricus iiij. in locum Henrici patris demortui ſufficitur: & Alexius Nicephoro imperatori cōſtantinopolitano ſuccedit: & Robertus Guiſcardi Græcos magno prælio ſuperatos e Calabria omnino expulit, relictis tātummodo Græcis ſacerdotibus, qui vſq; ad noſtram ætatēm linguā ſeruāt cum moribus. Adeo enim cōſtantinopolitanum imperium iam erat imminutum a Saracenis: vt ægre Thraciam: Gallaciā: Pontum: Theſſaliā: Macedoniam: Achaiam: obtineret. e quibus ꝓuincijs: nūc Thurci nunc Saraceni quotidie aliquid ſubtrahebant. Stephanus autem ſeptimo pōtificatus ſui menſe, die. viij. Florētię moritur: eo quoq; in loco honorifice ſepelit̄, vt Martinus ſcribit. Sūt q̄ dicāt Stephanū pōtificem ī henricū ipatorē hæreſeos nomine īuectū eſſe ꝙ ſummorū pōtificū auctoritatē diminueret cōtēpta religiōe: ſp̄toq; īmortali deo.

*Eccleſia Mediolanen. eccl. Ro. reſtituitur.*

*Gæci ex Calabria expelluntur.*

## Benedictus X.

BEnedictus. x. natione Cāpanus, q̄ prius nuncius dicebatur, Veliternus epiſcopus factiōe quorundā nobilium eo maxime tēpore pōtifex creat̄, quo Agnes Henrici tertij mater Gibertum Parmenſem virū inſignē regni Italici gubernatorē inſtituit. Erat

& tum in Italia Gothifredus Mathildis comitiſſæ
fœminæ nobiliſſimę maritus vir ſane potens. Nã
Mathildis — Mathildis mater Beatrix Hẽrici ſecundi impera-
toris ſoror fuerat: nupſeratq; Bonifacio cuidam
viro potentiſſimo ac nobili Luca vrbe Hetrurię
oriundo: quo mortuo omnis potentia primo ad
Beatricem poſtea ad Mathildim & maritum Go
thifredũ ꝓuenit. Nã & Lucam & parmã & Rhe-
gium lepidi & Mantuã & eã partẽ hetruriæ poſſi
debãt, quã nunc patrimoniũ ſcti Petri vocamus.
Bñdictus e põtificatu pellit. — Ad Benedictum redeo ab Ildebrando põtifica-
tu pulſum: ꝙ non per oſtium, quẽadmodum di-
cebat: ſed per vim & largitionẽ intraſſet. Fidem
enim dederant clerici omnes Ildebrando archi-
diacono, nõ prius ſe habituros ſuffragia noui põ-
tificis creandi: ꝙ ipſe Florentia quo tũ proficiſce-
batur ad vrbẽ reuerteretur. Rediens itaq; cũ Ge-
rardo epiſcopo Florentino in oẽs acerbiſſime in-
uectus eſt: tum vel maxime in eos qui fidẽ dede-
rant ſe eius aduentum expectaturos. At vero cũ
hac de re magna contentio eſſet, probarentq; nõ-
nulli Benedictũ ipſum vt virum optimum & ſa-
pientiſſimum: contra autem eam electionem ple
riq; magnis clamoribus improbarent, vtpote mi
nus canonice & legitime factam, tandem pluri-
morum conſenſu Ildebrãdo inſtante Gerardus
vir tanto magiſtratu dignus: eiecto Benedicto
pontifex creatur. Sunt tamen qui ſcribant hanc
electionẽ Senis factam: cum libera ſuffragia Ro-
mæ ob factionem quorundam potentum habe-
ri non poſſent. Benedictus itaq; menſe nono, die
viceſimo pontificatu deiectus: Velitras exula-
tum abijt.



Reuocatio Berengarij plene habetur in eius
confeſſione facta per c. ego Berẽgarius de
conſecra. diſt. ij. Et in eodẽ conſilio factum
eſt decretum de electione papę vt late pa-
tet in c. in nomine domini. xxiij. diſt. Et de
eo homine in c. multis. xxij. diſt.

NIcolaus. ij. natiõe Allobrogus Ge
rardus antea vocatus epſ Florẽ-
tinus ſb virtutẽ & animi ꝓſtantiã
abrogato Bñdicto, haud legitie
creato põtifex maxim⁹ Senis de-
cernit: qui ſtatim inito põtificatu
Sutriũ cõceſſit: ibiq; Anno dñi milleſimo. lix. cõci — Cõcilium Sutrium.
lio habito: cui nõ ſolũ epi verũ multi Italiæ ꝓce-
res interfuere: bñdictũ abdicare ſe põtificio mũere
& habitu coegit: & Velitras exulatũ abire. Inde
vero romã ꝓficiſcẽs: ſecũdo apud Lateranũ cõci
lio habito legẽ tulit: vt ĩ decretis legitur romanę
eccleſię admodũ ſalubrẽ, quę talis eſt. Siquis pecu — Lex ſaluberrima.
nia vel grã humana aut populari militarive tu-
multu ſine cõcordi & canonica electiõe cardina-
liũ fuerit ĩ trono Petri collocatus is nõ apoſtoli-
cus: ſed apoſtaticus, id eſt, a ratiõe deficiẽs merito
vocet: liceatq; cardialib⁹ clericis & laicis deũ cõ-
ſtẽtibus: illũ vt predonẽ anathematizare, & quo-
uis humano auxilio a ſede apoſtolica propellere.
Atq; quouis ĩ loco ſi in vrbe nõ liceat catholicos
huiuſce rei cauſa cõgregare. In eodẽ quoq; conci-
lio reuocatũ ab errore ſuo Berẽgariũ diaconum — Hæreſis berẽgarij.
Andegauẽſis eccleſiæ ferũt, q arbitrabat̃ in ſacra
mẽto euchariſtiæ & calicis nõ eſſe verũ xpi corp⁹
integrumq; ſanguinem: niſi vt in ſigno & figura
myſteriove, quẽ quidem errorem inſtãte vt vr-

gente Nicolao & Albrico diacono viro doctiſ-
ſimo publice cōfeſſus eſt: affirmās illud eſſe verū
xp̄i corpus, integrūq́ ſanguinē. Scripſimus hunc
errorem a Leone nono dānatū, non tamen emen
datū fuiſſe. Quæ certe laus tota Nicholai eſt (vt
Lafrancus ſcribit) vir ea tēpeſtate doctiſſimus: q
errores eiuſdē Berēgarij præclaro opuſculo no-
tauit. Dum hęc a pōtifice Nicolao Romæ agerē-
tur gothifredus Normann⁹ qui Drogoni fratri i
Appulię Calabrięq́ comitatū ſucceſſerat, moriēs
Bagelardum filiū comitatus hęredem inſtituit.
verum Robertus Guiſchardi frater (vt quidā vo
lunt) hoc ægreferens: pulſo nepote: Appuliam &
Calabriā occupat: adiecta Troia, quę pōtificibus
Romanis parere cōſueuerat. Hāc autē ob rem in-
Robertus. dignatus pōtifex: nō nihil Roberto ſuccenſuit. Is
vero cū poſtea rogatu Roberti in Appuliā pfe-
ctus fuiſſet receptis q̄ de eccleſia amiſerat: nō ſo-
lum hominē in gratiā accepit: verū etiā eundem
vectigalē eccleſię factū: calabrię & Appulię pui-
cias Romanæ eccleſiæ cenſuarias ducē creat. Ac-
cepto deinde magno a Roberto exercitu ad vr-
bem rediens, Preneſtinos, Tuſculanos, Nomēta-
nos Romanæ eccleſiæ rebelles perdomuit. Tybe
rim quoq́ traijciens, direpta galera alijſq́ gerar-
di comitis Surrium vſq́ caſtellis expugnatis: di-
tionem Romanā tutiorē reddidit. Sunt qui ſcri-
bant Henricū tertiū a Nicolao ſecundo coronam
imperij accepiſſe: totoq́ tēpore pōtificatus ſui ob
beneficiū acceptum nil cōtra eccleſiaſticos moli-
tum eſſe. Nicolaus autē vir omni vita probatus
iij. pontificatus ſui anno. menſe. vi. die. vi. & xx.
moritur. Vacat tum ſedes diebus. xij.



Iſte inſtituit miſſam non debere audiri a
preſbytero concubinario vt patet. in. c.
præter hoc. xxij. diſt. & habuit Sciſma.

ALexander. ij. Anſelmus anteavo
catus patria mediolanenſis, epi-
ſcopus lucenſis mortuo Nicolao
ob humanitatem benignitatē &
doctrinā abſens etiam pontifex
creatur. At vero Ciſalpini epi-
ſcopi arbitrari ob dignitatē prouīcię ſuę par eſſe,
vt e ſuo numero aliquis eligeretˀ, Gilberto Parmē Gilbertus
ſi viro potētiſſimo admodū annitēte ab hērico ī-
peratore obtinuere: reclamāte ei⁹ vxore Agne-
te, vt alter quoq́ pōtifex eligeretˀ. Quare ep̄i ipſi
habito cōcilio Cadolum parmēſem ep̄m pōtificē Cadolus
creāt cui ſtatim Ciſalpini oēs obtēperauere, præ- Sciſmati-
ter Mathildim optimā fœminā, & cum eccleſia ro cus.
mana bn̄ ſentientē. Superueniēte deinde Cadolo
ab his qui alexandro aduerſabanˀ accito, in pra-
tis Neronianis ſub radicibus aurei montis graue
pręliū cōmittitur: in quo multi vtrinq́ cecidere.
Alexandro & gothifredo Mathildis viro ſeſe ad
ędes lateranenſiū continentibus. Incerti em̄ erant
quibus potiſſimū ſe tuto cōmitterent, adeo om-
nia in fide & fluxa videbantur. Sunt qui ſcribant
Alexandrum ante prælium commiſſum Lucam
profectum, vitādę cędis cauſa: eoq́ loci quiete a-
liquādiu vixiſſe. Neque ingratum tantæ erga ſe
Lucenſium beniuolentiæ eccleſiam & ciuitatem Luca pri-
multis priuilegijs, vt in eorum annalibus appa- uilegijs a
ret, inſigniorem reddidiſſe, Repulſus tandem ab pō. dotatˀ.
vrbe Cadolus non diu in puincia quieuit, accitus
enim a romanis quibuſdam quorum maxime in-

tererat omnia Romæ perturbari explendarum
voluptatū cauſa, comparato maiore exercitu q̃
antea Romam venit, ac vrbē Leoninā eccleſiāq;
beati Petri vi occupat. At vero erūpētibus roma
nis cum Gothifredi copijs tantus terror repente
hoſtes inuaſit, vt & effuſa fuga omnes abierint, &
paulum abfuerit, quin Cadolus caperetur a ſuis
Cincius derelictus: quē Cincius romani præfecti filius fa-
cto cū ſuis cuneo per media ciuiū agmina ægre
in arcem Hadriani perduxit, vbi aliquandiu ob-
ſeſſus, cum nullā libere abeundi ſubeſſe ſpem vi-
deret, tricentis argenti libris ab his ſe redimens,
qui arcē obſidebant, cōſcenſo ſtrigoſiſſimo equo
Otho. inde ſolus aufugit. At vero Otho colonienſis ar-
chiepiſcopus, apud Henricum adoleſcentem A-
gnetem criminatus, quod contra maieſtatem im
perij chriſtiana reſpublica mulieris nutu guber-
naretur, accepta poteſtate componendæ ex ar-
bitrio eccleſiæ dei Romam veniens, Alexandrū
primo quidem grauiſſimis verbis increpat, & ſe
dem Romanam iniuſſu Cæſaris, & contra atque
conſuetudo & lex ipſa iubebat occupaſſet. Tum
Ildebrandus archidiaconus, qui forte tum ade-
rat partes pontificis acerrime tutatus, quod dice-
ret electionem ad clerum pertinere, ſi ius, anti-
quam conſuetudinem vellet inſpicere, facile O-
thonem in ſententiam traxit. Quare Henricus co
Conciliū gnito errore ad ſe poſtremo rediens, Alexandrū
Mātuanū. rogat, vt concilium quo ſe peruenturum polli-
cetur indicat. Vrbs Mantua ad eam rem potiſ-
ſimum idonea viſa eſt: eo proficiſcuntur omnes
ad quos pertinere videbatur, eccleſiæ ſalus &
tutela. Vbi compoſitis rebus omnibus impera-



tor ipſe non ſolum in gratiam pontificis redijt: ve
rum etiam precibus ab eo impetrauit: vt & Ca-
dolo veniam petenti ignoſceret, & gilbertum tā-
ti mali (vt diximus) auctorem Rauennatis eccle-
ſiæ archiepiſcopum crearet. Primum haud gra-
uate fecit, Saluatoris noſtri exemplum imitatus
qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare. Se-
cundum inuitus conceſſit, & non niſi precibus hē
rici fatigatus, quod verebatur ſicuti poſtea acci-
dit, ne ea res eccleſiæ Romanæ magnas calamita
tes afferret. Abiens Mantua pontifex ac Luca iter
faciens, eccleſiam maiorem, cuius epiſcopus an-
tea fuerat: ſacris ſolennibus adhibitis conſecrat
tandiu ibi immoraturus quo ad Ildebrando ar- Ildebrād⁹
chidiacono res in Appulia pacatiores redderen-
tur. Is enim acceptis a Mathildi comitiſſa auxi-
liaribus copijs, non ſolum Ricardi & Guilielmi
impetus repreſſit, verum etiam eos coegit, quæ
de eccleſia cepiſſent reſtituere. Veniens itaque
ad vrbem Alexander pontificatus ſui anno vn-
decimo, menſe ſexto moritur, in baſilicaque La-
teranenſi ſepelitur nullo genere honoris quod
impendi ſummo pontifici poteſt non adhibito &
a clero & a populo. Ferunt tum magno in precio
fuiſſe ioannem Gualbertum monachum vallis Ioannes
vmbroſæ & illius ordinis auctorem virum ſan- Gualber-
ctiſſimum ac miraculis inſignem. tus.

## Gregorius. VII.

Gregorius ſeptim⁹ Ildebrādus an
tea vocatus, natione hætruſcus,
patria Soanenſis, patre Bonicio
omnium bonorum conſenſu pō-
tifex creatur, ipſius aūt electionis

Formula electionis Ildebrādi

verba ita annotata ſunt. Nos ſanctę Romanæ eccleſię cardinales, clerici Acolithi ſubdiaconi preſbyteri, pręſentibus epiſcopis abbatibus multiſq; tum eccleſiaſtici tum laici ordinis, eligimus hodie x. Kalē. Maij in baſilica ſancti Petri ad vincula anno ſalutis Mileſimo.lxxij. in verum chriſti vicarium Ildebrandum archidiaconū virum multę doctrinæ, magne pietatis, prudentię, iuſticię, conſtantię: religionis modeſtum, ſobrium, cōtinentē domum ſuam gubernantem, pauperibus hoſpitalem, in gremio ſanctę matris eccleſiæ libere a teneris annis vſq; ad hanc ætatē educatum doctum quē quidē cū ea poteſtate eccleſię dei eſſe volum9 qua petrus dei mandato quondam pręfuit. Adeptus pontificatū gregorius, ſtatim henricum imperatorē admonet, ne deinceps largitione corruptus epiſcopatus & beneficia alicui per ſimoniacū cupiditatē cōmittat, aliter ſe vſurū in ſe & delinquentes cēſuris eccleſiaſticis. His admenitionibus & quidē ſanis non modo non obtēperauit hēricus, verum etiam Agnetē imperatricem bene

Henricus.

admonētem, quid fieri cum religione oporteret omni adminiſtratione pepulit, quę romam profecta non diu ſuperuixit, dolore animi vitā cum morte permutans. Tandem vero multis legationibus vltro citroque miſſis imperator in gratiam cum Gregorio rediit: eundemq; in pontificatu cōfirmauit vt tum imperatorum mos erat. At vero cum Henricus in bono leuis, in malo pertinax ſimoniam nequaquā omitteret, ſæpius admonitus omnes illos anathematis cēſura pontifex notauit, qui epiſcopatus & beneficia largitione adepti erant. Et ne id temere feciſſe videretur concilio apud lateranum habito, in quo multi epi interfuere maxime vero Gibertus parmenſis archieps Rauennas rationem reddidit quā ob rem cēſuris eccleſiaſtici ſimoniacos notaſſet, facturū quoq; id in imperatorē crebro dicebat, niſi ſententiā mutaret. Tum vero Gibertus ſoluto concilio, & criminandi Gregorij occaſionem nactus ad pontificatum viā quęrēs, Cincium romanū ciuē Stephani pręfecti Vrbis filium, hominē temerarium & ſeditioſum in pontificē animat magna ei pollicitus imperatoris nominē ſi tm facinus ex ſententia cōfeciſſet. Structis itaq; inſidijs Cincius dū pōtifex media nocte Natalis dñi noſtri celebrat in templo beatę Marię ad præſepe quæ maior nunc dicitur, irrumpens cum ſatellitibus & coniuratis dum hoſtiā ſacrificij cōminuit, hominē capit, & in regionem Parionis ſecum trahens. In turri quadā munitiſſima eum collocat. Sequenti vero die populus romanus cognito facinore in Cincium arma ſuſcipit, pontificem liberat, ædes ac turrim ſcelerati hominis a fundamentis euertit familiāq; eius nares mutilatā ab vrbe pellit. Ipſe vero Cincius tanti mali auctor, fuga ſalutem quærens, in Germaniā varijs tramitibus ad imperatorē tandē peruenit. Gibertus autē tāti doli machinator, cum inſidię ex voto non ſucceſſiſſent ſimulata beniuolentia a pontifice dimiſſus. Rauennam peiora moliturus ſe contulit. Nam Theobaldum Mediolanenſem archiepiſcopum, & pleroſque alios Ciſalpinę antiſtites coniurare in gregoriū pollicitationibus perpulerat. His addidit Vgonem candidum ſanctę Romanæ eccleſiæ cardinalem: qui & ſi ante idem fecerat, in gratiamque ſimulato



Sedicio giberti ī pōtificē.

Capit pōtifex.

Alia cōiuratio.

animo redierat, nūc malum animum malam ma
lam mentem prę ſe tulit. Is enim viribus omnibus
annixus, imperatorem & Normannos inter ſe dē
imperio diſſidentes, compoſita pace initiſq; fœde
ribus in pōtificē concitare. Quod vbi gregorius
reſciuit congregata ad lateranum ſynodo propo
ſitis rationibus quare id faceret, Gilbertū & Vgo
nē dignitatibus priuat os anathemate notat. Dū
hæc romę agerentur Henricus cum ſaxonibus ho
ſtibus fœliciter pugnās: adeo fœlicitate illa elatus
eſt: vt habito conuentu apud Vormatiam Sigi-
fredo archiepiſcopo Magūtino negotium procu
rante, interdicere omnibus auſus ſit, ne vlla in re
pontifici Romano obtēperarent. Ex illo autē con
uentu mandato Henrici Romandus clericus Par-
menſis Romam veniens & gregorio publice in-
terdixit ne quid ageret deinceps quod ad magi-
ſtrum pontificis pertineret & cardinalibus ipſis
mandauit, vt relicto gregorio aliū habituri pōti
ficem ad ſe proficiſcerentur. Tum gregorius tan
tam iniuriam diuinę maieſtatis cauſa non diutius
ferens, & Sigifredum alioſq; clericos cum Henri-
co ſentientes dignitatibus ac beneficijs priuauit;
& imperatorē ipſum anathemate notauit priua-
tum prius omni regia adminiſtratione. Abroga-

Formula abrogationis pōtificię dignitatis.

tionis aūt pontificiæ habita fere hæc formula eſt,
Beate Petre apoſtolorū princeps inclina quæſo
aures tuas: & me ſeruū tuum exaudi quem & ab
infantia educaſti: & vſq; ad hunc diem ab iniquo-
rum manibus vindicaſti, qui me pro mea in te fi-
de oderunt & perſecuti ſunt. Tu mihi teſtis es
optimus, & pia Ieſu chriſti mater & frater tuus
Paulus tecum martyrij particeps me non ſponte,



ſed inuitum pontificatus gubernacula ſuſcepiſ-
ſe. Non quod rapinam arbitratus ſim ſedem tuā
legitime cōſcendere. Sed malebam vitam meam
in peregrinatione degere, quā locum tuum pro
fama & gloria tantum occupare. Fateor ego ac
merito quidem mihi tua gratia non meritis meis
populi chriſtiani curam demandatam eſſe, con-
ceſſamque ligandi & ſoluendi poteſtatē, hac ita-
que fiducia fretus pro dignitate & tutela eccleſiæ
tuæ ſancte omnipotentis dei nomine patris, filij
& ſpiritusſancti & Henricū regem Henrici quon
dā imperatoris filium qui audacter nimiū & te-
meritarie in eccleſiam tuam manus iniecit impe
ratoria adminiſtratiōe regiaq; deijcio & chriſtia-
nos omnes imperio ſubiectos iuramento illo ab-
ſoluo: quo fidē veris regibus prę ſtare cōſueuerūt.
Dignū eſt enim vt is dignitate careat, qui maie-
ſtatem eccleſię imminuere conatur. Pręterea ve-
ro quia monita mea immo tua ad ſui ipſius popu
lorumq; ſalutem pertinentia contempſit: & ſe ab
eccleſia dei, quam ſeditionibus peſſundare cupit,
ſeparauit, eum anathematis vinculo colligo certo
ſciens te eſſe Petrum in cuius petra vt in vero fun
damento rex noſter chriſtus edificauit eccleſiam
ſuam. Fuere tum multi poſt execrationem, qui pa
cis mentionem facerent. Quibus ita gregorius
reſpondit ſe pacis conditione non abnuere mo-
do Henricus ipſe primo cum deo pacem iniat.
Non ignoratis, inquit, q̄diu & quātis malis ro-
manā affecerit eccleſiā quotieſq; a me ſit admo-
nitus, vt meliorē vitā moreſq; probatiores indue
ret. Hoc tribuimus beniuolentię & charitati qua
Henrico patri coniūcti olim fuimus. Sed nil pro-

fecimus adeo mores a patre aduerſos imbibit. In-
ſtabant tamen ex his qui aderant nōnulli regem
nō ita cito anathematizādū eſſe. Quibus ita pō-
tifex reſpondit. Quando, inquit, xp̄s eccleſiā ſuā
Petro commiſit: & dixit, paſce oues meas excepit
ne reges. Nam cum eidem ligādi & ſoluendi po-
teſtatem daret nullū excepit, vel neminē eius po
tentiæ ſubtraxit. Hanc ob rem qui dicit ſe vincu-
lo eccleſiæ ligari nō poſſe, reſtat etiā vt fateatur
ſe abſolui ab eius poteſtate nullo modo poſſe &
qui hoc impudenter negat a chriſto & eccleſia ei⁹
ſe omnino ſeiungit. At Henricus cognita grego-
rij cenſura, multas literas ad gētes & nationes cō
ſcripſit, quibus ſe contra ius faſq; dānatum a pōti
fice oſtendebat. gregorius autē id a ſe iure factū
non verbis tantum & literis: verum etiam ratio-
ne & teſtibus cōprobabat, re ipſa ante occulos om
nium propoſita. Interim vero cum pars regni ab
Henrico defeciſſet, & iam Saxones bellum cōtra
Henricum quam diligentiſſime pararent, Ale-
mani principes veriti: ne quid mali in prouincia
naſceretur: conuentu habito decernunt, vt ſi
Gregorius in Alemaniam pergat, Henricus ſup
plex veniā errati petat. Quod ſe facturū rex ipſe
interpoſito iuramento pollicitus eſt. Motus itaq;
pōtifex his pollicitationibus & precibus Treuerē
ſis archiep̄i Henrici oratoris auguſtam prętoriā
petiturus Vercellas vſq; iam peruenerat, vbi ab
epiſcopo loci ipſius regni italiæ cancellario clam
canoſſum — reſciuit Henricū hoſtili in ſe animo cum exercitu
aduentare. Tū vero pontifex omiſſo inſtituto iti-
nere Canoſſum ſe recepit, oppidum agri Rhegiē-
ſis ditioni Mathildis comitiſſę ſubiectum. Venit



& eo propere cum oībus copijs Henricus qui ſta- — Hērici hu
tim depoſito regali ornamēto nudis pedibus: vt — militas.
oppidanos ad miſericordiam cōmoueret: portæ
oppidi appropinquās ſuppliciter intromitti pete-
bat. Denegatū ingreſſum æquo animo tulit: aut
tuliſſe diſſimulauit: quāuis aſpera eſſet hyems: &
gelu cuncta rigeſcerēt. In Suburbio quidem op-
pidi triduo immoratus. cōtinuo veniam petens
tādem rogatu Mathildis: & Adelai Sabaudienſis
comitis: & Cluniacenſis abbatis introductus ab-
ſoluitur, & eccleſię recōciliatur: pace iureiurādo
cōfirmata & integra obedientia ꝓmiſſa. Regij au — Formula
tem iuriſiurādi hæc formula eſt. Rex Hēricus cō- — iuriſiurā-
poſita pace ex ſententia domini noſtri Gregorij — di.
ſeptimi affirmo me pacta & fœdera cōſeruaturū
curaturumq; vt quoquo voluerit idem pontifex
ſine vllo diſcrimine ſui ipſius & comitatus profi-
ciſci poſſit, maxime autē per loca imperio noſtro
ſubiecta, neq; per me ſtaturum quo minus libere
pōtificio munere vbiq; locorū vti poſſit: hęc ob-
ſeruaturum me iureiurādo addico. Actū Canoſij
v. kalend. Februarij indictiōe. xv. Tum vero re-
bus ita ex ſententia peractis dilabentibus inde o-
mnibus varijs itineribus: dum Henricus Papia
iter facit Cincium amittit ſubita febri correptū.
Non tamen mortuo tam pernicioſo hoīe Henri-
cus rebus nouis ſtudere deſtitit. pacis enim fœde-
ra abrumpens eo Alemannos principes indigni-
tate rei motos perpulit vt Rhodulphum Saxonię
ducem regē prouincię crearent poſt habito Hen
rico. Petijt primo quidem Henricus a pōtifice: vt
Rhodulphum execratiōibus ab occupatione re-
gni depelleret. Id vero cum impetrare nequiſſet:

ſumptis armis magna clade & incerta victoria
vtrinq; dimicatũ eſt. Miſſi tum quidẽ ab vtroq;
legati ad pontificem rogatum vt in partes ſuorũ
declinaret: quibus nil aliud ipſe reſpõdit ꝙ vt ab
armis diſcederent. Pugnarũt iterum ſimul æquo
marte Henricus & Rhodulphus. Verũ cũ tertio
prçliũ iniiſſent: magna cçde vtriq; cõmiſſa, ac ſu-
perior aliquãtulum Hẽricus videretur, Rhodul
phi legatos pacem petẽtes audire noluit: ad põti
ficemq; denuo ſcripſit: vt Rhodulphum regnum
occupare conãtem execratiõe anathematis nota
ret. Quod cum facere gregorius recuſaret, tanta
ira percitus Henricus eſt vt die noctuq; nil aliud
cogitaret: ꝙ quod ad pontificis perniciem & exi-
tium vergeret. Interea vero ne quid in orbe chri-
ſtiano deeſſet quod ſeditionibus non agitaretur:
Michael cũ Andronico filio a Nicephoro cogno- Imp. con-
mento Bucamor vi ab imperio cõſtantinopolita- ſtantino-
no deiectus ad gregorium confugit: qui & Nice- politano
phorum excommunicauit: & Rogerio Romanæ rogerius.
eccleſiæ pheudatario negocium dedit vt Mi-
chaelem quo cum Ceparani locutus eſt in impe-
rium reſtituere. Is itaq; mandato pontificis com-
parata claſſe Rogerio minore natu in italia dimiſ-
ſo, Boemundum alterũ filium ſecum ducens Au
leon primo adnauigat: & ad Dirrachiũ caſtra fa-
cit: Vrbem tanto bello perneceſſariam primo oc-
cupaturus. Sed dñicus Syluius dux Venetus cũ
Nicephoro ſentiens: Rogerium ab obſidione re-
pellit: magno illato acceptoq; incommodo. Ve- Nicepho
rum non ita multo poſt Nicephorus ab Alexio rus habitũ
cognomento mega copiarum ſuarum duce de- monachi
ceptus libertate ſimul & ciuitate priuatur: quam ſuſcipit.



triduo Alexius militibus diripiendam ex pacto
conceſſit. Captus ipſe Nicephorus in templo ſan
ctç Sophiæ vita donatur, hac cõditione tamen vt
monachi habitum cum vita ſuſciperet. At vero
gregorius cum videret Henricum cõtra eccleſiã
dei a quibuſdam ſeditioſis epiſcopis cõcitari ha-
bita ingẽti ſynodo Gilberto Rauenati archiepi-
ſcopo ob ſuperbiam & malitiam interdicit ſub a-
nathematis pœna: ne epiſcopali & ſacerdotio mu
nere fungatur. Vocatus præterea ad ſedem apo-
ſtolicam ſcelerum ſuorum conſcius: parere deſie-
rat qua ex re tãtũ modo pœnã anathematis me-
rebatur: Rolãdumq; Taruiſinum cenſura notauit
quod legatus ad res cõponendas inter Henricũ
& ſe factus cõſequendi epiſcopatus cauſa ſemina
diſcordia tum nõ pacis ſeruerat. Nec vgoni qui-
dem tituli. S. Clemẽtis Cardĩalis peꝑcit: ꝙ cũ Ca-
dolo parmẽſi epo ĩ ſeditiõibus & hæreſi ſenſiſſet.
in eodem poſtremo cõuentu tres legatos delegit
Bernardũ diaconũ, alterũ bernardũ Maſſiliẽſem
abbatẽ: Odonẽ Treuerẽſem archiepm q de latere
ſedis apoſtolicç ad cõponẽdas res inter hẽricũ &
Rhodulphũ ꝓficiſcerent. videbat eñ ſapiẽtiſſim⁹
põtifex eã diſcordiã: niſi ſedata foret magnas ali-
qñ calamitates pplo xpiano pariturã. Verũ quia
certo ſciebat nõ defuturos ꝑnicioſos qſdã q id q̃
minus fieret ĩpedire conarent ꝙ eorũ maxie in-
tererat diſcordias augeri nõ tolli litteras apoſto-
licas ĩ hũc modũ cõſcriptas legatis ad prĩcipes &
nationẽ dedit. Cognita ĩbecillitate cupiditate & Literç a-
ambitione humani generis mãdamus ne quiſpiã poſtolicæ
cuiuſuis cõditionis ſit vel rex: vel archieps dux
comes Marchio ſiue miles aliqua elatione teme-

rariove auſu fraude dolo cupiditate ductus lega
tis noſtris reſiſtere audeat, ne pacem & cõcordiã
ex ęquo & bono cõponere poſſint:quicũq; autem
temeritate ductus quod nõ optamus huiuſce no
ſtræ cõſtitutionis violator extiterit legatiſq; no-
ſtris impedimento fuerit quo minus pacem cõpo
nant eum anathematis vinculo alligamus & non
ſolum in ſpiritu verum etiã in corpore: atq; in o-
mnibus fortunæ bonis a apoſtolica poteſtate col
ligamus. Victoriãq; in armis partã ei auferimus:
vt ſaltem cõfundatur:ac duplici pœnitẽtia cõuer
tatur.Mãdatum p̃terea legatis eſt: vt ĩ Alemãnia
cõuentu habito, mature decernãt vtri duorũ re-
gum ex ęquo & bono ius cõpetat, eidemq; cõſen
ſu bonorum regnum decernant : cuius cauſa iu-
ſtior & potior videbitur.Se vero poſtea re cogni
ta quod egerint cõfirmaturũ: interpoſita oĩpo
tentis dei & beati Petri auctoritate:qua nũlla põt
eſſe maior. Interea vero Gregorius ne Romana
ecclesia ob largitionẽ & ſimoniacã cupiditatem
aliquid incõmodi caperet:cõuentu habito: maio
rum decreta ad reſcindendã hãc labem pertinen — **Decreta**
tia cõfirmauit his verbis.Sanctorum patrum in- — **maiorũ.**
ſtituta nunc ſequentes quemadmodum in prio-
ribus cõciliis fecimus auctoritate omnipotentis
dei decernimus ac cõfirmamus : vt qui deinceps
epiſcopatum vel Cœnobium vel aliquod aliud
ecclesiaſticum beneficium a laico acceperit:nullo
modo in numero epiſcoporum, abbatum, vel cle
ricorum is cenſeatur:neve idem ſub cenſura ana
thematis limina apoſtolorum attingat: priuſquã
locum ambitiõe & cõtumacia cõquiſitum (quod
eſt idolatriæ ſcelus (reſipiſcendõ commutauerit.



Eiſdem quoq; cenſuris teneri volumus & alliga-
ri reges duces & principes:qui epiſcopatus eccle-
ſiaſticaſve dignitates:quod cõtra ius faſq; eſt, de
mandare alicui fuerint auſi. Cõfirmamus p̃terea
anathematis ſententiã merito latã in Theobaldũ
Mediolanenſem:Gibertum Rauennatem archie-
piſcopum, in Rolãdum Taruiſinum prȩſulem, &
Petrum olim Redonenſem epiſcopum: nunc au-
tem inuaſorem Narbonenſis eccleſiæ, pari cenſu
ra dãnamus. Præterea vero gratiã ſancti Petri &
ingreſſum eccleſiæ his interdicimus, quouſq; pœ
nituerint ſatiſfecerintq;, ſiue Normani ſint, ſiue
Itali:vel cuiuſuis natiõis, qui aliqua ex parte lȩſe
rint:aliquove incõmodo affecerint, Marchiã, Fir — **Execratio**
manã in Picentibus, Ducatum ſpoletinum, Cãpa
niam ĩ hernicis, Agrum, Sabinum, Tyburtinum,
Prȩneſtinum, Tuſculanum, Albanũ & quicquid
in Volcis:& Hetruſcis ad mare vergit. His addo
monaſterium ſcti Bñdicti & quicquid in Caſſina
tum agro poſitum eſt:nec Bñuentum ĩ Sãnitibus
excipio. At ſi quis iſtorum auferendi res repeti-
tas & nõ redditas habere iuſtã cauſam ſe dixerit:
prius a nobis, vel a magiſtratibus noſtris iuſtitiã
requirat, q̃ ſi eis non fuerit factum abunde ſatis,
cõcedimus vt ad res ſuas recuperandas inde tm̃
auferãt quãtum ſat eſt: nec more prȩdonum mo
dum excedant, ſed agant vt chriſtianos decet, &
eos maxime qui ſua magis reperũt q̃ aliena pcu-
piãt, quicq; & irã dei & execrationem beati Petri
reformidãt ac timẽt. Præterea vero execrationẽ
in Henricum his verbis denuo cõfirmauit. Bea-
te Petre apoſtolorum princeps:& tu Paule gen-
tium doctor veſtras quæſo aures mihi paululum

prębete, meq; Clementer exaudire: nā veritatis diſcipuli eſtis & amatores: quæ dicam vera ſunt. Hanc cauſam ſuſcipio veritatis gratia: vt fratres mei quorū ſalutē exopto mihi obſequētius acqeſcant, ſciāt, intelligāt ꝙ veſtro auxilio fretus poſt xp̄m: & matrē eius ſemꝑ virginē flagitioſis & iniquis reſiſto. Fidelibus autē Præſto adſum & auxilium fero. Nō em̄ volens & libens hanc ſedem cōſcendi: ſed inuitus & lachrymās, ꝙ me īdignū iudicabā qui in tā excelſo trono ſederē. Hæc aūt dico, quia nō ego vos ſed vos me elegiſtis: & grauiſſimū pondus humeris noſtris īpoſuiſtis. In me aūt veſtro iuſſu mōtē ip̄m cōſcēdentē clamātē & annūciātem populis eorum ſcelera: & filiis eccleſiæ peccata: mēbra diaboli cōſurrexere: & ad ſanguinē vſq; manus ſuas in me cōiecere. Aſtiterunt em̄ reges terræ & prīcipes ſæculi, cū his cōiurarūt eccleſiaſtici quidā & vulgares ī dn̄m & vos xp̄os eius dicētes, Dirūpamus vincula eorū, & ꝓiiciamus a nobis iugū ipſorū, hoc autem fecere vt me vel morte vel exilio mulctarēt. Quorū de numero fuit henricus, quē regem vocant: Henricus inquā hērici impatoris filius: q cornua & calcē cōtra eccleſiā dei ſuꝑbe nimiū erexit, facta cōiuratiōe cū multis ep̄is Italici, gallici: germaniciq; nominis cuius ſuperbiæ veſtra adhuc reſtit auctoritas qui fractus potiuſq̄ ad ſanitatem redactus, ad me in Ciſalpinā ꝑueniens, abſolutionē anathematis ſuppliciter quæſiuit. Hūc ego quē ad pœnitentiam veniſſe crediderā, ī gratiā recepi, huicq; tātummodo cōmunionem reddidi, nō tamen in regnum e quo eum in romana ſynodo merito depulerā reſtitui: nec vectigalibus regni, vt ad fidē



redirent cōceſſi. Hoc ideo feci, vt ſi redire in gratiā cum finitimis ſuis: quos ſemper vexauerat differret, redderetq; res tum eccleſiaſticas tum ꝓfanas ex fœdere: abnueret, cogi ad officium execrationibus & armis poſſet. Hac opportunitate adiuti quidem germaniæ epiſcopi & principes ab hac fera beſtia diu vexati, ī locum henrici ſuis flagitiis e regno cadentis: ducem ſuum & regem Rhodulphum deligunt. Qui regia modeſtia & ītegritate vſus ſtatim nuncios ad me miſit: a quibus intelligerem, ſe coactū regni gubernacula ſuſcipere, nō eſſe tamen adeo regnandi cupidum, vt nō mallit nobis q̄ regnum pollicentibus obtemperare. Futurū ſe in dei poteſtate ſemper ac noſtra, idq; vt arbitraremur nos facturos filios obſides pollicitus eſt. Stomachari tū Henricus cœpit, & nos primo quidem precari. vt Rhodulphum ab occupatione regni execrationibus propelleremus. Dixi me velle videre, cui ius competeret, & eo miſſurum nuncios, qui rem omnem reſciſcerent, meq; deinceps iudicaturum vter ipſorum in cauſa potior habendus eſſet. Vetuit henricus quo minus res a legatis noſtris decerneretur: multoſq; tum ſeculares, tum eccleſiaſticos īterfecit, eccleſias diripuit & ꝓfanauit, atq; hoc modo ſeſe anathematis vinculis illigauit. Hanc ob rem fidens in dei iudicio & miſericordia inq; patrocinio beatę virginis, fultus etiā auctoritate veſtra, ipſum Henricum eiuſq; fautores vinculo anathematis colligo, atq; iterum regiam ei poteſtatem adimo, interdicoq; chriſtianis omnibus illo iuramēto abſolutis, quo fides regibus dari conſueuit, ne henrico vlla in re obtēperent. Rhodulphum in regē

ſuſcipiunt quem multi ꝓuinciæ principes abro-
gato Hērico ī regē optimū ſibi delegere. Et enim
par eſt: vt ſicuti hęreticus ob ſuperbiā & cōtuma
ciā facultatibus ſuis priuatur, ita Rhodulphus o-
mnibus gratus pro ſua pietate: & religiōe regia
dignitate & poteſtate donetur. Agite igitur apo
ſtolorum ſanctiſſimi principes, & quod dixi ve-
ſtra auctoritate interpoſita cōfirmate, vt oēs nūc

Quātum valeat pōtificalis auctoritas.

demum intelligāt, ſi poteſtis in cœlo ligare, & ſol
uere in terra quoq; imperia, regna: pricipatus: &
quicquid habere mortales poſſunt auferre, & da
re nos poſſe. Si enim quę ad deum petinent iudi-
care poteſtis, quid de his inferioribus & propha-
nis cēſendum eſt? Et ſi Angelos domināties ſup-
bis principibus veſtrum eſt iudicare: quid in ſer-
uos illorum facere vos decet? Ediſcāt nunc reges

Notēt principes.

huius exēplo & oēs ſeculi principes: quid in cœlo
poſſitis, quantiq; apud deum ſitis, ac deinceps ti-
meant ſanctę eccleſiæ mādata cōtēnere. Hoc autē
iudicium cito in Hēricum exercete: vt intelligāt
oēs iniquitatis filium non fortuito: ſed veſtra ope
ra e regno cadere. Hoc tamē a vobis optauerim,
vt pœnitentia ductus, in die iudicij veſtro roga-

Gibertus.

tu gratia a dn̄o cōſequatur. Actum Romæ nonis
Martij, inditiōe tertia. Ad hoc vero gibertum di
ſcordiarum omnium & hæreſum quę tunc erant
auctorem ab eccleſia Rauennate deijciens ſacer-
dotibus oībus eidem eccleſiæ obtēperātibus mā-

Apollinaris.

dauit: ne giberto facinorum oīm auctori & ob eā
rem execratiōis vinculo illigato vlla in re obedi
rent & ne populi illi gubernatore indigerēt Pe-
trum imitatus: qui appollinarem quaſi ſupple-
mentum mittere conſueuerat, vbi oportebat, co



alterū archiepiſcopū ꝓficiſci iubet cū integra po
teſtate, qui & hęreſim giberti auelleret: & mētes
hoīm in fide cōfirmaret. Tū vero Hēricus irrita-
tus magis his cenſuris q̄ monitus, capto hoſtienſi
ep̄o e legatione redeūte, habitoq; ep̄orū ſecū ma-
le ſentientiū cōuentu, Gibertū olim rauennatē ar
chiep̄m pōtificē creat, clementēq; appellat. Verū
cū a Saxonibus p̄meretur, relicto ad tēpus nouo
pōtifice in eos mouet, ac cōmiſſo p̄lio magno ſuo
rū incōmodo ſuperatur. Victor Rhodulphus acce-
pto vulnere paululū abſcedens mortuus inuētus
eſt. Ferūt Henricū ea clade adeo perterritū fuiſſe,
vt vix decimoſeptimo die repertus ſit, quo qui-
dē tp̄e germani hēricū eius filium eiuſdē nominis
quartū in locū patris ſuffecerant. Qui ſimul po-
ſtea coiunctis copijs in italiā venientes, Clementē
ſuū in pontificatum collocaturi, pulſo Gregorio
Mathildim obuiā cum exercitu factā leui prælio
ſuperant. Quę quidē mulier primo marito mor-

Sæuitia Hērici.

tuo paulo ante Azonē Marchionē Eſtenſem prio-
ris viri conſanguineū, ac tertio gradu affinitatis
ſibi coniunctū, in coniugē accepit. Verū re poſtea
cognita ſuadēte gregorio diuortiū cū Azone fe-
cit. Hēricus itaq; ſuperata apud Parmā mathildi
eiuſq; marito Azone: Romā hoſtili animo ꝓfici-
ſcens, in pratis Neronianis caſtra collocat, vrbē
Leoninā ingredit̄ ſancti Petri baſilicā cū ſuo Cle-
mente ꝓphanat, porticuſq; demolit̄. Idē quoq; fa
ctū de baſilica Pauli cōſtat. At vero cū vrbē in-
gredi non poſſet Tybur concedēs, inde tanq; ex
arce belli in romanos quotidie incurſiones faciēs
vaſtatis rebus oībus eo inopię eos redegit vt pa-
cē quauis conditione expeterent. Admotis itaq;

&

Obſidet pōtifex.

copiĳs Hēricus re per trāſfugas cognita, Vrbem ingredit̃. Tū pontifex haud ſatis populo fidēs in molē Hadriani ſe cōfeſtim recepit, vbi aliquādiu obſeſſus eſt, acriter qui in p̄ſidio erāt arcē ipſam defendentibus. Nō eſt vſus ea fortuna Gregorĳ nepos ex fratre, qui eo tumultu ad ſeptē ſolia Seueri aphri opus cōfugiens cū fere oppugnationē nō poſſet deditionē turpiter fecit At vero hēric9

Guiſcardus.

cognito Guiſcardi aduentu, Appulię ducis in auxiliū Gregorĳ nō amplius immorandū ratus, ad dolos conuerſus Cluniacēſem ep̄m ad gregoriū in arcē mittit, qui diceret ſe in Germaniā ꝓpere cum exercitu rediturum, ſi ab eo in laterano coronaret̃, populus quoq; ro. vt idē fieret p̄cibus inſtabat. Facturum ſe id gregorius dicebat, ſi errata ſua henricus corrigeret: veniāq; peteret. qđ cum facere recuſaret, & iā aduētare cū exercitu Guiſcardū ſentiret, Clementē Antipapā in lateranēſi baſilica corona pōtificia publice donat: eā rē ꝓcurātibus, Bononiēſi: Ceruiēſi, Mutinēſi ep̄is: quo facto ſtatim ſenas proficiſcit̃ Clemēte ſecū ducto. Guiſcardus aūt ꝑ portā Flāmineā irrumpēs reſiſtentibus ciuibus vſq; ad triumphalē Domitiani arcū. Vrbē incēdio cōſumpit. Munierāt Capitolium ciues: & ſe acriter contra Guiſcardū defendebāt qui lateranū iā cepat. Vnde cū multa crebro vtrinq; cōmitterentur certamina, & illa pars Vrbis euerſa eſt quę lateranū & capitoliū interiacet, & ipſum Capitolium poſtremo vi captū: fere vſq; ad ſolū ęquatur. Inde vero ſuperata iam capta Roma, fortuniſq; ciuiū militibus in prædam datis ad molem Hadriani profectus, vbi pōtifex obſidebatur, hominē multis calamitatibus ve-



xatū, tādem e manibus hoſtium liberat, ſecumq; Caſſinū ac Salernū perducit. Vbi non ita muito poſt pontificatus anno. xĳ. mē. j. diebus. iĳ. ſancte & pie morit̃. Vir certe deo gratus prudēs iuſtus, Clemēs, pauperū, pupillorū, viduarū patronus, atq; vnicus eccleſię romanę fortiſſimus & acerrimus defenſor: contra hæreticorum improbitatē & malorum principum potentiam res eccleſiaſticas per vim occupare conantium.

## Victor III.

Dicitur ꝙ iſte Victor ſpiritu prophetię pollebat. Et vidit ꝑ ſōniū deū ſuę dignatiōi ī ſolitudine carthuſię habitaculū cōſtruētē.

VIctor. iĳ. Deſiderius antea vocatus Montis Caſſini abbas, pontifex creatus ſtatim Gregorĳ partes ſuſcepit. Hanc ob rē crediderim eū quoq; hēricum regem hoſtē habuiſſe: cuius fraude (vt Martinus ſcribit) veneno in calicē iniecto dum ſacrificat necat̃. Vincentius tamen lōge aliter ſentit cum dyſenteria perĳſſe hominē dicat quod a ſuſpitione dati veneni nequaq; alienū eſt, vnde in dyſenteriā veneno petiti interdum vertūtur, corruptis & labefactatis inteſtinis. Vindicaſſet autem tantam iniuriam Guiſcardus, ni ei mori propere nimium contigiſſet: ſuperatis enim græcis in Caſſiopam inſulā delatus moritur, cui abſente Boemundo Rogerius natu minor in Ap-

Rogerius

pulię ducatu ſucceſſit. Ferunt & eodem tempore in toto fere orbe terrarum fame laboratum eſſe, qua quidem occaſioue Auful Galatię rex tolletū multis anni obſeſſum de Saracenis cepit, eandēque vrbē chriſtianis incolendam tradidit. Hen-

ricus pręterea in germania ſiniſtro marte cũ Saxonibus dimicãs, quatuor milia militum amiſit deo volẽte, vt tandẽ deſiſteret eccleſiam ſuã perſequi & calamitatibus vexare. Sunt qui hoc tẽpore multa ꝓdigia appuiſſe ſcribãt, ꝙ & aues domeſticę, vtpote Gallinę, anſeres, Colũbi, pauones ad loca mõtana cõfugerĩt, ſylueſtreſque ſunt factę, & piſces tũ fluuiales tũ marini magna ex parte pierint. Terręmotu etiã quędã vrbes adeo concuſſę ſunt, vt Syracuſis maior baſilica corruens dũ veſperę celebrarent, oẽs qui tũ in tẽplo aderant cõtriuerit, duobus tm̃ diuinitus ſupſtitibus, diacono. ſ. & ſubdiacono. Sũt q̃ dicãt hoc tẽpore corpus

*Corporis S. Nicolai trãſlatio.*

ſancti Nicolai Barũ trãſlatũ a mercatoribus eſſe: ibiq; in precio habitũ, vt Martinus Scotus vir magnę doctrinę ſingulariſq; vitę in ſua hiſtoria conſcribit. Victor aũt cui⁹ gr̃a Deuſdedit librũ canonũ in ordinẽ redegit: anno. men. vno. iiij. põtificatus ſui nõ ſine ſuſpitione dati veneni moritur.

## Vrbanus ij.

VRbanus. ij. Otho vel Oddo ãtea vocatus monachus Ebomacẽſis primo deinde cardinalis Hoſtienſis, poſtremo. v. menſe poſt mortem Victoris põtifex creatur, ac merito quidem. Doctrina em̃ & ſanctitate vitę, quouis grãdi magiſtratu dignus erat. Tũ vero Rogerius opportunitatem nactus, ꝙ mortuo Gregorio res ad Vrbanum nouum hominem deueniſſet, Capuã vrbẽ & quicquid inde vſq; ad tyberim pertinet de Romanis & pontifice vi cœpit. Hanc ob rem Vrbanus parum etiã romanis iam pridẽ rebus nouis ſtudentibus fidens, Melphim ſe contulit, Ibi vero

*Rogerius*



ſynodum habiturus, quo tutius eo ꝓficiſci liceret Rogerio & Boemũdo inter ſe de ducatu Appulię contendentibus imperat vt ab armis diſcedãt hac tamẽ cõditione, vt Rogerius ꝑmiſſa Boemũdo Appulię parte ip̃e reliquã patris ditionẽ haberet. Tum põtifex ex ſententia animi ſedatis rebus Italicis cõpoſitoq; rei eccleſiaſticę ſtatu quãtũ in tanta perturbatione licuit, Troiã proficiſcitur recogniturus quid maxime clerus eo loci ageret correcturuſq; errores quorundã male viuẽtium. Interĩ vero Boemundus fratre Rogerio in Sicilia contra Saracenos bellũ gerẽte Melphim furto occupat. Hãc autẽ ob rẽ Rogerius e Sicilia rediẽs viginti milibus Saracenorũ bello cõductis fratrem Boemũdũ Melphi obſidet acriter ciuitatẽ qui in pręſidio erant defendentibus. Pontifex itaq; cũ in Italia nullibi quietis locũ cerneret in Gallias profecturus, Placentię Synodũ habuit, in qua licentiã quorundã eccleſiaſticorum mirifice cõpeſcuit

*boemũd⁹*

*Synodus placẽtina*

Inde vero in gallias abiens rẽ memoratu dignã aggreſſus eſt. Cõcilio. n. apud clarũmõtẽ habito ita principes gallię ad recuperãdã Hieroſolymã a Saracenis iam diu occupatã animauit, vt anno ſalutis mileſimo &. lxxxiiij. ccc. millia hominum nomen in militiã xp̃i dederint ſignumq; crucis ſuſceperint, quo facto Romam ſtatim rediit vt cõpoſitis in Italia rebus Italos ad eam quoque rem animaret. Non deſtitit interim hẽricus rex homo pernicioſus Robertum Flandrię comitem pręlio laceſſere quo eum a ſancta expeditiõe auerteret.

*Conciliũ clarimontis in ſaracenos p̃ualuit.*

Multi tamen Petrum quendam heremitam virũ incomparabili ſanctitate ſecuti per germaniam & pannonias iter facientes conſtãtinopolim cõ-

*Petrus heremita.*

munem belliſedem peruenere, quos non ita mul-
Gothifredus Bolionus — to poſt ſecuti duo fratres ſunt gothifredus Euſta-
chius & balduinus cognomento Bolioni Gala-
Balduinꝰ — tię Comites viri & animi conſtãtia & corporis ro-
bore inſignes. Prętérea vero & pedienſis
epiſcopus & Raymundus ſancti Aegidij co-
mes, & vgo magnus Philippi regis Francorũ fra-
ter, & duo Roberti quorũ alter Normandię alter
Flandrię comes erat, & Stephanus carnoti comes
tranſmiſſis alpibus magnis copijs iter per Italiã
facientes primo Romam peruenere. Vnde reco-
gniti prius ſanctorũ locis ſacelliſq; inuiſis accepta
a pontifice bñdictione Brũduſiũ puenere, inde in
Epirhũ traiecturi. Verum qa nõ oẽs idẽ portꝰ ca-
piebat: tanta erat multitudo ps barũ, pars Idrũtũ
petijt. Boemundus aũt quẽ diximus Melphim oc-
cupaſſe cupiditate glorię incenſus relicta Melphi
cum duodecĩ milibus delectorum hoĩm Italicæ
iuuẽtutis in eãdẽ expeditionẽ proficiſcitur. Huius
autẽ virtus & animi pſtãtia adeo fratrẽ Rogeriũ
permouit, vt poſitis armis dixerit ſibi oĩa cũ fra-
Tãcredus — tre cõmunia deinceps fore. Ac ſtatĩ Tancredũ fi-
lium pugnandi cupidum belli comitẽ fratri tra-
didit. Peruenerat iã cõſtãtinopolim Petrus here-
mita, & in ſuburbijs caſtrametatus tot mala ciui-
bus inferebat nõ ſpõte ſed militum licẽtia vt oĩm
interitũ gręci poptarẽt. Permotus itaq; ſuorũ ma-
Alexius impe. — lis Alexius ĩperator petrum cõpulit negato co-
meatu ante tẽpus Boſphorum traijcere; qui Nico-
mediã prio, mox Niceã puenĩẽtes, ciuitatẽ ipſam
natura & pręſidio Saracenorum munitatã oppu-
gnare adorti ſunt. Verum cum obſidentibus cõ-
meatus deficerent dilaberenturque paſſim mili-



tes chriſtiani eius rei cauſa a Saracenis inſidijs
oppreſſi: ac relinquere obſidionem coacti tan-
tum in fuga detrimentum accepere, vt & Rey-
naldus dux alemannorum abnegata chriſti fide
cum aliquot militibus deditionem fecerit, & Pe-
trus legationis nomine ſine militibus conſtanti-
nopolim redierit. Quæ rex Alexio grata ad-
modum fuit, quod ſperaret chriſtianos tanto ac-
cepto incommodo eam expeditionem omiſſu-
ros. Interea vero ſuperuenientibus alijs copijs
cum eos aperto marte repellere Alexius nõ poſ-
ſet clam noctu in Suburbijs conſtantinopolita-
nis caſtrametantes aggreditur, ſed nil eſt actum
acriter qui in ſtatione erant caſtra defendenti-
bus donec reliqui milites ſomno exciti arma ca-
perent. Pugnatum eſt item ſequenti die paruo
vtrinque accepto incommodo. Tum Boemun-
dus exercitus nomine ad Alexium miſſus homi-
nem partim minis, tum pollicitationibus ad pa-
cem ineundam compulit: his fœderibus vt &
iter tutum per loca imperio eius ſubiecta facere
liceret: & commeatum ac ſupplementa præbe-
ret: vtque quod e ſaracenis caperetur eius im-
perio ſubijceretur excepta hieroſolyma. Pera-
ctis his rebus ex ſententia tranmiſſoque Boſpho-
ro, primo Nicomediam inde Niceam ventum
eſt Thurcis qui in præſidio erant acriter defen-
ſam. Saraceni enim & Thurci paribus copijs auſpi-
cijſque bellum contra chriſtianos tum gerebant.
Ad.lx.n. Thurcorum millia qui proximos mon-
tes inſederant ſigna eruptionis oppidanis præ-
bẽtes chriſtianorũ caſtro adorti, magno accepto
incõmodo ad mõtes ipſos re infecta rediere. Diſ-

ficile tñ erat vrbẽ oppugnare, quia cõmeatus,& ſupplementa militũ ſubmitti per lacũ vrbi adiacẽtẽ cõtinuo poterãt. Verũ ſuperueniẽtibus e cõſtãtinopoli Lẽbis non paucis, in lacũq; miſſis rerũ oĩm inopia oppidani pſſi dies poſt duos &.l.ab initio obſidiõis deditionẽ fecere. Thurcis qui in pſidio erant cũ rebus ſuis & armis abire permiſſis. At vero chriſtiani munita Nicea inde abeũtes cũ iter per loca deſerta facere neceſſe eſſet, bifariam copias diuiſere. Cũ autẽ Boemundus herbidũ ſolum ad riuũ quendã inueniſſet caſtris poſitis reficere militem labore itineris feſſum inſtituerat, cũ

Solimãn9

ſubito eum ſaraceni & thurci Solimãno duce adorti ſunt quẽ certe opreſſiſſent abundãte vndiq; multitudine, ni Vgo & Gothifredus cum.xl.milibus equitũ ei confeſtim re per nuncios cognita opem tuliſſent. Pugnatũ eſt vtrinq; acriter & diu nec dirimi niſi noctis interuentu certamẽ potuit.

Crudelis Cędes.

Eo autem prelio quo Medi Thurci Sirij Caldęi Saraceni Arabes interfuere, ad quadraginta milia hoĩm cecidiſſe, ſequẽti die cognitũ eſt. Solimãnus autem effuſa fuga inde abiens ac vbiq; pdicans ſe victorem fuiſſe.x.milia Arabum ad exercitũ venientiũ obuiam habuit, quos ſtatim ſecum in Lycaoniã duxit chriſtianis eo pficiſcẽtib9 commeatus & iter intercepturus. At chriſtiani ſegetibus iã matureſcentibus adiuti ſine ullo incommodo Iconium primam Lycaonię ciuitatem peruenere qua in poteſtatem dedentibus ciuibus redacta pari fœlicitate Heracleam Tarſumq; cepere. Tũ

Balduin9

balduinus pæſtantis animi & ingenij vir primus oĩm in aſia domĩatũ adeptus eſt Tarſo donat9 & quicquid in ea regione caperet, qui quidem pau-



lo poſt Edeſſa & Maniſta vrbibus potitus eſt. Flexit inde in Ciliciã maior exercitus: quę nunc minor Armenia vocatur: quã quidẽ primo ĩpetu captã Palinuro Armenio cum noſtris militare ſolito regendã cõmiſere. Capta deinde Cęſarea Cappadociæ in Antiochiã mouere tranſmiſſis altiſſimis montibus. Antiochiæ vero Caſſianus rex tũ pręerat: quę vrbs antea Reblata appellata eſt. Hãc autẽ duplici muro circũdatã de ſuo noĩe rex ille quõdã Aſię dñator appellauit Ductis circũ quaque.cccc.&.lx.turribus. Hæc itẽ quondã Petri apoſtoli ſedes fuit. Hic Lucas euãgeliſta & ille Theophilus originẽ duxerunt, ad quẽ Lucas euangelium & actus apoſtolorũ ſcribit. Hic tũ primũ baptiſmatis fonte regnati chriſtianos ſe appellauere: in eaq; ſub chriſtiano ĩperio mille annis floruere. Centũ etiã ac.lx.epiſcopos ſub patriarcha Antiocheno fuiſſe conſtat ante vrbẽ a Barbaris captam: in qua ad.ccc.&.lx.eccleſias fuiſſe legimus. Anno igitur ſalutis noſtræ milleſimo.xcvij.vrbs Antiochena magnis operibus obſideri cœpta eſt quo quidẽ tẽpore Vrbanus maxime ſeditiõibus exagitatus in domo Petri Leonis potentiſſimi ciuis biennio ſe cõtinuit apud eccleſiã ſancti Nicolai in carcere Tuliano. Verũ mortuo Ioanne pagano ſeditioſiſſimo homine liberior factus ad cõponendũ eccleſiæ ſtatũ animũ adijcit. Nã & archiepiſcopũ Mediolanẽſem iã antea magiſtratu pulſum q ab vno tm̃ epiſcopo cõtra ius diuinũ cõſecratus fuerat ĩ gratiã recepit: cũ antea mutato habitu eius rei cauſa in cœnobio ſponte ac ſanctiſſime vixiſſet: & eidẽ palliũ ſuppliciter petenti cum integra poteſtate trãſmiſit his verbis. Literis tuis

Reblata antiqua vrbs.

Quot epi ſub Antiocheno patriarcha.

exorati cum apoſtolicæ ſedis bñdictiõe pallium fraternitati tuæ mittimus, quod quidẽ dignitatis genus nulli añ niſi præſenti cõceſſum eſt. Pręterea vero Tolletano archiepiſcopo qui Romã veniẽs de more ĩ verba põtificis iurauerat palliũ & priuilegia quędã conceſſit, eundẽq; totius Hiſpaniæ primatem inſtituit. Regẽ autem Galatiæ cũ omni diœceſi ſancti Iacobi anathematis vinculo illigauit: quia ꝓuinciæ epiſcopum in carcerem ĩaudita cauſa coniecerat. Eodem fere tempore Henricus Sueſſionẽſis epiſcopus Romam ad vrbanum veniens epiſcopatu quem a rege Francorum acceperat libere ſe abdicat ſine vlla reſtitutionis ſpe. Hanc ob rem Vrbanus cum neceſſitas prouĩciæ ita exigeret nolẽti & recuſanti epiſcopatum reſtituit accepto iureiurando. his tamen verbis in reſtitutione hominem vſum ferunt. Excõmunicatis ab hac ſede deinceps ſciens & volens non cõmunicabo. Similiter vero conſecrationibus eorũ qui epiſcopatus vel Cœnobia a laicis contra ius faſq; acceperit nũquam intererero: & ita me deus adiuuet & hæc ſancta dei euangelia: vt nunquã de ſentẽtia cedere inſtituerim. Idem quoq; in beluacenſem epiſcopum actũ ferunt. Nec eſt cur eũ ob has res pertinacem quiſpiam fuiſſe putet. Dixerat enim vbi erat opus mutare ſententiam: quod eſt viri boni proprium. Nam cum clericũ quẽquã a Giberto antipapa ad ordinẽ ſubdiaconatus antea prouectum iterum ad ſacros ordines admiſiſſet, ſententiam mutauit: q; ea res mali exempli videretur pariturąq; aliquando eſſet igentia mala. Ciſterciẽſem autem ordinem primo in Burgundia excitatum ſua auctoritate confirmauit. Sunt etiam qui ſcribant Carthuſiẽſes religioſos huius pontificis tẽpore originẽ habuiſſe. Alij autem temporibus victoris. ij. hoc aſcribunt. At vero cum Vrbanus ſanctiſſimus pontifex nõ opere ſolum & exemplo: verum etiã ſcriptis cõtra hæreticorum dogmata eccleſiam dei cõfirmaſſet. xij. pontificatus ſui anno menſe quarto, die decimonono apud ſanctum Nicolaũ carceris Tulliani in ædibus Petri Leonis ciuis egregij moritur. quarto Kalend. auguſti: cuius corpus per tranſtyberinam regionem ad vitandas inimicorum inſidias qui etiam mortuum lædere conabantur: ad ſanctum Petrum in vaticano delatum eſt ibiq; honorifice ſepultum.

Tolletani archiep. priuilegia.

Ordinis Ciſterciẽſis cõfirmatio

Carthuſiẽſes cõfirmãtur.

Facinus crudele ſpectãdũ.



## Paſchalis II.

XVII. orthodoxę eccleſię ſciſma fuit ĩter hũc & Albertum Arnolphũ & Theodoricum antipapas qui fauore imperatoris ſuffulti cornua ſua erexere in detrimẽtum animarum & corporum.

Paſchalis. ij. Rainerius ante pontificatũ vocatus natione Italus e Flãminia: patre Creſcentio matre alfacia: eo fere tẽpore põtifex creatur quo chriſtiani in Aſia dimicantes Antiochiam cepere: Pyrrho antiocheno ciue admodũ potẽte Vrbis ingreſſum ꝑbẽte: Qui Boemũdi virtutẽ admiratus deditu rum ſe illis vrbẽ ſpopõdit, Si reliqui chriſtiani eidem cũ imperio præeſſe Boemundum paterentur. Ingreſſi vrbẽ chriſtiani oĩbus fere pepercere in præſidia Saracenorum tantummodo ſeuitum eſt. Caſſianus autẽ rex ad loca montana cõfugiẽs ab Armenijs trucidatur. Sola arx ſupererat: quã

Capitẽ Antiochia.

dum Boemundus acerrime oppugnat femur ſa-
gitta traijcitur: & adeo grauiter vt ꝑ aliquot dies
ab oppuguatiõe deſtiterit. Verũ ſuꝑuenicti Cor
bane Perſarũ regis militiæ principi cũ Senſado-
lo Caſſiani filio Antiochiã recuꝑaturis Boemun
dus iã ex vulnere ĩteger obuiã cũ exercitu factus
ſtatim pugnandi copiã facit. In mõtibus ſe hoſtes
cõtinebant: nec elici ad certamen vllo modo po-
terãt. Quare Boemundus pœnuria rerũ oĩm vr
gẽte decertare oĩno ĩſtituit etiã iniquo loco. pręla-
lata itaq; lancea illa tanquã vexillo optimo: qua
xp̃i latus tranſfixus a longino fuit. Nuꝑ in baſili-
ca ſancti Andreæ Antiochiæ repta: hoſtes primo
acriter reſiſtẽtes ſuperat & cędit, quorũ de nume
ro ad. c. milia perijſſe cõſtat præterea vero ĩ eorũ
caſtris ad xv. milia Camelorũ capta tradunt. In-
deq; tanta præda auecta, vt ab extrema ĩopia ad
ſummã rerũ omniũ Vbertatẽ ventũ ſit. Præfect⁹
autẽ arcis cognita ſuorũ calamitate & arcẽ Boe-
mundo tradidit: & xp̃i fidẽ ſuſcepit: permiſſum
& his qui in pręſidio erant, vt ſi chriſti fidẽ ample
cterent eis abire cũ reb⁹ ſuis liceret, quoquo vel-
lent. Magna deinde inter Boemundũ & Raimũ-
dum cõcertatio orta eſt, cum Boemũdus ſibi An
tiochiã depoſceret, & Raimundus inſtaret, vt im
peratori cõſtantinopolitano ex fœdere prius ini-
to ſine vlla controuerſia traderetur. Sacerdotes
autẽ quibus eius rei arbitriũ cõmiſſum eſt Boe-
mũdo antiochiã ſtatim adiudicarũt. Interea ve-
ro mortuo Vgone magno qui cõponendarum
rerũ cauſa cõſtantinopolim ierat, Reliqui duces
Raimundo excepto qui cæſarẽ Capadociæ obſi-
debat proficiſci hieroſolymã cum exercitu inſti-



tuere, in Lyciam ſimul cõuenientes. In itinere aũt
Tortoſam oppugnare adhorti tribus menſibus
fruſtra cõſumptis ſoluta obſidiõe Tripolim mo-
uere: cuius regulus pecuĩa, comeatu, armis beni-
gne præbitis pacẽ hac lege impetrauit: vt ſi hie-
roſolymę caperentur xp̃ianum nomen amplecte
retur & fidẽ. Inde vero mouentes ac Cæſareã pa
leſtinæ prætereuntes quinis caſtris Hieroſolymã
tãdẽ ꝑuenere: ĩ arduo mõte ſitã: ac pluribus cõ-
uallibus diſtinctã: adeo vt nõ niſi a maximis exer
citibus obſideri vrbs poſſet. Adde q aquis fon-
tanis & fluuialibus caret: quę exercitibus ꝑmaxi
me neceſſarię ſunt. Solus eñ Siloe amnis & is qui-
dem æſtate ꝑtenuis ac interdum nullus per mõtẽ
Syõ in cõuallẽ Ioſaphat delabitur. Sũt tñ permul
tę ĩ vrbe & in agris ciſternæ quæ ſolis ciuibus a-
quã pręſtent, nõ etiã magnis exercitibus & iumẽ-
tis militarib⁹. Xp̃iani tñ cõparato oĩfariã comea-
tu quatuor locis oppugnare vrbẽ magnis viri-
bus adhorti eã hieroſolymitãis acriter defenden
tib⁹, idib⁹ Iulij vi cepere trigeſimonono die poſt
eaquã obſiderint capta eſt anno ſalutis milleſimo
nonageſimonono: Anno quadrĩgẽteſimo nona-
geſimoq; poſteaquã imperãte heracleo a Saracẽ-
nis occupata fuerat: p̃cipua tñ in recuperanda tã-
ta vrbe laus Gothifredi fuit qui partẽ muri ei ac
fratrib⁹ ad oppugnãdũ aſſignatã primus cõſcen
dit: Balduinoq; poteſtatẽ fecit vt in vrbẽ deſcen
dens xp̃ianis portas recluderet: quibus certe ir-
rũpentibus tanta cædes facta eſt cũ in vrbe tum
vel maxime in tẽplo vt moriẽtiũ cruor talos ho-
minũ ſupergrederetur. Cepiſſent eadẽ quoq; die
tẽplum niſi nox ſuperueniſſet. Verum ſequenti

Gothifredi præclara geſta.

die repetita oppugnatio eſt: & his venia conceſſa qui poſitis armis ſuppliciter ſalutē petiere. Chriſtiani autem tāta victoria potiti: vbi & diebus octo a bellicis rebus quieuiſſent: & ſancta vrbis loca ac domini ſepulchrū de more viſum iuiſſent: vno omnium cōſenſu Gotifredum humeris etiā in regiā delatū regem decernūt.

**Gothifredus rex Hieruſalē coronat.**

Qui regni quidem titulum non abnuit coronā vero aureā reiecit. Indignū arbitratus illic aureo diademate hominem vti: vbi rex regum eps ſpineā coronā pro redēptione humani generis tuliſſet. Preterea vero Arnulphus pſbyter patriarcha creatus ab epiſcopis qui tum aderant cōſecratur. Perterriti aūt hac victoria Neapolitanę vrbis Aſſyrię ciues legatos ad Gothifredum miſere qui ſe ac ſua oīa illi dederent. Verum cum nō ita multo poſt nunciatum fuiſſet Solimanni Babylonis regis ingentem exercitum Aſcalonem perueniſſe vrbē viginti milibus paſſuum ab hieroſolymis diſtātem hieroſolymitanoq; populo ſemper infenſam: occurrere hoſti Gothifredus ſtatuit: Petro heremita ad cuſtodiēdā vrbē relicto reuocatoq; Euſtachio & Tācredo quos Neapolim cum duabus legiōibus miſerat. In hoſtē itaq; pfectus cū ex captiuis cōperiſſet Clemētē eſſe regis Babyloniorū Solimāni militiæ pricipē quo cū quīquagīta milia hominū militarēt, eundēq; habere claſſem frumento & machinis onuſtam decertare omnino inſtituit. Vnde pugna cōmiſſa victoriæ cōpos ad triginta milia hominum interfeciſſe traditur. Clemens autem hominum dux naui fugiens ſalutem ſibi quæſiuit. Aſcalonitæ vero tanto accepto incommodo vrbem ſtatim Gothifredo tradidere:



in qua tantum auri & argenti deprehenſum eſt, quantum alio vnq̄ in loco. Recuperatis itaq; hieroſolymis multi principes voti cōpotes facti redire in Europā ad ſuos inſtituere. Inter quos ſancti Aegidij Trandenſiſq; comites ſunt habiti. Gothifredus autē cum fratribus mira fœlicitate victoriæ vſus & Ioppem maritimā & Ramulā vrbē expugnauit, quę īpedimento xpianis erat quo minus tuto ab Aſcalone hieroſolymā pficiſceretur. Obſedit & Caiphā quæ alio nomine Prophoia dicitur ad Carmeli radices ſitā, & quatuor milibus paſſuum ab Accon ſemotā. Verum durāte adhuc obſidione Tyberias Galliæę vltro ſeſe obtulit. Caipha nō ita multo poſt ex fœdere recepta. Sed nihil in humanis rebus quod ad fœlicitatē ptineat diuturnū eſt. Anno ēm vno poſt captā tot laborib9 hieroſolymā Gothifredus febri correptus moritur:

**Mors Gothifredi.**

cui ſtatim chriſtiani ne ob interregnum aliquid detrimenti caperent Balduinum fratrem in regnū ſuff. ciunt anno ſalutis noſtræ centeſimoprimo ac milleſimo. Ad Paſchalem autem redeo, quem quidem Gregorius ſeptimus ob virtutem & doctrinam ſancti clementis

**Laus Paſchalis.**

preſbyterum creauit: in quo quidem loco clerus ipē poſt vrbani mortem: eundem paſchalem vita priuata contentū: quippe qui antea monachus fuerat etiā nolentem & latitantem pōtificem creat: q; diceret humeros ſuos nequaquam tanto oneri ſuffecturos: ſed expetente populo: eligente clero: collaudante Cardinalium ſenatu pontificum munus ſuſcepit: maxime vero cū ter acclamatum eſſet, Sanctus Petrus Rainerium virum optimū pontificem elegit: cui poſtea primi ſcrinij

& ſcribæ regionarij paſchalis nomē indidere. In-
dutus deinde coccineā clamidem tyaraq; capiti
eius īpoſita: comitāte populo & clero equo albo
ad lateranū perducitur: maxime vero ad eā por
ticum quæ ad auſtrum verſa ī baſilicā ſaluatoris
ducit quā cōſtantinianam vocāt: vbi cum in ſede
ad eā rem de more parata aliquandiu quieuiſſet
atrium lateranenſe conſcēdens balteo ſuccingi-
tur, vnde ſeptē claues ſeptēq; ſigilla pendebāt: vt
intelligeret ſe ſecundū ſeptiſariā ſcti ſpiritus gra-
tiā ſanctarū eccleſiarum quibus deo auctore præ-
erat claudēdi ſigillādi aperiendi recludēdiq; ra-
tionē habere. Inuiſit ſceptrum pontificium mani-
bus gerēs ea quoq; loca quę ſolis pōtificibus ſunt
adiudicata. Sequētibus vero diebus cōſecratio-
nem accepturus ad baſilicā beati Petri ꝓficiſcit:
in qua eum chriſmate inunxere oddo Hoſtienſis
epiſcopus: Mauritius portuenſis: Gualterus Alba
nus: Bono Lauicanus: Milo prēneſtinus: Offo Ne
peſinus, Oddoni hoſtienſi primæ partes quas ad-
huc retinet obtigere. Poſt vnctionē vero ī vrbē
rediēs coronā de more accepit. Hoc ita futurū Al
bertus Alatrinus ep̄s aliquādo diuinauit. Nam
cum ab amico īterrogaretur quē Vrbano ſucceſ
ſurum putaret Rainerium inquit: propter fidē &
cōſtantiā deus eliget. Ferunt & eundem Albertū
tēpus ipm̄ quo ī pontificatu victurus erat prædi
xiſſe. At vero Paſchalis eccleſiæ dei prope labētī
quorundā ſeditionibus conſulturus, copias ſuas ī
Gibertum antipapā mittit malorū oīum caput.
Vt autem tanto bello ſufficere pontifex poſſet,
Rogerius Siciliæ comes ei turmas aliquot & mil-
le auri vncias auxilio miſit. Albę marſorum Gi-

Cingitur pōt. balteo ī q̄ ſeptē claues &. vij. ſigilla appēdebāt.

Ep̄s hoſtienſis aucto. pōtificum.



bertus hō pernicioſus tū degebat, qui vbi intelle-
xit hoſtes aduētare haud ſatis copijs ſuis fidens a
Ricardo Cāpano comite acceptis: relicta Alba in
Furconēſiū mōtana, quę nūc Aquilanorum mu-
tato noīe habent, ſeſe ꝓripuit. Vbi nō ita multo
poſt ſubita morte correpť ſui ſceleris pœnas luit.
A malis tamen eccleſia dei nō ſtatim tā pernicio-
ſo homine ſublato quieuit. Ricardus em̄ quē dixi
mus giberto copijs & opibus fauiſſe in locum de-
mortui Albertū quendā ſuffIcit Atellanum ciuē
quę vrbs auerſa nūc dicitur inter Neapolim & ca
puam poſita: qui ſtatim a bn̄ ſentientibus abdica
re ſe magiſtratu coactus relegatur. Cauenſes autē
agri Præneſtini incolæ Ricardi ſtultitiam & arro
gantiam imitati Theodoricum quendā pontificē
creauere, verum ij quoq; pœnitētia ducti quinto
& centeſimo die e pōtificatu deiectum Anacho-
ritę habitum induere cogunt, & vitā ducere pri-
uatam. Tertius præterea Maginulphus Romanus
ciuis apud Rauennā pontificatus titulum vſurpa-
re auſus eſt, quē quidē & romani exilio multarūt:
& Rauennates omni humana ope deſtitutū ab vr
be ſua pepulere. Pacata autem hoc modo Roma-
na eccleſia Paſcalis vir magni ingenij atq; animi
a religione ad arma conuerſus adiuuante Roge-
rio Vrbem caſtellanā & Beneuētum ab hoſtibus
occupatum recipit. Interim vero Petrus colūna
romanus ciuis impellente Ricardo Cāpano comi
te cuius maxīe intererat copias pontificis diſtra-
here cauas occupat pontificię ditionis oppidum.
Hanc ob rem pontifex in eum mouēs non ſolum
cauas recepit, verum etiam zagarolū & colum-
nam paternæ hæreditatis caſtella ei abſtulit: ex

Ricardus.

Quot pōtifices ſciſmatici.

Columna

& ſcribæ regionarij paſchalis nomē indidere. In-
dutus deinde coccineā clamidem tyaraq; capiti
eius īpoſita: comitāte populo & clero equo albo
ad lateranū perducitur: maxime vero ad eā por
ticum quæ ad auſtrum verſa ī baſilicā ſaluatoris
ducit quā cōſtantinianam vocāt: vbi cum in ſede
ad eā rem de more parata aliquandiu quieuiſſet
atrium lateranenſe conſcēdens balteo ſuccingi-
tur, vnde ſeptē claues ſeptēq; ſigilla pendebāt: vt
intelligeret ſe ſecundū ſeptiformā ſcti ſpiritus gra-
tiā ſanctarū eccleſiarum quibus deo auctore pręe-
erat claudēdi ſigillādi aperiendi recludēdiq; ra-
tionē habere. Inuiſit ſceptrum pontificium mani-
bus gerēs ea quoq; loca quę ſolis pōtificibus ſunt
adiudicata. Sequētibus vero diebus cōſecratio-
nem accepturus ad baſilicā beati Petri ꝓficiſcit:
in qua eum chriſmate inunxere oddo Hoſtienſis
epiſcopus: Mauritius portuenſis: Gualterus Alba
nus: Bono Lauicanus: Milo pręneſtinus: Offo Ne
peſinus, Oddoni hoſtienſi primæ partes quas ad-
huc retinet obtigere. Poſt vnctionē vero ī vrbē
rediēs coronā de more accepit. Hoc ita futurū Al
bertus Alatrinus eps aliquādo diuinauit. Nam
cum ab amico īterrogaretur quē Vrbano ſucceſ
ſurum putaret Rainerium inquit: propter fidē &
cōſtantiā deus eliget. Ferunt & eundem Albertū
tēpus ipm quo ī pontificatu victurus erat prædi
xiſſe. At vero Paſchalis eccleſiæ dei prope labētı
quorundā ſeditionibus conſulturus, copias ſuas ī
Gibertum antipapā mittit malorū oīum caput.
Vt autem tanto bello ſufficere pontifex poſſet,
Rogerius Siciliæ comes ei turmas aliquot & mil-
le auri vncias auxilio miſit. Albę marſorum Gi-

Cingitur pōt. balteo ī q̊ ſeptē claues &. vij. ſigilla apēdebāt.

Eps hoſtienſis aucto. pōtificum.



bertus hō pernicioſus tū degebat, qui vbi intelle-
xit hoſtes aduētare haud ſatis copijs ſuis fidens a
Ricardo Cāpano comite acceptis: relicta Alba in
Furconēſiū mōtana, quę nūc Aquilanorum mu-
tato noīe habent, ſeſe ꝓripuit. Vbi nō ita multo
poſt ſubita morte correpꝰ ſui ſceleris pœnas luit.
A malis tamen eccleſia dei nō ſtatim tā pernicio-
ſo homine ſublato quieuit. Ricardus em̄ quē dixi
mus giberto copijs & opibus fauiſſe in locum de-
mortui Albertū quendā ſufficit Atellanum ciuē
quę vrbs auerſa nūc diciur inter Neapolim & ca
puam poſita: qui ſtatim a bn̄ ſentientibus abdica
re ſe magiſtratu coactus relegatur. Cauenſes autē
agri Præneſtini incolæ Ricardi ſtultitiam & arro
gantiam imitati Theodoricum quendā pontificē
creauere; verum ij quoq; pœnitētia ducti quinto
& centeſimo die e pōtificatu deiectum Anacho-
ritę habitum induere cogunt, & vitā ducere pri-
uatam. Tertius præterea Maginulphus Romanus
ciuis apud Rauennā pontificatus titulum vſurpa-
re auſus eſt, quē quidē & romani exilio multarūt:
& Rauennates omni humana ope deſtitutū ab vr
be ſua pepulere. Pacata autem hoc modo Roma-
na eccleſia Paſcalis vir magni ingenij atq; animi
a religione ad arma conuerſus adiuuante Roge-
rio Vrbem caſtellanā & Beneuētum ab hoſtibus
occupatum recipit. Interim vero Petrus colūna
romanus ciuis impellente Ricardo Cāpano comi
te cuius maxīe intererat copias pontificis diſtra-
here cauas occupat pontificię ditionis oppidum.
Hanc ob rem pontifex in eum mouēs non ſolum
cauas recepit, verum etiam zagarolū & colum-
nam paternæ hæreditatis caſtella ei abſtulit: ex

Ricardus.

Quot pōtifices ſciſmatici.

Columna

columna hanc familiā cognomentum duxiſſe cer
te putauerim. Erat & alia familia Romę admodū
potēs Corſi ij ſunt appellati, gregorio ſeptimo a-
deo fideles, vt eorū domꝰ ſub capitolio poſitæ ab
Hērico tertio ſint exuſtæ & ſolo æquatę. Verū po
ſtea mutato conſilio Stephanus eiuſdem familiæ
prīceps abſente paſcali ſancti Pauli baſilicā & ca
ſtellum eo loci ædificatum furto occupat, vnde
incurſionibus mirum in modum vrbem Ro-
mam continuo vexabat. Hanc ob rem omiſ-
ſis rebus externis pōtifex ad vrbem propere re-
diens Stephanum inde vi deijcit, quem ideo in-
columē abijſſe credimus ꝙ monachi habitū indu
tus irrumpentes decepit. Apparuiſſe tum multa
ꝓdigia auctores plærisq; ſcribunt ꝙ & mare qui-
buſdā in locis litus pręter ſolitum. xx. paſſibus oc
cupauerit. In quibuſdā vero a littore in altū cen-
tū exceſſerit. Hoc ego quoq; ſuꝑiore anno apud
Puteolos vidi exeſis quibuſdā colūnis marmo-
reis vſque ad tris cubitos quas mare (vt incolę di
cebāt) triēnio ante abluere cōſueuerat. Appuiſſe
& cometē mirę magnitudinis tū affirmant, qui in
occaſu cadente ſole ſtatim apꝑebat. Nō moueba-
tur his prodigijs Paſcalis quippe qui fieri hęc na-
tura cernebat. Verū cū intellexiſſet Florentinū
epm̄ affirmare ſolitum Antichriſtū natū eſſe, eo
ſtatim ꝓficiſcitur, cōcilioq; habito re ipſa admo-
dū diſcuſſa cū leuitate quadā, vt alicuius magnæ
rei auctor videret motum epm̄ cerneret, hominē
verbis caſtigatū dimittit, atque inde in Ciſalpinā
ꝓficiſcitur, Vbi ad Guardaſtalum cōuentu mul-
torum principum & epōrū habito, de homagijs,
de Feudis, de ſacramētis epōrū laicis antea exhi-

Mare ſinꝰ ſolitos exit.



bitis exhibendiſue magna eſt habita ratio. At ve
ro cū intelligeret Gallos ſacerdotes: non ita inte-
gre vt decebat vitam ducere eo profectus apud
Trecas cōuentu habito: redactis ad Laudabiliorē
cultū eccleſijs earūque pręſidibus ꝑrim pulſis ꝑ-
caſtigatione emendatis in italiā propere redijt: ꝙ
intellexerat oīa ſeditioſorum quorundā factioni-
bus perturbari. Stephanus enim corſus montē al
tum & pōticlū de ea parte hetrurię quā nūc prin-
cipis apoſtolorū patrimoninm vocant ceperat ꝑ̄-
ſidijſq; muniuerat, vn̄ frequēti incurſione oīa cir
cūquaque vexabat, quē pōtifex inſequutus ex al
tero caſtello deiecit alterum vi capere non potuit
natura loci obſtāte, & hieme quæ iam apperebat.
Iturus itaque in Appuliā componendarum rerū
italicarum gratia Lauicano epiſcopo eccleſiam
Petro Leonis, & Leoni fregepani vrbem vrba-
naque omnia. Ptolomęo Sublacenſi domino quæ
circa vbem ſunt quā diligentiſſime cōmendauit,
relicto Gualfredo nepote militię prīcipe: qui vna
cum his ditionē eccleſiaſticā tueretur. Verū ab-
ſente pontifice quem ferunt Ptolomęū tanti mali
auctorem dicere ſolitum nunquā amplius ad vr-
bem rediturum ab eccleſia dei ij omnes defecere.
Petrus columna quem pontifex in gratiam rece-
perat. pharſenſis abbas cū Anagnis, prænestinis,
Tyburtinis, Tuſculanis; Sabinis. Auſus & idē pto
lomęus comparato exercitu Albam latinam op-
gnare ciuibus ipſis acriter vrbem defendentibus
Verum ſuperueniente pontifice cum principe
Caietano cumq; Ricardo Aquilano egregijs co-
piarū ducibus pulſis tyrannis eccleſiam dei occu
pare conantibus, & Albā obſidione liberat, & re-

liquã oppida quę iam defecerant in deditionem
recipit. Tybur obſtinate reſiſtens expugnat nõ ſi-
ne magno vtriuſq; partis incõmodo, montẽ altũ
deiecto inde Stephano recipiẽs totum patrimo-
nium breui pacatum reddidit. Pace deinde cõpo
ſita ad bellũ Aſiaticum animũ adijcit: principes
xp̃ianos literis & nuncijs ad eã rẽ q̃; diligentiſſime
animat, q̃ intellexerat Gothifredo hieroſolymis
mortuo Saracenos recuperãdę hieroſolymę cau-
ſa magnos exercitus eo duxiſſe, Superatiſq; chri-
ſtianis ingenti clade & comitem burgundię in ip
ſo prælio cecidiſſe, ac Boemundum viuum in ma
nus hoſtium deueniſſe, ipſum vero Balduinum
regẽ Gothifredi fratrẽ ęgre ex tanta clade ſeſe p-
ripuiſſe, nec paulum abeſſe, quin vrbs caperetur.
Verumtamẽ Barbari tanta victoria potiti obſi-
dere hieroſolymas nequaq; ſunt auſi. Tancredus
autẽ egregie defenſa Antiochia laodiceã vrbem
imperio conſtantinopolitano ſubiectã vi cepit, q̃
intellexerat Alexiũ imperatorẽ chriſtianorũ cla-
de delectatũ, militibus quoq; noſtris impedimen
to fuiſſe: quominus ſupplementi cauſa ex europa
in Aſiam traijcerent. Fœlicitate & audacia Tan-
credi Balduinus rex percitus cõparato propere
exercitu in Accon ducere ſtatuit, Vocatis in au-
xilium Genueſibus & venetis, qui eo propere cũ
octoginta roſtratis nauibus ac triremibus plęriſq;
profecti ſunt. Quare & vrbs terra mariq; acriter
oppugnata vigeſima die tandẽ capitur: & ſarace
ni qui eo venerant tuendæ vrbis cauſa fuſi fuga-
Tancredi tiq; ſunt. Tancredus autẽ tãtæ fuit pietatis in pa-
Mira pie- truum Boemundũ ab hoſtibus triennio in vincu
tas. lis detẽtum, vt ei magna vi auri redempto An-



tiochię principatũ reſtituerit: poſtea vero idem
Boemundus Antiochiã ipſam Tancredo cõmit-
tens in italiã primo, mox in Galliã profectus Con
ſtantiã philippi regis Francorum filiã in vxorem
accepit. Cognito deinde Alexij imperatoris con-
ſtãtinopolitani conatu qui maritimas Antiochię
vrbes infeſtabat, in italiã rediens parata claſſe in
Dalmatiã nauigat Dyrachiũq; obſidet, vt ea ra-
tiõe Alexiũ a bello Aſiatico reuocet. Quod etiã
breui factum eſt. Pacem vero petenti Boemũdus
hac lege dedit, vt bello Antiocheno omiſſo mili
tibus Francis nullo maleficio per ſua loca tran-
ſeuntibus, iter in Aſiam tuto facere liceret. Cõpo
ſita autẽ pace cum ea claſſe quã in Alexium para
uerat in Aſiã Boemundus cõtendẽs, adeo xp̃ia-
norum animos recreauit, vt Balduinus rex Be-
ritum vrbem maritimã rex phœnicię inter Sydo
nem & Biblum poſitam ac Tyro metropoli obtẽ
perantem obſeſſam duobus menſibus vi tandem
ceperit nõ ſine magno ſuorum incõmodo. Hanc
obrem & paſſim in omnes ſęuitum eſt, & vrbs ip
ſa tanq̃ colonia chriſtianis omnibus conceſſa eſt.
Eodem quoq; tempore capta & ſydon eſt. In tan- Mors boe
ta vero chriſtianorum fœlicitate Boemundus cla mundi.
riſſimus princeps morte ſublatus luctu omnia
compleuit, qui Boemundum filium paruulum
admodũ ex conſtantia vxore ſuſceptum princi-
patus Antiocheni ſucceſſorem relinquens Tãcre
do nepoti donec adoleſceret commmẽdauit. In-
terea vero Henricus. iiij. mortuo patre quẽ apud Henricus.
Leodiũ bello ſuperauerat cõpoſitis in Germania iiij.
rebus in italiã veniẽs apud Sutriũ ſubſtitit. q̃ ſen-
ſerat ei⁹ aduẽtũ paſcali parũ admodũ gratũ eſſe.

quippe qui & eccleſias multas in bellis euerterat & epiſcopatus contra ius faſq; pro libidine animi cui placuiſſet demãdauerat. Verũ miſſis vltro citroque legatis cũ imperator iureiurando interpoſito polliceretur ſe & pacato agmine Vrbem ingreſſurũ, & coacturum ſuos epiſcopos vt ſe a poſſeſſione epiſcopatuũ abdicarent, quos largitione acceperant & potẽtia portæ repente apertę ſunt. Nam Sutrio mouẽs Hẽricus ad montem gaudij: vel (vt alij volunt) ad montẽ malum, ſunt etiã qui montem aureum hunc appellent caſtra poſuerat. Vnde poſtea annuẽte populo prodeũteq; obuiã honorato quoq; Vrbẽ Leoninam primo ingreditur. Pręcedentibus ſacer[illegible]tibus cum infulis & reliquijs ſanctorũ a moi[illegible]ai. nam per eã portam vrbem Leoninam ingreſſus eſt vſq; ad baſilicam ſancti Petri, cuius in gradibus pedes pontificis eo vſq; cum cardinalibus prodeuntis exoſculatus eſt. P[illegible]tis deinde militibus ſuis, in ſtationibus vna cum põtifice ad dext[illegible]ã tamẽ tẽplũ ingreditur, in quo poſt orationẽ ad altare factam a pontifice petit vt illos cõfirmet quibus ipſe epatus dederat licet iuſiurandum antea interpoſuiſſet ſe nunq; id a põtifice petiturum. Paſcalẽ vero id facere recuſantẽ intromiſſis militibus dato ſigno vna cum cardinalibus ſtatim capit, eumq; cũ magna parte cleri ſpoliati prius in caſtra perducit. Permotus tam inſigni iniuria populus roma. ſumptis armis Teutonicos ex vrbe Leonina pellit portaſq; omnes claudit. Tum vero imperator ad Soractis mõtẽ perueniẽs quẽ nunc ſancti Syluestri vocãt, in loco excelſo & munitiſſimo põtificẽ & cardinales collocat, diſpoſitis circũquaq; cuſto

Capitur Paſcalis ꝓditorie ab imperatore.



dibus & p̃ſidijs ne inde aufugere vel retrahi ab aliq̃ poſſẽt, q̃ facto ſtatĩ reliquas copias vrbẽ oppugnaturus mouens ad aniene ꝑuenit. Vnde occupato pri⁹ põte mãmeo a mãmea matre Alexãdri imꝑatoris nomẽ ducente ac tanti opis auctore incenſis circũquaq; villis incurſiones continuo in romanos faciebat. Quare pontifex incõmodis ciuium & precibus motus ad pontem ſalarũ perductus accitis ex vrbe notarijs qui pacta cõſcriberẽt eos omnes licet inuitus in epatu cõfirmauit quos antea Henricus delegerat. Hoc itaq; modo cõpoſitis rebus dimiſſis captiuis omnibus imperator a põtifice coronatur in baſilica ſancti Petri clauſis prius vrbis portis ne populus erũperet firmataq; ſtationibus ipſa ab Hẽrico baſilica. Vnde non ita multo poſt voti cõpos factus in germaniã redijt. Põtifex vero pacata aliquãtulũ italia Piſanos nauali gloria ad modũ potẽtes adhortatu, vt ex inſulis Balearibus quas iã antea occupauerãt in ſaracẽos moueãt, mare noſtrũ & littora xp̃ianorũ infeſtantes. Quare piſani cupiditate glię capti cõparata ingẽti claſſe impoſitaq; maiore iuuẽtutis ſuę pte in hoſtem ꝓficiſcuntur. Verũ dũ apud vada volaterrana ventum expectant, Lucẽſes eorum vrbẽ defenſoribus vacuã inuadũt: quã quidem Florentini piſanorum precibus moti repulſis Lucẽſibus acerrime tutati ſunt. Obquam rem piſani de ſaracenis victores domũ redeuntes Florentinos duabus porphyreticis columnis donãt quæ adhuc ad portam ſacelli beati Ioannis baptiſtæ viſuntur. Interim vero Paſcalis concilio apud lateranũ habito omnia quæ henrico ꝓmiſerat reuocat ꝙ coactus non libens in eius ſen

piſani.

Reuocatio pmiſſorũ Henrico.

tentiam armis non rationibus munitam deſcen-
diſſet inſtātibus cardinalibus qui in vinculis erāt
populoq; ro. qui ab Henrico bello vexabatur vt
quauis cōditione pacē cōponeret. Satius itaq; vi-
ſum eſt retractare male acta violenter pręſertim
q̄ pati exēplo pniciofo, vt id quoq; reliquis prin-
cipibus licere videatur, quod Hēricus ab inuito
Mors ma- pōtifice extorſerat. Hoc autē tēpore Mathildis co
thildis. Te mitiſſa admodū ſenio confecta moriens romanæ
ſtamētum eccleſiæ ex teſtamēto reliquit quicqd a piſſia am-
mulieris. ne & ſancto Quirico agri Senenſis vſq; ad Cepe-
ranū iner appēninū & mare pertinet. Addita Fer
raria quæ adhuc Romanæ eccleſiæ vectigalis eſt.
Sunt qui ſcribāt quorū de numero vincentius eſt
auctor egregius hanc mulierē Florentiæ mortuā
eſſe eo incēdio quo & magna pars vrbis cōſum-
pta eſt, & ad duo milia hominū cōbuſta tradūtur:
eiuſq; corpus poſtea in Ciſalpinam tranſlatū eſſe
& in monaſterio ſancti Benedicti quod ab vrbe
mantua, xij. milibus paſſuum diſtat ſepultū. Cre-
diderim ego mulierē ipſam Mantuę diem extre-
mum obijſſe: ſuoq; iuſſu ad ſanctum Benedictum
ſua impenſa ædificatum tranſlatam & ſepultam
Anſelm⁹. procurante eam rem Anſelmo viro ſanctiſſimo,
ac tanti monaſterij auctore, quippe qui operā de-
dera Mathildis impenſa, vt Cœnobium tā amplū
tanq; magnificū ædificaretur. Eodē quoq; in loco
ſepultum fuiſſe eundē Anſelmum epm Lucēſem
comperi, ac Mantuā deinceps tranſlatum in eccle
ſiam cathedralē ob eam rem credo ne a vicinis
furto ſubriperetur cum miraculis continuo cla-
rior fieret. Affirmant lucenſes corpus Mathildis
apud ſe eſſe: quod ne credā facit Guidonis Gōza-



gæ auctoritas qui dum monaſterium ſancti Bene
dicti reſtitueret inuētum corpus honeſtiore loco
(vt par erat) collocauit. Alium quoq; Anſelmū Sctūs An
fuiſſe his tpalibus quidam auctores ſcribunt vi- ſelmus.
rum doctiſſimum & apud angelos tanti precij ha
bitum: vt breui ex monacho abbas: deinde cātua
rienſis archiepus ſit factus. Qui etiam libros de
meditationibus Cur deus homo, de libero arbi-
trio, de ſimilitudinibus, de cruce, de beato Ioan-
ne baptiſta cōſcripſit. Fœlicia certe hæc tempora
fuere, quę & Sigibertum monachum celbatēſem
virum ſpectatæ doctrinę & Bernardum ex Caſti S. Bernar
lione Burgundiæ nobili genere ortum protule- dus.
re. Is. xvij. annū attigēs ſub abbate Stephano qui
tertius fuerat ab inchoato ciſtercienſi monaſterio
vna cum. xxx. ſocijs monachi habitū ſuſcipiēs tā-
ti pcij ob doctrinā & ſanctitatē eſt habitus vt bre
ui abbas clareuallenſis monaſterij tum primū Ro Claraual
berti viri illuſtris impēſa edificati creatus ſit, cui is.
certe loco cū maxima gloria ad ānos ſex &. xxx.
pręfuit. Moriens deinde Bernardus præter ſancti
tatem multa quoq; ſcriptis ingenij ſui monumen
ta reliquit: maxime vero cōmentarios in cantica
canticorum cōſiderationes diuinę cōtemplatiōis
ad Eugenium pōtificem vnde pōtificij muneris
ratio duceretur. Scripſit & varias epiſtolas vnam
potiſſimum ad romanos qua eos vehemēter car-
pſit. Scripſit & apologeticum & ſermones in ſolē-
nibus habitos. Ad paſchalem redeo qui in cōſilio
apud Guardaſtallū habito decreuit ne vrbes æ-
miliæ Placētia, Parma, Rhegium, Mutina, Bono-
nia Rauennati eccleſiæ antea Metropoli ſubiectæ
amplius eſſent: q̄ ſæpius ob ſuperbiam in Roma-

nam ſedem pręſules Rauennates cornua erexe-
rant. Pontificem vero ad vrbem redeuntem ro-
garunt ciues quidā vt in locum Petri pręfecti vr
bis demortui filium ſubrogaret: quod cum face-
re pontifex negaret propter ætatē pueri qui vix
decimum attigerat annum tanta repente ſeditio
exorta eſt vt ei abire ex ciuitate neceſſe fuerit ne
magna aliqua cædes inter ciues committeretur:
cum multi ineſſent qui nequaquam tantum ma-
giſtratum puero committendum dicerent. Neqꝫ
ita quoqꝫ ſeditionis ſemina abſtulit. Nā cum Al-
bæ eſſet: intellexiſſetqꝫ Petrū Leonis eccleſiæ fau
torem in ædibus ſuis ab aduerſa factione oppu-
gnari eo propere Ptolemeū mittit ab Aricia ac-
citum cum ſatis valida manu: qui pulſos in tranſ-
tyberinam regionem aduerſarios partim interfi
cit partim capit, ac per municipia cuſtodiendos
diuidit. Sed magna repente in Ptolemæo incon-
ſtantia apparuit. nam quos ipſe paulo ante recepe
rat eoſdē poſtea ſuo quoqꝫ nutu ad municipia pro
ficiſcentes dum iter per algidum faciunt ex inſi-
dijs obortus capit & laritiam ſecum ducit: inter
quos & demortui pręfecti filius erat. Non conten
tus autem tanti admiſſi facinoris Ptolemæus Sar
minetum Nymphæum Tiberiam oramque ma-
ritinam occupat. Interim vero Henricus e Ger-
mania in italiam cum exercitu deſcendens ma-
gno terrori omnibus fuit. Verum cum is romam
veniſſet abſente pontifice qui tū in Appulia con
cilium habebat cumque ſe priuatū dignitate im-
perij putaret: vna cum poteſtate dandorum epi-
ſcopatuū a Bacharēſi archiepiſcopo patria exule
iterum coronatus ante beati gregorij corpus, in



patriam abijt, paſchalis autem abſoluto conuen-
tu ex Appulia Romam cum copijs Normanno-
rum rediens, & multa oppida ab hoſtibus occupa
ta recepit: & Prænestę Caloioannis imperatoris
conſtantinopolitani qui patri Alexio ſucceſſerat
Oratores libenter audiuit, eiſdemque in manda-
tis dedit, vt Caloioannem ſuo nomine contra Sa
racenos animarent At vero Farfenſis abbas & Abbas
Ptolemæus qui nullū ſibi veniæ locū apud pon- Farfæ.
tificē ob ſua maleficia reliquerant, Latebris deli-
teſcentes tandem per amicos in Paſchalis viri mi
tiſſimi gratiam redeunt. Pacatis hoc modo rebus
dedicataque præneſte Agapiti baſilica Romam
effuſa obuiā vrbana multitudine honoris cauſa
tandem redijt: qua quidem ex frequentia in vali
tudinem incidens ſe paulopoſt moriturū cogno-
uit: quare acceptis eccleſiæ ſacramentis cohorta-
tuſque clerum ad pacem & concordiam pontifi-
catus ſui anno decimooctauo, menſe ſexto, die ſe-
ptimo, moritur decimoquinto, Kalendas Februa
rij, ſepeliturque honorificentiſſima pompa in ba
ſilica conſtantiniana. Suo autem pontificatu facta Cōmēda
poteſtate ſacrorum ordinum preſbyteros quin- tio pa-
quaginta, diaconos triginta, epiſcopos cētū crea ſchalis.
uit. Romæ præterea eccleſias. xv. conſecrauit: ma
xime vero baſilicam ſancti Adriani in tribus fo-
ris profanatam quorundam factioſorum ſcelere
eccleſiā ſanctæ Mariæ mōticelli in regione Areo
lę. Poſtremo vero reſtituit & conſecrauit baſili-
cam ſanctorum coronatorum eo tempore diru-
ptam quo Robertus guiſcardi Salernitanus prin
ceps eam partē vrbis incendit quæ a laterano ad
capitoliū vergit, vt ī vita gregorij. vij. diximus.

Huius tẽpore fuit ſciſma.xviij.per quen-
dam Benedictum hiſpanum qui fauo-
re imperatoris ſe contra Gelaſium &
Calixtũ.ij.erexit.Et his etiã diebus or-
do tẽplariorũ ſuum ſumpſit exordium
quorũ beatus Bernardus regulã con-
ſcripſit:& prius mãtellis albis vtebant.

GElaſius ſecundus Ioãnes antea vo-
catus patria Caietanus patre Cre-
ſcẽtio nobili genere nat⁹, ĩgenueq;
a teneris annis educatus, & doctus ĩ
mõte Caſſino religiõis fundamẽta
ꝑdidicit ſub Odriſio abbate viro ſctĩſſimo. Hãc
ob rem ab Vrbano ſecundo Romã accitus cogni
ta hominis virtute & fide ſemper in precio eſt ha
bitus. Verum in primis eius fides perſpecta eo tẽ-
pore eſt quo Vrbanus põtifex a germanis: & Gi
berti antipapæ factionẽ ſequentibus in inſula Ly
caoniæ Romę inter duos põtes obſeſſus eſt. Solus
enim vna cum Petro Leone viro illuſtri hominẽ
ſanctiſſimum nunquã deſeruit. Hanc ob rem poſt
ea cum Vrbanus meliore fortuna vteretur, tanti
beneficij memor Gelaſium primo quidem ſecre-
tis ſuis admouet ob fidem & doctrinã: eiq; nego-
cium dedit ob elegãtiã cõpoſitionis ſue vt roma-
nę curiæ ſtilum negligentia & ignorantia maio
rum labefactum in meliorem formã & ornatum
redigeret. Poſtea vero cognita hominis amplitu
dine eundem referre ĩ cœtum Cardinalium inſti
tuerat: eaq; de re ſępius ĩ ſenatu locutus fuerat aſ-
ſentientibus omnibus. Verũ mortuo non ita mul
to poſt Vrbano paſchalis meritorum tãti viri nõ
immemor ſtatim eũ diaconũ cardinalẽ decernit.



Mortuo deĩde Paſchali cum de creãdo nouo pon
tifice ratio haberetur ob eãq; rem cardinales oẽs
in monaſterio ad Palladiũ paululum infra ædes
Leõis & Cincij Fregepanis cõgregati eſſent vno
oĩm cõſenſu Ioannes Caietanus Gelaſius põtifex
creatur. Verum Cincius Fregepanis ita ob hanc
electionem percitus q̃ vnum ex ſuis cardĩalibus
collegio ꝓpoſuerat quem põtificem eligerent in
monaſterium Palladij cũ armatis ſatellitibus ir-
rumpens refractis foribus obuiũ quemq; percu-
tit, põtificem obtorto collo in terrã deiectũ calci
bus cõterit: In vinculaq; cõijcit. Cardinales autẽ
fugã petentes ex mulis & equis deijci nullumq;
genus cotumeliæ ꝑtermittit quo affici tãtus ſena
tus poſſet. Non tulit autem tantã iniuriã po. Ro.
Ad ædes Cĩcij Fregepanis armatus cõcurrit eiq;
ac familiæ interitum minatur niſi propere gela-
ſium incolumem reddat. Faciunt mãdata Frege-
panes maxime vero Leo qui põtificis pedes vi-
dentibus omnibus ſæpius exoſculatus veniã ſup
pliciter petebat. Equum itaq; album cõſcendens
põtifex via ſacra ĩ lateranũ ducitur comitãte cle
ro populoq; Ro. ibiq; de more coronatur. Interea
vero Balduinus quẽ ſtatim litteris & nuntijs põ-
tifex adhortatus eſt, vt Barbarorum imperiũ tã-
diu ſuſtineret quoad ĩ Aſiã noua ſupplemẽta mit
terentur Caſtellum in Syria Sobal vocitatum oc
cupat & munit: vt chriſtianis cõtra Barbaros cõ-
tinue dimicantibus receptaculum eſſet. At vero
Boemundo adoleſcẽte mortuo Tãcredus tutor
Antiochię princeps ab oĩbus xp̃ianis declaratur:
quem quidem cõfirmato peius principatu Bal-
duinus Hieroſolymitanus rex ad ſe cum militi-

Scelus in-
auditũ in
pontificẽ.

Reſtitutio
põtificis

bus ſuis vocat dimicaturus cũ hoſtibus Thurcis,
Saracenis, Arabib⁹:qui cũ magno exercitu pro-
uinciã hieroſolymitanã ingreſſi erãt.Eo itaqꝫ ve-
niens Tancredus cognita chriſtianorũ paucitate
fruſtra Balduino diſſuaſit ne collatis ſignis cũ ho
ſte decerneret:ne ve rẽ chriſtianã ĩ ſummũ diſcri-
men adduceret. Nã cũ hoſtibus ipſis pugnãdi co
piã feciſſet ingenti clade ſuperatus ægre cum pau
cis hieroſolymã ſe recepit. Diuerſis præterea tra-
mitibus Tancredus Antiochiã perueniens fuga
ſalutẽ ſibi quęſiuit.Elati autẽ tanta victoria hoſtes
montẽ Thabor conſcendẽtes monaſteriũ eo loci
poſitũ diruũt:monachis ad vnum õnibus interfe
ctis.Nec interĩ quietus ab externo hoſte gelaſius
fuit qui Henrici ĩperatoris furorẽ Italiã vaſtantis
iamiãqꝫ vrbẽ hoſtili animo ĩgreſſuri deuitans ad
ædes Vulcamini potentiſſimi ciuis primo confu-
git:verũ cũ ibi quoqꝫ nequaquã tutus videretur
vna cũ ſuis triremes conſcendens,due em̃ iã ad id
inſtructæ parataeqꝫ erant, Hoſtiã tyberĳ delabi-
tur, inſequentibus germanis militibus & pontifi
cẽ telis ac ſagittis petẽtibus. Cũ hoſtiã vero per-
ueniſſet neqꝫ ingredi mare propter ĩſtantes pro-
cellas liceret terreſtri itinere Ardeã proficiſcitur
Vgone.xĳ. apoſtolorũ Cardinali viro ampliſſi-
mo ſemper eũ comitante.Cadentibus autem flu-
ctibus.Hoſtiã reuerſus Tarracinã primo mox Ca
ietã adnauigat,vbi perbenigne a ciuibus ſuſcipi-
tur. Conuenere eo ſtatim & gulielmus Appuliæ
dux:& Robertus Cãpanus princeps ac richardus
Aquilanus, pollicẽres ſe in eius poteſtate ſemper
futuros, vt veros decet eccleſiæ dei vectigales.
Cum igitur parati exercitum contra ſe Henri-

Deſtru-
ctio mona
ſterĳ mon
tis Tha-
bor.



cus intellexiſſet: Mauritium Bracharenſem archi
epiſcopum antipapã creant:quẽ potiſſimũ gelaſio
obĳceret eũqꝫ:Fregepanũ familię commendauit:
gregorius is appellatus eſt. Non contentus autẽ
tam pernicioſo exemplo Henricus,in Anagninũ
agrum copias ſuas mouens omnia hoſtilẽ in mo-
dum diripit & capit.Turriculum quoque muni-
tiſſimum locũ iam oppugnabat cum ſubito nun-
ciatum eſt gelaſiũ cum proceribus Appuliæ ma-
gnoqꝫ cum exercitu aduentare, quare motis ca-
ſtris Italia cedens:cuncta cędibus & rapinis com-
pleuit.Gelaſius autẽ remiſſis in Appuliam proce
ribus Romam venit arbitratus ob diceſſum Hen
rici omnia deinceps pacata fore. Verum longe
ſecus ꝙ putarat accidit.Nam cũ intellexiſſet anti
papam Fregepanum auxilio fretum Romæ man
ſiſſe:potentiam iſtius familiæ veritus apud ami-
cos quoſdam prius delituit. At vero cum poſtea
in eccleſia ſanctæ Praxedis myſteria celebraret,
inſtantibus hoſtibus cum factione ſua vix ſeſe ab
eorum manibus fuga ſubtraxit. Corſis Norman
nis familĳs egregĳs ac Creſcentio nepote accer-
rime defendentibus.Sequenti vero die a ſuis ar-
mis & cliẽtelis bene munitis in vrbẽ vocatus(nã
ad ſanctum Paulum confugerat)habito cardina-
lium conuentu diſcedere ab vrbe inſtituit,ne cre
ſcente indies magis magiſqꝫ ſeditione magna ali
qua clades oriretur.Relicto itaqꝫ Petro portuenſi
ẽpo qui vices eius quantũ ad rẽ ſacrã pertinebat
Romæ gereret: cõmendataqꝫ Beneuẽtanæ ciuita
tis cura Vgoni cardinali.xĳ. apoſtolorũ : Piſas
primo adnauigat,cũ terreſtre iter nequaq̃ ſibi ac
cardĩalib⁹ quos comites ſocioſqꝫ hẽbat tutũ vide-

Corſi nor
manni.

retur. Exceptus itaq; perbenigne a Piſanis cũ ra-
tionẽ diſceſſus ſui ab vrbe audientibus oĩbus red
didiſſet inde ſolueſ in Galliã ad portã ſancti Ae-
gidiĳ peruenit. Vbi cum ab abbate Cluniacẽſi vi
ro optimo tũ a Monachis, & oĩbus fidelibus qui
eo eius rei gratia vndiq; cõuenerãt magnifice ac
ſplendide ſuſcipitur. Deinde vero per cõtinentẽ
honeſto comitatu magiſquã ſplẽdido (vt nũc fit)
incedens, Intereundum baſilicã ſanctæ Ceciliȩ in
Stagello: eccleſiam ſancti Sylueſtri in Tillario, ec-
cleſiam ſancti Stephani in Tornaco dedicat: lapi-
dibuſq; eccleſiarum terminos notat. Tãdem ve-
ro ad Cluniacenſe monaſterium perueniens pleu
reſi correptus põtificatus ſui ãno primo die quin
to. moritur: vir ſanctiſſimus & õni laude dignus
ſi vitã cõtinentiſſimã, ſi mores, ſi doctrinã inſpi-
cis, quibus ex rebus fit vt facillime credã eũ qui
ita cõſtanter & ſancte in tantis procellis humana-
rum perturbationum vixerit, nunc beatã & ſem
piternã vitã in cœlo ducere. Sepelitur autẽ eius
corpus intra limina Cluniacenſis Cœnobĳ. Sunt
qui ſcribant huius põtificatu inchoatã eſſe tẽpla-
riorũ militũ originẽ qui nõ lõge a ſepulchro dñi
habitãtes pegrinos ſuſcipiebãt, eoſq; p loca ſacra
armati ducebãt ac reducebãt: q̃ eis ſine vllo ma-
leficio inuiſere loca ſancta liceret. Hos vita, fide,
gratia mirum inmodum Cuſentinus cõmendat.

Gelaſĳ mors apud Cluniacum.

## Calixtus II.

CAlixtus. ĳ. Guido antea vocatus: natiõe
Burgundus Viẽnenſis archiepiſcopus,
originem a regibus Franciæ ducens ab
his cardinalibus põtifex creat̃ qui mor
tuo Gelaſio Cluniaci tum aderãt. Verum is non

Iſte fuit filius comitis Burgũdiæ.



prius pontificium habitũ ſibi deſumpſit, q̃ intelle
xit ſe ab his quoq; cardinalibus cõfirmari qui Ro
mȩ & in Italia remanſerãt. Re itaq; literis & nũtĳs
cognita Romam veniẽs populo obuiã prodeũte
ac honorato quoq; vrbem ingreditur, congratu
lantibus omnibus, tũ pontifici, tum ciuitati Roma-
nȩ, q hunc quietis & pacis auctorem futurum cer
nebant. Rebus autẽ ex ſententia Romæ cõpoſitis
Beneuentum pficiſcitur: quo & principes omnes
ſtatim couuenere, ſalutandi, vt mos eſt, pontificis
cauſa: maxime vero Gulielmus Appuliȩ dux, Ior
danus Cãpaniȩ comes, Arnulphus Ariola, Rho-
bertus Lorotelli comes, viri inſignes & ſine con-
tẽtione illius partis Italiȩ facile principes, qui etiã
polliciti ſunt adhibito iureiurando ſe in poteſtate
pontificis ſemper futuros. Calixtus autem qui nil
aliud meditabat̃ q̃ bellum Aſiaticum in quo de
xp̃ianis ægre tot barbaras gentes ſuſtinẽtibus ad
dubitabatur Romã rediens Lambertum hoſtien
ſem ep̃m Saxonem ſancti Stephani in Cœliomõ-
te preſbyterum cardinalem, Gregoriũ ſancti An
geli diaconum legatos ad imperatorem mittit, q
pace ſine vlla contentione cõpoſita ad Vrbẽ re-
deuntes tabellam pacis ad lateranenſem baſilicã
ſuſpendere, qua quidem perlecta tãta repẽte læ-
titia publica exorta eſt, vt paſſim congratulantiũ
cœtus audirentur. Verũ ne diuturnior hȩc lȩtitia
videret̃, effecit Rogerius Siciliȩ comes, qui Cala-
briam & Appuliã abſente Guilielmo comite oc-
cupat. Guilielmus enim Alexĳ impatoris cõſtan
tinopolitani filiam in vxorem ducturus, abiens
Calabriam & Appuliam pontifici cõmendaue-
rat. Hanc ob rẽ Calixtus ab Vrbe diſcedens Be-

Rogerius Calabriã occupat.

neuentum peruenit, indeq; Vgonē cardinalem
ad eum miſit arcem Nicephorim tū̄ in Calabria
obſidentem. Monitus autem Rogerius vt ab ar-
mis diſcederet nequaquā pōtificis edicto obtēpe
rat, immo acrius inſtabat ne Guilielmus conſo-
brinus rediens ei impedimēto foret: quo minus
Appulia & Calabria potiretur. Parabat iā arma
pontifex cum ſubito vna cum magna pte ſenatus
febri correptus redire ad vrbē re infecta cōpelli-
tur. Hanc ob rē Rogerius nemine aduerſante Ap
pulia & Calabria potit. Atq; hoc modo Guiliel-
mus vxore fruſtratus ac prīcipatu deiectus apud
Salernitanum principē vitā degens ſine hæredi-
bus breui moritur, Rogerius itaq; tanto aduerſa
rio ſublato regem Italiæ ſe nuncupat. Calixtus au

Cōcilium Latera-nenſe.

tem recupata valitudine apud Lateranū̄ nonin-
gentorum patrū̄ cōcilium habuit in quo quidem
deliberatum eſt, vt primo quoq; tēpore ſupple-
menta militię iam deficientis chriſtianis in Aſia
bellum gerentibus ſubminiſtrarentur. Qua ſpe
erectus Balduinus hieroſolymitanus rex Gazin
regē Thurcorū̄ minorem Aſiam incolentium cū̄
magno exercitu in ſe mouentē ſuperat & captum
in carcerē cōijcit. Eadē quoq; fortuna vſus Dama
ſci regē hieroſolymas cū̄ exercitu hoſtili aīo petē-
tem fundit, fugatq; duobus milibus hoſtiū̄ cæſis
milleq; captis: Verū̄ ſupueniente cum magnis co
pijs Balaac Parthorum rege cui ſtatim nullis ex-
pectatis auxilijs congredi auſus eſt tanta clade ſu

Balduin⁹ capitur.

peratur Balduinus vt etiam ipſe vna cū̄ proceri
bus multis captus & in vīcula cōiectus ſit: Qua-
re Calixtus pontifex maturandum ratus: ne reli-
qui chriſtiani amiſſo rege opprimerentur, inſtāte



Veramundo hieroſolymitano patriarcha viro
optimo ac doctiſſimo, Venetos ſpe glorię & pmij
cōcitos in hoſtē magna claſſe pmouit, Dn̄ico Mi-
chaele duce milleſimo.c.ac.xxij. ſalutis noſtrę an-
no, qui quidem ad Ioppē claſſe delati quā Saracē-
ni Babylonis terra mariq; obſidebāt: ſupatis bar
baris ingenti clade obſidionē ſoluunt. Itum eſt &
in Tyrum quādiu obſeſſam haud incruēta victo-
ria cepere: pacti tamē prius vt Tyri & Aſcalonis
dimidiū̄ obtinerēt, ſi eorū̄ opa in xp̄ianorū̄ pote-
ſtatem deuenirent. Verū̄ Emanuel gręcorū̄ Impe

Emanuel græcorū̄ impator.

rator Calo ioanni ſuffectus tantam victoriam la-
tinis inuidēs vel latina literatura vtētibus, vene-
tis mandat vt claſſis ſuę præfectum reuocent: qui
certe eorum dicto obtemperans ira incenſus Rho
dum, Chium, vnde corpus beati Theodori mar-
tyris Venetias tranſlatum tum eſt: Samum, Mi-
tylenen, Andron imperatoris inſulas diripuit,
Motonium ſpoliatū̄ incolis muniuit. Tragurium
ex Vngaris captum ditioni Venetę ſubiecit. La-
pidem præterea ſecum in patriam detulit ſuper
quo apud Tyrum chriſtus ſediſſe fertur. At vero
Balduinus, quem diximus ab hoſtibus captum,
precio redemptus hieroſolymas rediens chriſtia-
nam rempublicam iam labentem aliquandiu ſu-
ſtinuit. Hanc ob rem Calixtus aliquid quietis a re
bus externis nactus & cardinales.xij. creat, & ba-
ſilicas multas vetuſtate collapſas reficit. Mœnia
vrbis inſtaurat, aquā in vrbem inducit arces ec-
cleſię munit. Donaria plurima argēti auriq; baſi-
licis diuidit. Fū̄dos plęroſq; coēptos btō petro do
nat. Eccleſiā bti Nicolai in palatio ędificat. Verū̄
ne tāta fœlicitas ſine aliquo incommodo diutius

in terris eſſet, gregorius antipapa Burdinus an-
Scisma. tea vocatus nomē põtificis vſurpare conatus Su-
trij ſe cõtinens auxilio quorundã tyrannorũ fre-
tus, & Romanos incurſionibus vexabat: & pere-
grinos negocij ac religionis cauſa ad vrbem ac-
cedens ſpoliabat. Quare Calixtus cõparatis repēte
copijs p̄miſſoq; cum expeditiſſimo quoque Ioãne
Cremenſi. S. Cryſogoni p̄ſbytero cardinali ſubſe
quens ipſe & ſocij hoſtem vincunt Sutriũ capiunt:
Burdinũ Camelo impoſitum in triũphi ſpēm ro-
mam ducunt, quem põtifex vita donatũ Cauēſi
monaſterio incluſit. Calixtus autē de deo deq; ho
minibus benemeritus põtificatus ſui anno quin-
to, menſe decimo. die ſexto. in domino moritur.
Vacat tum ſedes dies. viij.

## Honorius ij.

HOnorius. ij. qui & Lambertus ex agro
Immolenſi oriundus Hoſtienſis Epiſco-
pus, eo tēpore pontifex creat̃, quo Bal-
duinus ab hoſtibus p̄cio redēptus An-
tiochiã hieroſolymitano regno adiũxit, mortuis
his oĩbus ad quos prĩcipatus ille iure deueniebat.
Verum cũ tantus principatus retineri ſine præſi-
de non poſſet eidem pręfecit Raymundũ Guiliel
mi ducis Auſtrię filium, cui ſuperioris Boemun-
di filia nupſerat. Hoc autē modo cõpoſitis rebus
regem Aſcalonitarum ægiptiorum copijs fretũ,
& ob eam rem Hieroſolimitanos infeſtantē vni-
co pręlio repulit. Baldequanũ pręterea Damaſci
regulũ idē molientē, ſed maioribus copijs tribus
Honorij grauiſſimis pręlijs fundit fugatque multis paſſim
commen- more pecorũ cęſis. Ad honoriũ redeo qui etſi ob-
datio. ſcuro loco nat᷒ erat, tñ literatura & moribus tãto



magiſtratu dignus videbatur. Verum non adeo
eius ingreſſus laudatur cũ ambitione quorundã
potiusq; oĩm bonorũ cõſenſu põtificatum inierit.
Mortuo em̃ Calixto cũ de legendo nouo pontifi-
ce ratio haberet̃, Leo Fregepanis oĩbus Cardina
libus interdixit, ne vſq; ad diē tertium pontificē
crearent, quo & maturius deliberare & canones
inſpicere liceret quamuis non ea mente id fecerit
homo acutus & ad fallendum vafer, quã verbis
prę ſe ferebat. ſed vt ei tantiſper diſponere homĩ
num ſuffragia liceret᷒ quibus Lãbertus pontifex
crearetur. Nã populus ipſe Saxonē ſancti Stepha-
ni Cardinalem pontificem percupide nimiũ op-
tabat. Id quoq; ſe cupere Leo fregepanis oſtēde-
bat, quo & populum & patres negligentes & in-
cautos in ſentētiam ſui quauis arte pelliceret. At
vero cũ id velle Leonem Cardinales quidã cer-
nerent, ne ex eius ſententia pontificē legerent, o-
miſſo Saxone. Theobaldũ ſanctę Anaſtaſię preſ-
byterum Cardinalem pontificem deligunt, quē
Celeſtinum appellarunt. Tunc autem Leo nõ am
plius immorandum ratus q̃ iã offenſum hac ele-
ctione populum cernebat. Lãbertum, de quo an-
te diximus, põtificē mgna voce proponit, accla-
mante populo cleroque eã electionem manibus
& nutibus approbante. Tum Leo maturandum
ratus ne ſn̄ię hominũ immutarentur, in ſimijs, lo-
ci nomen eſt, nõ longe ab eccleſia ſancti ſyluestri
hominē põtificali habitu exornat, qui & ſi primo
artibus quibuſdam rãtum magiſtratum adeptus
eſt, tñ poſtea oĩm cõſenſu pontifex maximus cõ-
ſalutatur. Põtificatũ adeptus Cardinales quoſdã
viros inſignes creauit, quorũ opa poſtea magnis

in rebus vſus eſt. Familiaritate em̄ p̄clarorũ viro
rum mirifice delectatus eſt. Nam pontium quē
dā abbatem Cluniacenſem virũ induſtrium Ro
mę retenuit. Ingeniũ quoq; Hildeberti Cenoma
cenſis ep̄i mirifice extulit, quē deinceps Turonen
ſem archiep̄m creauit, ꝙ plurimum heroico ele
giacove carmine valeret. Huius quoque tēpora

Hugo de ſancto Victore.

clariora fecit Hugo de ſancto Victore ſi cogno
mentum inſpicis ſi patriā pariſienſis doctor inſi
gnis. Hic enim dicendo tum ſcribendo ingeniȷ̃ ſui
pręclara monimēta reliquit. Extat eius liber de ſa
cracramentis, liber ſententiarũ, liber in dialogo
qui Didaſcalus appellatur, liber de cura animæ.
Liber de artibus & doctrinis. Hos autē omnes tā
ta beniuolentia Honorius pontifex amplexus eſt
vt nullum genus officiȷ̃ p̄termiſerit quo eos ad
honeſtiorem dignitatis gradum euehi poſſe exi
ſtimaret. Vnũ tamen ſuis tēporibus accidit quod

arnulph9 p̄dicator necat̄ propt̄ veritatem.

nequaquā probandũ eſt. Arnulphus em̄ chriſtia
nę religionis prædicator egregius clericorũ inſi
diȷs Romę necatur, ꝙ acerbe nimium in eorũ la
ſciuiam & libidinem inueheretur, ꝙq; eorum pō
pam & in comparandis diuitiȷs nimium ſtudium
improbaret, paupertatē chriſti & integerrimā vi
tā ad imitationem omnibus pręponens. Hũc mul
ti ex nobilitate romana tanq; verũ chriſti diſcipu
lum & prophetā ſequebantur, hunc laudibus ad
cœlũ tollebāt, hinc odium hinc irę in p̄niciē bene
ſentientis vſque ad necem excitatę. Fuerit ne hic
ſanctiſſimus vir preſbyter, an monachus, an here
mita haud ſatis cōſtat. Sunt qui ſcribāt Honorio
ipſi id ad modum diſplicuiſſe non tamen tanti fa
cinoris auctores vnq; inuentos. At vero cũ in pō



tificatu recte gubernato quinquennio ac menſi
bus duobus vixiſſet collachrimantibus omnibus
moritur: & in baſilica lateranenſi nullo nō gene
re honoris adhibito ſepelitur. Vacat tũ ſedes die
diebus octo. Neſcio ego quid ſibi velit marmor
illud ſuo nomine inſcriptum quod ante ædes bea
tæ Praxedis adhuc extat.

Innocentius II.

Sciſma. xix. ortum fuit huius diebus inter
eum & Petrum Leonis propter diſcor
diam eligentium. Et ordo ſancti Ioannis
hieroſolymitani inchoatur a venerabili
Raymundo.

INnocentius. ȷ̃. patria Romanus
ex trāſtyberina regione p̄re Ioā
ne pōtifex creatus in rogeriũ Ro
geriȷ̃ comitis Siciliæ filiũ hæredē
nũcupatũ, ꝙ mortuo Gulielmo
Appulię duce oīq; Roberti Gui
ſcardi familia in eo deficiente dominatũ Appu
liæ ocupare nitebatur ſtatim mouet, nam is ad
ſanctum Germanum caſtra habebat, quem cer
te primo impetu repulit, tantum valuit Roma
ni exercitus fortitudo & virtus, oppidoque ip
ſo capto tyrannum in Galucio aliquandiu acriter
obſedit. At vero Gulielmus Calabriæ dux cum
magnis copiȷs adueniens & patrem vnico prælio
fœliciter habito obſidione liberat, & pontificem
cum his Cardinalibus capit, qui in exercitu ro
manorum erant, hos autem omnes non ita mul
to poſt Rogerius miraq; modeſtia vſus vna cũ pōti
fice liberos facit. Quā ob rem deinceps quod vo
luit facile a pontifice obtinuit, præter regni titu

lum, quem maximis pręmijs & pollicitationibus
impetrare cōtendebat. Interim vero Petrus Ro-
manus ciuis petri Leonis potentiſſimi hoīs filius
Romę antipapa creatur, quorundā facinoroſorū
ſeditionibus, Anacletuſq; appellat̄, q̄ ſpoliatis ro
manę Vrbis tēplis: ſpoliatis eccleſiarum theſauris
vi irrūpens, maxime vero in baſilicā Petri vnde
crucifixū aureum & coronas pendentes ſubſtulit
tm̄ pecuniarū cōflauit, vt ꝑfacile largitiōibus ſe-
ditioſum quēq; Romę in ſententiā ſui ipſius alli-
ceret. Innocentius autē ad vrbē rediens vbi ſedi-
tionibus plena omnio cerneret, ſpectareq; rem ip
ſam ad cędem multorum videret ſponte cedens
primo quidē Piſas adnauigat, deinde Genuā po
ſtremo in Frāciā peruenit. Interim vero Anacle-
tus ātipapa tanto aduerſario ſubmoto, & animos
ciuium cum innocentio ſentientium quo ad fieri
poteſt ſibi largitionibus cōciliat & rogerium in
partes ſuas facile deſcendentem quo magis ei ob-
noxius eſſet vtriuſq; Sicilię regem creat. Innocen
tius autē celebrato apud clarū montē concilio in
quo Petrū antipapā cum ſectatoribus damnauit
aurelianū ſe cōtulit, viſoque rege Philippo a quo
perbenigne eſt habitus Carnotum in Belgas pe-
tijt vbi hēricū Anglię regē in itinere obuiā factū
multis rationibus ad expeditionem in Saracenos
adhortatus eſt. In Lothoringiam inde flectens,
Lotarium Lœdij repertum a Germanis tum re-
gem creatum, de ſe reſtituendo multa pollicen-
tem ſacramēto adigit expeditionem parare, qua
quidem tutus etiam ad Vrbem reduceretur.
Remis deinde in Belgis altera Synodo habita in
Italiam redijt, celebratoq; concilio apud Placen-

Innocētiꝰ Franciam petit.



tiam Piſas ſe cōtulit: quā ciuitatē iam pridē cum
Genuenſi populo diſſidentē in gratiā tandem re
degit. genuēſem quoq; epm̄ qui Mediolanēſi ſub
erat archiepiſcopum creat: tribus Corſicæ epiſco
pis illi cum Bobienſi parere iuſſis: Piſanis quoq;
archiepiſcopum dedit tribus item alijs Corſicæ
epiſcopis cum populonienſi eidē ſubiectis. Lotha
rius autem cum magno exercitu in italiā veniēs
admonito pontifice quid fieri oporteret partitis
copijs ad vrbē mouet. Nā dū ipſe occupato prius
janiculo Vrbē ingreditur innocentius Anienem
ponte Mammeo traijciēs in lateranū perducitur:
nuſquam apparente antipapa: cuius factionē Lo-
tharius mira fœlicitate ad ſaīcatē redegit: cauitq;
quantum in eo fuit ne deinceps vexari ab aduer-
ſarijs Innocētius poſſet. Tanto itaq; beneficio de-
uinctus innocentius mortuo Henrico Lotharium
imperatorem Romanum creatum imperij coro-
na exornat: quo ſtatim in germaniā abeunte ad
cōpeſcendos Leuticorum motus: dū pōtifex con
ciliū piſis ꝓ repub. xp̄iana proque tuenda fide de
more habet: rurſum antipapa quem in eodē con-
cilio dānauit factioſis quibuſdā & Rogerio adiu
uantibus in pontificē ſurgit. Quare & Lotharius
imperator iterum cum exercitu ſuperatis Leuti-
cis italiā repetit: & piſani claſſem potentiſſimam ī
auxilium pōtificis educūt: quibus copijs & Romę
ſeditionem oppreſſere: & Rogeriū terra marique
oppugnatū amiſſis rebus omnibus italia in Siciliā
breui pepulere. Audita tāta victoria Ioānes con-
ſtantinopolitanus imperator qui rogerio aduer-
ſabatur legatos ſtatim ad Lothariū mittit de ſu-
perato hoſte cōgratulatum: quorum de numero

Genua archiepātū obtinet.

Lothariꝰ.

quidam philoſophus erat qui diſputationibus o-
ſtendere nitebatur latinam eccleſiam ad modum
errare ꝙ cõtra ſentẽtiam Niceni cõcilij: vt ipſe di
cebat, quo declaratum eſt ſpiritum ſanctum a pa
tre procedere: Latini a filio quoqꝫ id fieri addidiſ
ſent. Tum petrus diaconus homo doctus & argu
tus qui tum in corona aderat diſputãdi gratia Si,
inquit, latini damnãdi ſunt: ꝙ addiderĩt ſpiritum
ſanctum a filio quoque procedere damnãdi mul
tomagis gręci videntur qui id fieri a ſolo patre ad
diderint: cum ipſum cõcilium a patre dixerit. De
luſus homo audax tam acuto reſpõſo ſuſtitit am-
plius hac de re diſceptare. At vero põtifex ne ab
eunte imperatore Rogerius iterum Appuliã re-
peteret, Rameonẽ Lotharij imperatoris comitem
cum aliquot cohortibus ad pulſandã iniuriã reli-
ctum ducẽ Appulię creat. Mortuo deĩde antipa-
pa occulteque a ſuis ſepulto cum etiã eius Cardi-
nales ĩ fidẽ Romani põtificis deueniſſent quietu-
ra iam reſpub. chriſtiana videbatur: cum ſubito
romani quidã ſeditiõibus potẽtiam quærẽtes ſe-
natores creauere, qui rempub. romanã ditionẽqꝫ
ad ſe pertinẽtem gubernarent. His autẽ dum pon
tifex reſtitit habito apud lateranũ cõcilio: quo ĩ-
ſtituit ne quis laicus manum violẽtam clerico in-
ijceret, põtificatus ſui anno. xiiij. men. vij. die. viij.
moritur: milleſimo. c. xliij. Salutis noſtræ ãno. quo
tẽpore magno in precio ſunt habiti & Gilibertus
e britannia oriundus vir tãtæ doctrinæ vt ob va
rietatem diſciplinarum vniuerſalis appellaretur:
& Ambercus Remẽſis archiepiſcopus Gililberto
pręceptore nequaquam eruditione & doctrina ĩ-
ferior: huius quoque põtificis illud opus eſt quod



adhuc cernimus in fornice ſanctæ Marię tranſty-
berinæ e muſico.

## Celeſtinus II.

CEleſtinus. ij. Guido ãtea vocatus ſan
cti Marci preſbyter Cardĩalis natiõe
Tuſcus e caſtro fœlicitatis quod nõ-
nulli ciuitatem caſtelli eſſe affirmãt
Typhernũ ab antiquis appellatum:
pontifex in demortui Innocentij locum omnium
conſenſu creatur: eo maxime tempore quo ĩ Aſia
Balduino rege vita functo Andegauẽſiũ comes
Fulco Balduini gener tertio loco, ſi ordinem ſuc Fulco.
ceſſionis ĩſpicis, regnum hieroſolymitanum acce
pit: quod duorum etiam filiorum virtute fretus
aliquandiu accerrime tutatus eſt. Nã cum Thur-
ciſinum perſicum incolentes in agrũ Antioche-
num incurſiones feciſſent: eos non ſolũ fudit rex
Fulco: verum etiam ex his ad tria millia interfe-
cit totidemqꝫ cepit. Hac autem clade excitus A-
laph genere thurcus Babylonum auxilijs fretus
Edeſſam Meſopotamiæ ciuitatem Arach ab He-
bræis vocatã inuaſit quã antea diximus Baldui-
num a fratre Gotifredo precibus obtinuiſſe. Ca-
pta eſt autem vrbs & a Barbaris crudeliter di- Nephas
repta occiſis omnibus chriſti fidem abnegare re- ſup altare
cuſantibus: ſtupratis etiam nobiliſſimis matronis B. Ioãnis.
ſuper altari ſancti Ioãnis baptiſtę quod ſciebant a
noſtris pie ac ſancte cultũ fuiſſe. Sed neſcio quo fa
to dum paratur copiæ Fulco in venatiõe leporẽ
cõcitate nimiũ & ĩ caute inſequẽs caſu equi mo-
ritur: cui filius Balduinus eiuſdẽ nominis tertius
in regno ſucceſſit. Celeſtinus autem pontificatus
ſui mẽſe quinto moritur: ſepeliturqꝫ in lateraren-

ſi baſilica, vna tantum re fœlix ob breuitatē temporis, vt arbitror, ꝙ nullis ſeditionibus toto ſuo pontificatu vexatus fuit.

## Lucius II.

LVcius.ij. patria Bononienſis patre Alberto eo tēpore pōtificatum iniit: quo Edeſſæ vrbis euerſio nūciata eſt. Ea em̄ ciuitas Edeſſa eſt ad quā Tobiā miſiſſe filium Gabelo ſacræ literæ teſtatur: quāq; Thadæus apoſtolus ad fidem xp̄i conuertit: & in qua beati Thomę oſſibus ornata Abagarus regnum obtinuit, qui datis ad ieſum literis ſcripta manu dei reſponſa accipere meruit. Hac vero clade audita bernardus Claraualleſis vir & ſanctitate & doctrīa vt dixi inſignis patrociniū religiōis xp̄ianę aſſumens principes oēs xp̄ianos, tum literis tū nuntiis adhortatus eſt vt crucē in ſaracenos chriſti vexillū ſumerēt. Hāc ob rē Cōrardus Sueuus qui Lothario in regnum romani nominis ſucceſſerat in militiā nomen dedit. Dum hæc autē pro fide xp̄i in Gallia & Germania pararentur Rogerius pontificum negligētia in italiā reuerſus quæ amiſerat breui recuperauit nullo repugnāte qua ex re copiis deīceps & animis auctus claſſe in Africam traiiciens adeo regem Tuneſii vexauit, vt hominē data pace perſoluere tributum quotānis coegerit: quod certe ad.xxx, annos cōtinuo exegit. Conradus vero magno cruce ſignatorū comparato exercitu cōſtātinopolim perueniēs a Emanuele ſecundo Grecorū imperatore precibus cōpellitur nullo cōparato comeatu Iconium ſtatim ducere: ſe enim præſtaturum omnia quæ exercitui neceſſaria erant Emanuel pollicebat. Obſeſſa

Edeſſam
Thadęus ad fidem cōuertit.
Abagar⁹.

Hortatio Bernardi ī thurcas.



eſt vrbs natura & artificio munita aliquādiu atq; acriter. Verū cum ſceleſtus īperator græco vſus ingenio gypſum farinę miſcuiſſet: ex eaq; rē panis fieret quo exercitus xp̄ianorū aleret: tot ſtatī milites piere vt re infecta relicta obſidiōe ī Thraciā ſecedere oportuerit. Hoc tamen emolumentī illa expeditio præſtitit: ꝙ Balduinus.iiij. hieroſolymitanus rex animo auctus aſcaloniā diu obſeſſam tandē vi cepit: cum pauloante Gazā vrbem antiquiſſimā penitus ab hoſte derelictā ædificaſſet. Auſus quinetiā idem balduinus thurcorum ſatrapas hiericonitinos infeſtātes propulſare quorum de numero vnico ꝑlio ad quinq; milia interfecta referuntur. Noradinū quoque Damaſcenæ militiæ principē hieroſolymitanum agrum vexantem tanta clade ſuperauit & perſecutus eſt: vt ęgre xp̄iani retenti ſint quo minus vna cum hoſte Damaſci mœnia ingrederentur. Ad Lucium pontificem redeo, qui interim nil pretermittebat quod ad tantā expeditionē tanq; neceſſariam ptineret. Credo ego hominē ipſum miro amore exercitatum, retinendæ hieruſalē, ꝙ tituli ſanctę crucis in hieruſalē preſbyter Cardinalis pontifex creatus, quā quidē baſilicā totā ferme reſtituit. Eius preterea conſenſu in Gallia Synodus ep̄orū quorundā & abbatum facta eſt cōtra Baliardum philoſophum peripateticum virum multę doctrinæ nō bene in quibuſdā cum fide noſtra ſentientem: qui pn̄te etiā Lodouico rege ratiōibus victus nō modo ſententiā mutauit: verū etiam monaſticam vitam & religionem induit: ac deīceps vna cum quibuſdam diſcipulis in loco deſerto ſanctiſſime vixit. Lucius autem pontificatus ſui mēſe vnde-

Gipſus farinę crude liſ miſcet.

Gaza īcolitur.

Baliard⁹ philoſoph⁹ ī fide errat.

cimo.die quarto,moritur:ac in baſilica laterãẽ-
ſi ſepelitur.

## Eugenius III.

EVgenius.iij. Piſis oriundus ſancti Ana
ſtaſij abbas in monachũ antea a Bernar
do viro ſctiſſimo electus ĩ eccleſia ſan-
cti Cæſarij pontifex creatur. Nam cum
haud ſatis inter cardiales cõſtaret quẽ potiſſimũ
e numero ſuo deligerent diuino nutu perciti vi-
rum ſanctiſſimum Eugeniũ deligũt: qui vbi Ro-
manos inſtare minis etiã cognouit quo ſui confir
marentur ſenatores ad Farfenſe monaſteriũ no-
ctu in Sabinos abijt comitante Cardinaliũ cœtu:
ibiq; conſecrationis munus ſuſcepit. Verum cum
poſtea romanorum non minas tantummodo,ſed
etiã facta contẽneret:Senatores ipſos eo perpulit
vt petita pace magiſtratu ſe abdicarent. Romam
itaq; rediens vbi intelligit Romanos nequaquã
bono animo ſed fraude in gratiã ſecũ rediſſe in-

*Eugenius in Frãciã pergit.*

ſidias veritus Tibur dilabitur:fugientem roma-
ni telis & ſagittis inſequuntur. Poſtea vero Piſas
profectus nauigio in Franciã contendit,regemq;
Lodouicum cruce ſignatũ in Thurcos & Sarace-
nos aĩmat:quẽ conſtãtinopolim cũ exercitu pro-
fectũ nõ ſecus Emanuel fraude circũuenit q̃ olim
Conradum Sueuũ:perſuaſum enim iniquo tem-
pore ducere copias p̱ deſerta Syrię:eo neceſſitatis
eum cõpulit: vt lacerum exercitum difficultate
& inopia rerum Antiochiã re infecta ducere coa
ctus ſit.Hanc ob rẽ Rogerius Sicilię rex Emanueli
infenſus claſſe in Græciã delatus Corcyrã inſulã
corinthum thebas & Euboiã de ĩperio Emanuelis
occupat:duxiſſetq; eodẽ animo cõſtantinopolim



ni veneti inſtructa in adriatico.lx. triremiũ claſſe
quominus id faceret ꝓhibuiſſent.Flexit itaq; ro-
gerius ad littora Aſiæ deo volẽte. Nã tum forte
Saracena claſſis Lodouicũ regẽ Frãcię circũuene
rat qui nõ lõge a portu ſctĩ Simeõis ſoluẽs Pale-
ſtinã petiturus erat.Rogerius itaq; barbaros ĩ an-

*Rogerius Barbaros oppugnat.*

guſto nactus oppugnat & vicit,xp̃ianũq; regem
cum exercitu ab ĩteritu liberat. Interim vero claſ
ſis Veneta quę Emanueli admodũ fauebat ea lo-
ca recipit. quæ Rogerius occupauerat ĩmunitaq;
ac ſine vllo pręſidio reliquerat. Rogerius autem
dimiſſo apud Ioppen Lodouico conſtantinopo-
lim delatus: ſuburbia vidente Emanuele incidẽs
eo vſq; victoria delatus eſt vt & ædes imperato-
ris aliquandiu oppugnauerit, & poma ex ortis
eiuſdem manu legerit: Verum cum poſtea inde ĩ
Siciliam incompoſita claſſe abiret ĩ Venetos in-
cidens inſtructos & ad dimicandũ paratos ex ſuis
triremibus.xx.amiſit,ægreque fuga ſibi ſalutem
queſiuit.Interim vero Conradus, Lodouicus, &
Balduinus iunctis copijs animiſq; Damaſcũ ma-

*Damaſcus obſidetur fundata a ſeruis Abraham.*

gnis conatibus obſident: quã vrbem ſeruos A-
brahę fundaſſe conſtat:loco campeſtri naturaque
arido ſed artificio vbere atq; fœcundo. Ager em̃
effoſſis cuniculis:ductiſque fiſtulis vnde irrigari
poteſt miram vbertatem pre ſe fert. Paruus am-
nis in regione vnicus non lõge ab vrbis mœnibus
præterlabẽs lingulã quandã facit ĩ qua noſtri ca-
ſtra poſuerant:vnde facile cohibere ab aquatio-
ne oppidanos poterãt: verũ Aſſirio quodã per-
ſuadente:cui maxime Balduinus in rebus arduis
credebat caſtra ad alterã vrbis partẽ transferũ-
tur:q̃ diceret facilius irrumpi hoſtium mœnia eo

loci poſſe vt pote min⁹ munita. Moris itaq̧ caſtris
Damaſceni repēte ſtatiua noſtrorum occupāt ac
muniunt: noſtroſq̧ ab aquatione & comeatu pro-
hibent. Quare cum ſiti fameq̧ laboraretur: tan-
dem non ſine contumelia obſidionē ſoluunt: hie-
roſolymam Balduinus: in Europam Lodouicus
& Conradus cōminutis varijs caſibus exercitib⁹
reuertuntur. Milleſimo.c.lij. ſalutis anno. Vene-
rat tum Romā Eugenius excitis ad expeditionē
xp̄ianis qui egregio apparatu & magna ciuium
charitate ſuſceptus eſt. Tarracina autē Setia Nor
bano ac Fumonis arce receptis: quę loca hoſtes ac
tyranni circūquaque poſiti occupauerāt. Tybur
recreandi animi gratia cōceſſit, vbi non ita mul
to poſt pontificatus ſui anno.viij.men.iiij.die.xx.
moritur: cuius corpus Romam delatū magna vt
decebat pompa in baſilica Petri ſepelit. Eius autē
iuſſu & impenſa extructa eſt porticus vel reſtitu-
ta potius ſanctæ Mariæ ad pręſepe quemadmodū
ex inſcriptione apparet.

Anaſtaſius IIII.

Huius tēpore Gratianus decretū cōpila-
uit. Petrus Longobardus librū ſenten-
tiarum edidit. Et petrus comeſtor Scho-
laſticam hiſtoriam edidit.

ANaſtaſius. iiij. patria Romanus
patre B̄ndicto abbas antea ſan
cti Ruffi Veliternæ dioceſis ex
Cardinali pontifex creat̄ eo po
tiſſimum tempore quo Alphō-  Ferdinandus.
ſus hiſpanię rex ab expeditione
hieroſolimitana rediens moritur: in eiuſque lo-
cū ſufficitur Sāctius filius cui paulo poſt mortuo



pro chriſti fide in Arabia bellum gerenti Ferdi-
nādus frater in regno ſuccedit. Anaſtaſius autem
pōtificatum adeptus & calicē pulcherrimi operis
magnęq̧ ęſtimationis Lateranenſi baſilicę cōdo-
nauit, & ędes egregias apud Pantheon quod ſan-
ctam Mariam rotundam vocant breui ędificauit:
plura quoque mente deſtinauerat tum ad di-
gnitatem eccleſiæ: tum ad ornatum vrbis Romæ
ꝑtinentia ſi ei aliquandiu viuere licuiſſet. Fecit ta
men cū ſpes ex eo cōcepta tum Ricardi de ſancto  Ricardus
Victore doctrina ne eius tēpora ignobilia vide-  de ſancto
rentur. Ricardus enim doctor inſignis multa &  Victore.
grauiter & copioſe tum ſcripſit, pręcipue vero li
brum de trinitate. Habuit & ſermones ad popu-
lum non minus docte q̄ eleganter. Laboratū hoc
etiā tēpore in tota ferme Europa fame eſt: Ana-
ſtaſio pontifice & clam & aperte pauperibus ipſis e-
leemoſynas prębente, qui pontificatus ſui anno.i.
men.iiij.die.iiij.&.xx.moritur, ſepeliturque in la-
teranenſi baſilica conca porphyretica.

Adrianus iiij.

ADrianus.iiij.natiōe anglicus Al
banus epiſcopus & cardinalis ab
Eugenio creatur: q, in nouergiā
miſſus pędicādo & bene monē
do ꝓuinciam illā ad chriſti fidē
redegerat. Mortuo deinde Ana
ſtaſio pontifex creatus, tētatuſq̧ a romanis tū p̄-
cibus tum minis, vt cōſulibus liberam vrbis ad-
miniſtrationem relinqueret, id ſe facturum con-
ſtantiſſime renuit. Inſtabat romanus clerus vt in  Magnani
lateranum proficiſceretur faciendę conſecratio-  mitas pō-
nis cauſa, quod etiam facere recuſauit, niſi prius  tificis

Arnoldus Brixianus hereticus ab Eugenio antea damnatus ex vrbe pelleretur. Hoc autẽ ęgreferẽs populus Cardinalem ſanctę Pudentianæ ad põtificem via ſacra proficiſcentẽ vno atq; altero vulnere afficiunt. hanc ob rem iratus pontifex eos acerba etiã execratione perſecutus eſt, quoad mutata ſententia, & arnoldũ ab vrbe pepulere & cõſules abdicare ſe magiſtratu coegere, relicta pontifici adminiſtrãdę Vrbis libera facultate. Interĩ vero Gulielmus Siciliæ rex, qui mortuo Rogerio ſucceſſerat Beneuentana ſuburbia Capanũ Baucumq; in Hernicis de eccleſia occupat, ob quã rẽ indignatus pontifex regẽ graui anathemate notat, eiuſq; ditioni ſubiectos omni ſacramento liberat: quo facilius a rege deficerent nullo iureiurando aſtricti. Federicus autẽ primus hoc tẽpore ex gente Sueua imperator creatus Ciſalpinã galliã cũ exercitu ingreſſus cũ Dertonã haud ſatis imperio obtẽperantẽ aliquãdiu obſeſſam vi tandẽ cepiſſet, magnaq; celeritate Romã verſus iter ſtatim fecit. pontifex autẽ Viterbiũ agẽs cõfirmaturus in fide eccleſiaſtica ciuitates circũquaq; poſitas Oruetũ & ciuitatẽ Caſtellanã adiit. verũ cum poſtremo ſe imparem tanto exercitui cerneret, pace per internuntios cõpoſita in agro Sutrino imperatori fit obuiam, qui ex equo deſcendens eum vt verum xpi Vicarium ſalutat. Cũ vero ad vrbem veniſſent, & põtifex in baſilica Petri Federicum imperii corona donaret: populus Romanus clauſis tum portis ne quid tumultus excitaretur per Hadriani pontem vi erumpens Teutonicos cũ pontifice pręter eorum voluntatẽ ſentientes paſſim cædit. Excitus quidem tanto tumultu

Seditio.



imperator intromiſſo exercitu qui in pratis Neronianis conſederat, Romanos ex vaticano in vrbem retrudit multis cæſis captiſque; Pontificis tamen precibus imperator lenitus captiuos incolumes dimittit. Verum cum poſtea (vt mos eſt) ituri ſimul ad lateranum pontifex & imperator eſſent, fierique id nequaquam tuto viderent: romanis ad arma ſpectantibus Mallianum ſimul proficiſcuntur: vbi tranſmiſſo flumine per ſabinos & pontem Lucanum ad lateranum peruenientes ſolemnia perſoluere. Dum hæc autem romę agerentur. Tyburtini ad imperatorem venientes ſe ac omnia ei ſponte dedunt. Verũ cum imperator intellexiſſet vrbem illã ad pontificatũ pertinere, eandem Adriano ſtatim reſtituit, neq; ita diu immoratus in Germaniã rediit. At pontifex a proceribus appulię rogatus Beneuentum ſe cõtulit, maiorẽq; regni partẽ ſua tm̃ pñtia Gulielmo abſtulit. Interea vero paleologus vir quidem nobilitate inſignis Emanuelis.ii imperatoris conſtãtinopolitani nuntius & Orator anconam primo nauigio delatus, terra deinde Beneuẽtum petiit, pontificiq; imperatoris nomine ſponte obtulit auri libras. quinque milia fugaturumque ſe ex Italia Gulielmum ſi tres maritimæ in appulia vrbes ei ex fœdere reb⁹ bene geſtis darẽtur. Quod vbi Gulielmus reſciuiſſet, pontificem ad miſericordiã cohortat⁹, pollicet nõ mõ ſe reſtituturum quæ de eccleſia abſtulerat, verũ vltro quædã alia condonaturum romanoſque eccleſiæ rebelles in officio retenturũ, ſi vtriuſque regni titulis tam citra quã vltra pharũ poſiti inſignior fieret. Facere id quidẽ pontifici nequaquã licuit aduerſantibus

paleolog⁹

quidusdā cardinalibus.Hāc ob rē Guilielmus in-
ſtructo exercitu Appuliā hoſtili aīo ingreſſus oīa
ferro ac flāma cōſumpſiſſet,in grecos & Appulos
mouēs, qui apud Brūduſium caſtra poſuerāt eos
facile ſupat. Vn̄ Salētini appuliq; oēs deditionem
ſtatim fecere.Pōtifex aūt cardinalibus infenſus ꝙ
obſtiterāt quo minus pax cōponeret Guilielmū
in gratiā recipit eidemq; vtriuſq; regni titulos a-
ſcripſit adhibito prius ſacro ſe nil deinceps moli-
turū quod eccleſiā romanā offenderet. Rebus au
tē ex ſentētia cōpoſitis pōtifex p Caſſinates, Mar
ſos,Reatinos, Narmēſes, Tudertinos iter faciens
ad oruetū tandē puenit primus pōtificū romano
rū a quo ea vrbs & inhabitata & cultior reddita
eſt.Cū vero inſtātibus romanis ad vrbē rediſſet,
vexaretq; a cōſulibus libertatē romanā reſtitue-
re conātibus Arignamū petijt:vbi non ita multo
poſt moritur pōtificatus ſui anno.iiij.men.x.reli-
cta magno in pcio eccleſię romanę ditione.Nā &
circa lacū ſanctę Chriſtinę multa caſtella muniuit
& Radicophanū quod nūc Senenſes obtinent mu
ro & arce prope inexpugnabile reddidit.Horum
autē temporū hyſtoriā ſcripſit ſatis elegāti ſtilo &
Oratione Ricardus Cluniacēſis monachus quem
alij ſcriptores non parum laudant.Corpus autem
Adriani Romam delatum in baſilica Petri ſepe-
litur non longe a ſepulchro Eugenij pontificis.

Ricardus hiſtorio-graphus.

Alexander iij.

Sciſma eccleſię.xx. huius tempore ortum
fuit inter hūc Alexandrū & quatuor ſciſ
maticos quod durauit.xvij.annis.Et hac
tempeſtate ordo gulielmitarum primā
nactus eſt originem.



Alexander.iij.patria Senenſis patre Ranu
cio mortuo Adriano duorū &.xx.Car-
dinaliū ſuffragijs pontifex creatur.Licet
Octauianū romanū ciuē tituli ſancti Cle
mentis pſbyterū Cardinalē Victorē appellatum
tres tantum ſubrogauerint,vnde ſciſma ortū eſt.
Tum vero Alexāder ne diutius ſeditio illa cum
pernicie eccleſiæ romanæ ꝑtraheretur, Federicū
imperatorē cremonā tum obſidētem per legatos
rogat,vt interpoſita auctoritate imperatoria ſe-
tionem tollat.Reſpondit ille vtrūq; pontificē pa-
piam ire oportere,quo & ipſe ꝓficiſcetur cogno-
ſcendę diſceptationis cauſa.At vero cū Alexan-
der accepto tali reſponſo Anagniā ſe contuliſſet,
Octauianus Signiā occupat.Tum ipator indigna
tus ꝙ dicto ſuo pōtifex nō obtēperaſſet epiſcopos
duos ad Alexandrū mittit qui eū non pōtificem
ſed cardinalem appellatum ad concilium citarēt.
Ii autem ab alexādro cōfutati & reiecti ad Octa-
uianum ſtatim ſe conferunt, cumq; Papiā perdu-
cunt,vt haberent quem alexandro obijcerēt. Ha
bito deinde concilio Federicus Octauianum pon
tificem confirmat:eumq; equo albo inſidentē per
vrbem Ticinēſem ducit & de more adorat. Qua
iniuria alexander permotus pmiſſa admonitione
Octauianum & Federicum anathematis vinculo
colligat,literaſq; mittit ad chriſtianæ reip.princi-
pes & populos, quibus intelligant id a ſe iure ac
merito fieri.Rediens deinde romam Alexander
pontificatus ſui anno ſecūdo, multos aduerſarios
in Vrbe inuenit in ſe cornua palam erigentes,ꝙ
Federici exercitus preter vrbē Veterē & Agna-
gniam omnem eccleſiæ ditionem iam occupaue

Seditio.

**Pōtifex in Franciam pergit.**

rat. Quare Alexander hortāte etiā Philippo Frācorū rege Taracinā ꝓfectus cōſcenſo nauigio ad eā rē mādato Gulielmi Siciliæ regis parato in Frāciā contendit, cōuentuq́ꝫ in claromōte habito anathema in impatorē & Octauianū factū ſtatim enunciat. Dum hæc autem in Europa agerentur, mortuo apud hieroſolymam Balduino.iij. Almericus frater ſtatim regnum accipit, ne ob interregnū in tāta barbarie & perfidia aliquid noui exoriretur. Verum cōpoſitis pro tempore rebus in ęgyptios ducens Drogonē copiarū pręfectū edita ingenti cęde ſtatim ſupat, Alexandriāq́ꝫ obſidet: quam Tiracinus Soldani ſaracenorū regis pręfectus in ſuam poteſtatē fraude redegerat. Alexādrini autē cū nec diutius pati obſidionē poſſent, nec ſubijci xp̄ianorū impio vellent, Almerico ſe hac conditione cōmiſere, vt in Soldani poteſtatē pulſo Tiracino tyrannō redigerētur. Almericus itaq́ꝫ ingenti pecunia recepta Soldano vrbē reſtituit. Verū cū ſecū fraude homo ingratus ageret, nec pactā pecuniā p̄ſtaret, in eum ducens Caras vrbē nūc Cairū appellatā obſidet. Federicus aūt

**Carç alias Cairum. Magorū corpa trāſferuntur.**

tyrannica ptāte vſus direpta Dertona & Mediolanum ſolo æquauit, vnde trāſlata Magorū corpora coloniā, tum crediderim a Rhodulpho Colonienſiū archiep̄o & Cremonenſes magnis incōmodis affecit. Quare Veronēſes, vincentini, Patauini, Veneti communi periculo moti decreuere ne amplius vlla auxilia Federico Ciſalpinam vaſtanti præſtarentur. Federicus itaque ira incenſus Veronam ducens oppugnandæ Vrbis cauſa cum eo perueniſſe aliarum Vrbium auxilia intellexiſſet, retro cedens ac Papiam ſeſe recipiēs



literis & nuntijs Franciæ regem adhortatur, vt tollendi ſciſmatis cauſa Alexandrum ſecum ad cōcilium ducat, quo & ſe vna cum Victore profecturum pollicetur. Apud diuionem locus eſt vbi ſauo fluuius Gallos a Germanis diuidit. Is locus concilij eſt habitus quo Federicus rebus Italię pro tempore compoſitis profectus cum Octauiano eſt, Scotiæ ac Boemiæ regibus magniſque armatorum copijs ſtipatus. Verum cum Alexander ad id ſe profecturum concilium recuſaret quod ipſe non indixiſſet. Turonique id inchoaſſet, Federicus ira ac minarum plenus in Germaniam rediens Octauianum quem paulo poſt ſecuturus erat in Italiam miſit, quo quidē Lucę mortuo Guido Cremēſis in antipapam Octauiano ſubrogatur. At vero romani creatis conſulibus alexandro pontifici amicis eum ſtatim ex Francia reuocāt, qui primo in Siciliam mox Romam nauigio delatus congratulantibus omnibus per benigne ſuſcipitur. Aduentu autē alexandri Ciſalpinę Gallię populi in ſpem libertatis erecti anno ſalutis milleſimo centeſimo. lxv. in Federicum ſæue nimium imperantem arma ſumunt, pręſidiaq́ꝫ eius ex arcibus quibuſdā deijciunt. Verum Federicus cōparato magno exercitu in Italiam veniens pręter ſpem nulli noxius traiecto ratibus pado in agrum Bononienſem deſcendens copias partitur. cohortes eñ quaſdā Lucam miſit, quarum pręſidio tutus antipapa eſſet qui tum Lucę erat, ipſe vero cum reliquo exercitu anconam profectus Vrbē aliquandiu obſidens in ſuā tādē redegit poteſtatē. Interim vero Scotię Ciſalpinæ Galliæ ciuitates Mediolanum reſtituunt ac

**antipapa Cremēſis**

muniunt, Laudenſes Mediolanenſiũ hoſtes in ſo-
cietatem recipiunt, quo facilius Federico reſi-
ſtere poſſent ſi in eos moueret. Verum Federi-
cum maior cura inceſſit. Mortuo enim Gulielmo
Normanno Siciliȩ rege, Emanuel grȩcus impera-
tor legatos ad põtificẽ miſit, qui ei pollicerentur,
& magnas copias in Federicum & vnicam men-
tem omniũ Grȩcorum cum eccleſia Romana cõ-
uenientem, vt orientalis cũ occidentali eadẽ fie-
ret, ſi pateret imperiũ romanũ antea diuiſum in
vnũ corpus redigi. Legatis autẽ quid ſit reſpon-
ſum haud ſatis cõſtat: cum bellum inter romanos,
Tuſculanos atq; albanos ortum pontificẽ impedi-
uerit quo minus certum reſpõſum legatis daret,
Nã cũ Tuſculani albanique pẽdere romanis tri-
buta immoderatius imperata recuſarent, incen-
ſus ira populus ro. reclamante pontifice popula-
riter in Tuſculanos mouent. Tuſculanorũ rẽp. tũ
maxĩe gubernabat aino cões quẽ rogerius ducatu
appuliȩ deiecerat. Is itaq; ĩ re militari peritus ac-
cerſitis Germanis qui apud Nepeſum Sutriumq;
cõcederant tãta romanos clade affecit, vt dein-
ceps vix ſe tueri mœnibus nedũ hoſtẽ foris laceſ-
ſere potuerint. Tum vero Federicus vlſciſcendi
iniurias, vt ipſe dicebat, ab alexãdro acceptas oc-
caſionem nactus Ancona diſcedẽs romã mouet.
Poſitis aũt in pratis Neronianis caſtris irrumperȩ
ſuburbium vaticani conatus a familiaribus Ale-
xandri cõſtantiſſime repellitur. Sequẽti vero die
baſilicã Petri incendiſſet ſi editui furẽtem ac iam
facem intentantem admiſiſſent. Pontifex autem
haud ſatis tuto in laterano conſiſtens, ꝙ iam iam
irrupturos Germanos videbat, In ȩdes Fregepa-



num ad Palladium diuertẽtes cõfugit. Tum ve-
ro Gulielmus Siciliȩ rex magni gulielmi filius au-
dito põtificis diſcrimine magnam vim pecuniæ
& triremes duas paratiſſimas ei miſit. Inſtabat cũ
popu. Ro. Federicus: cui pacem ꝓmittebat: vt de
duobus põtificibus digniorem eligeret: altero eli-
minato & reiecto, quȩ res certe cum tota ad fede-
rici nutum ſpectaret põtifex noctu abiẽs nauiga-
tiõe ſalutẽ ſibi fuga quȩſiuit, Caietã primo mox Fuga pon
Beneuẽtum delatus. Expulit & Federicum ab vr tificis:
be Roma peſtis: qua paſſim veluti pecora & ciues
& milites oppetebãt. Venięti autem ĩ Ciſalpinã
galliam Federico ĩperatori fœderatȩ ciuitates cũ
exercitu obuiã fiũt: quos acriter nimium inſtãtes
detrectato certamĩe ſtudioſe vitãs ĩ germaniã ꝑ-
uenit. Abeũte itaq; Federico Sociæ ciuitates Ale-
xandriã de noĩe Alexãdri põtificis nũcupatã apđ Alexan-
Rouretũ Taro amni adiacẽtem paribus animis dria.
impẽſa cõdunt: in eamq; ex omnibus ciuitatibus
xv. milia hominum ad ĩcolẽdum mittũt. Diuiſis
agris viritim: ꝑtitiſq; in vrbe locis ad ædificãdũ.
Romani autem acceptȩ cladis memores abeunte
Federico albã vi capiũt ac diruunt. Idem etiã in
Tuſculanos feciſſent ni põtifex eos nũc minis nũc
execrationibus a tãto facinore deterruiſſet. Miſit
tũ etiã Emanuel ĩperator cõſtãtinopolitanus ali-
os Oratores, qui maiora pollicebantur ſi potifex
in ſentẽtiã ſuam deſcẽdiſſet: quibus Alexãder ita
reſpõdit ſe nolle id ĩ vnum cõiũgere: quod olim
de induſtria maiores ſui diſiũxiſſent. Moritur in-
terim Guido cremẽſis antipapa ĩ baſilica ſcti Pe-
tri quã magno Federici prȩſidio adhuc obtĩebat: Antipa-
cuius ĩ locũ a ſeditioſis quibuſdã ſufficitur Ioãnes pa alius.

**Aino.**

Sarmienſis abbas ex pãonia vir pridem furto in-
famis: cuiq; Aino comes ſibi timẽs ob cladẽ an-
tea romanis illatã Tuſculanum tradidit mõtem
flaſconẽ ex pacto recepturus. Verum cum Aino
a Flaſconenſibus nõ reciperet: recuſarentq; Tu-
ſculani antipapã recipere Tuſculanũ rediẽs oĩno
excludit. Inde vero ad alexandrum qui tum Ve
rulis erat abiens ius õne ſuũ quod ĩ Tuſculano ha
bebat ei cõdonauit. Vnde Tuſculãi publico etiã
decreto ac cõcilio adhibito põtificẽ recipiũt: quo

**Purgatio regis Angliȩ de natiuitate b. Thomæ.**

in loco Hẽrici angliȩ regis Oratores auditi ſunt
regẽ ſuũ purgantes: ꝙ falſo diceretur ĩ necẽ beati
Thomȩ archiepiſcopi Cãtuarienſis cõiuraſſe. Hãc
ob rẽ põtifex cum nõ facile Oratoribus regis cre-
deret: in angliã duos Cardinales cum magna po
teſtate mittit: qui rem ipſam diligẽter ĩſpicerent:
quib⁹ certe rex omiſſo hybernico bello quo erat
implicitus honoris cauſa apud Normanniã occur
rit: req; diſcuſſa ad hoc ventum eſt, vt Henricus
iuramento adhibito cum nõ ſatis de facto conſta
ret ſeſe purgauerit promiſeritq; ſe pnĩam pro ne-
ce ſanctiſſimi viri acturum cuius & ſi fuiſſet ĩſons
atq; ĩſcius occaſionẽ tñ præſtitiſſe ſit viſus ꝙ vi-
uentẽ ſimultate & odio perſecutus ſit. Additum
prȩterea vt. cc. milites hieroſolymã mitteret: qui
ſuis auſpiciĳs ſuaq; impenſa per annum cõtra ſara
cenos dimicarent: vtq; ipſe triennio cum quanto
poſſet exercitu cõtra barbaros bellũ gereret & li
bertatem eccleſiaſticã in ſuo regno tueretur: ap-
pellationibus ad curiã romanã factis non aduer-
ſaret. His autẽ rebus iureiurãdo cõfirmatis regni
Anglici titulũ in ſe atq; ĩ hæredes ſuos transferri
meruit põtifice annuente. Hinc autẽ obſeruatum



eſt: vt omnes Anglici reges a Romano pontifice
regni iura recognoſcant. Alexander autẽ diu cũ
romanis colluctatus cum diceret ſe vrbem eorũ
pace ingreſſum nil amplius ꝙ̃ rem diuinã cura-
turum omiſſa eis cura rerum ſecularium: cum id
etiam non ĩpetraret Segniã proficiſcitur. Ibi au-
ditis legatis qui ex anglia venerant cognitiſq; b.
Thomæ miraculis eum in numerum ſanctorũ re-
fert. Federicus autẽ in Italiã per mõtẽ Ciniſiũ re-
diens Secuſam dolo captã diruit: Aſtẽſes timore
perculſos ĩ deditionẽ accipit. Alexandriã menſe
iiĳ. graui obſidiõe p̃mens magnum ĩcõmodum
ab erũpentibus accipit: poſtea vero prȩſus lõgitu
dine laborũ in die paſchatis obſidionẽ ſoluẽs Pa-
piam venit. Vbi de pace Italiæ eſt actũ interpoſi
ta põtificis auctoritate, quã Veneti cum ĩperato
re cõſtantinopolitano antea ſentiẽtes libẽter am-
plexi ſunt: ob violatũ a Grȩcis ius gentiũ. Hẽricũ
enim Dandalum ciuem ſuũ legatum ad Emanue
lem miſſum tãdiu cãdentia ænea inſpicere coegе
re quoad oculorum acie amitteret. Interea vero
Almericus hieroſolymitanus rex Cairum obſi-
dẽs quãuis ſpe potiũdȩ vrbis nõ careret, tñ ingẽ-
ti pecunia accepta obſidionem ſoluit ĩ Aſcalonã
mouens: quam paulopoſt re item ĩfecta reliquit:
ꝙ commeatibus ĩdigerent: ꝙq; etiam milites feſſos
diutino & graui labore cerneret. Domũ autẽ re-
diens cum nõ diu ſuperuixiſſet moriens filio bal
duino regnũ reliquit: qui etſi lepra ac quidẽ ve-
hemẽti laborauit regnũ tñ cõſtãtiſſime ac prudẽ-
tiſſime gubernauit. Alexãder aũt põtifex cũ iã pa
cata eſſe oĩa exiſtĩaret alexãdriæ nouȩ vrbi epm
dedit. anno ſalutis milleſimo. c. lxxv. Verũ non

**Angli a papa iura regni recognoſcunt.**

**B. Thomȩ canonizatio.**

**Immanitas ĩ Dandalum.**

ita diu Federicus in Italiã cum magnis exerciti-
bus deſcendens omnia ſtatim ĩfeſta reddidit:Me-
diolanẽſes tamẽ adiuuãtibus ſocijs oĩbus eius co-
pias ita attriuere frequẽtibus prœlijs:vt paulũ ab-
fuerit quin ipſe quoq; ĩperator ſubfoſſo eius equo
interficeretur..Ex papienſibus autẽ & comẽſibus
qui ĩperatori fauebãt multi deſiderati ſunt, ipm̃
vero papiẽſem ep̃m pallij & ferẽdę crucis dignita
te priuauit põtifex quia ĩ partes impatoris decli-
nauerat.tum vero Federici proceres arbitrati id
ei accidiſſe q̄ eccleſiã dei perſequeretur palã mi-
nari ſeĩ patriam redituros omiſſa tam iniqua mi-
litia ni propere cum põtifice ĩ gratiã rediret. Dũ
itaq; pax ĩ Italia tractaretur ĩ locũ Noradini Sa-
raceni regis de mortui ſaladinus vir fortiſſimus
ſufficitur:qui rege ægypti armis capto atq; occi-
Saladius. ſo, ægyptum ſtatĩ ac Syriã ſuo adiecit ĩperio. In
xp̃ianos deĩde mouẽs nequaquã certe tali fortu-
na vſus eſt.nam primo p̃lio apud Aſcalona ſecũ-
do ad Tyberialẽ duce Balduino ſuperatur. Cõ-
paratis deĩde copijs cõtra Emanuelẽ ĩ ciliciã pro-
fectum exercitũ mouet:quẽ ſimulata fuga ĩ angu
ſtas cõualles ꝑtractũ ſupat & capit: ea que cõdi-
tiõe omittit: vt quę ĩ Aſia ceperat ſtatĩ dimitte-
ret.Cõuenerat iã Venetias Alexãder cõponẽdæ
pacis Italiæ cauſa:eo & Federicus accedẽs ĩ veſti-
bulo ſcti Marci põtificis pedes exoſculatur.Simul
deĩde ad altare maius ꝑfecti accepta dataq; ſalu-
te de fœderib⁹ pacis ĩter ſe multũ diuq; collocuti
ſunt quæ poſtea ſequẽti die ex ſentẽtia cõfecta eſt,
Abiẽs deĩde imperator cũ bona pontificis venia
Rauennã primo mox Bertonorũ ſe cõtulit: quod
oppidũ cum retinere ob opportunitatem loci in-



ſtituiſſet rogatu Alexandri eccleſiæ tandem re-
ſtituit. Abiens quoq; Venetijs alexãder cum tri-
remibus. xiij. Gulielmi Siculi &. iiij. Venetorum
ornato ob beneficium acceptum eorum ſummo
magiſtratu inſignibus quibuſdã & muneribus. Is
põtum primo vẽtis delatus atq; ĩde Troiã & bñ-
uẽtum per caſſieñ ſaltũ anagniã ſe cõtulit. Vbi
nõ diu ĩmoratus Tuſculum petẽs:de abrogãdis
cõſulibus agere cum Romanis cœpit anteq̃ pax
cõponeretur:verum quia res ĩ.l. annum ꝑtracta
tolli difficillime videretur:pacti ſunt:vt nõ prius
electi a populo cõſules magiſtratum inirent: q̃ in
verba põtificis iurarẽt,ſe eccesiæ Romanæ fideliſ
ſimos fore,nihilq; vnquã molituros quod digni-
tati põtificiæ obeſſet.Hoc itaq; modo rebus cõpo
ſitis põtifex tertiũ Romã ꝑfectus prodeũte obuiã
gratulatiõis & honoris cauſa honoratiſſimo quo
q; cõſilium ſtatim ĩ laterano celebrat:cũ vt mores
curię iã nimia licẽtia labefactatos cõponeret:tum
vel maxĩe vt decerneretur ſub anathematis pœ-
na:ne quis ferrũ ligna,arma ve ĩ fidelibus & a re-
ligione noſtra alienis ĩportaret.Moriens hoc fere
tp̃e Emanuel cõſtãtinopolitanus inperator Ale-
xium filium hęredẽ imp̃ij reliquit andronico grę
co regia ꝓgenie tutore dato: qui aliquot ãnis im
perium ſapiẽter & ſumma cũ fide adminiſtrauit:
eius quoq; cõſenſu Philippus Frãcię rex agnetem
filiam⁹ adoleſcẽti ĩ matrimonium locat. Balduĩus
itẽ quartus huius nominis hieroſolymitanus quo
rem ſuã ſtabiliorem redderet ſororẽ ſybillã Gu-
lielmo Mõtiſferrati Marchiõi cognomento Lon-
gaſpata viro ĩ re militari pręſtãtiſſimo ĩ vxorem
collocat arbitratus ſi opus eſſet Gulielmũ ipſum

cum alijs xp̄ianis prĩcipibus rei ſuæ laborãti opẽ ſtatim allaturum. Interĩ vero Alexãder poſt lon gos & aſſiduos labores cum iam quieturus a ty- rannicis perturbationibus videretur põtificatus ſui ãno.xxi.die.xix. Romę moritur ſublatis prius e medio quattuor ſciſmaticis põtificibus, quorũ ſeditionibus eccleſia Romana fere ſubuerſa eſt.

Lucius III.

Huius epitaphium ita fuiſſe fertur,
Luca dedit lucem tibi: luci pontificatum
Hoſtia papatum Roma Verona mori
Immo Verona dedit verũ tibi viuere roma
Exilium curas hoſtia luca mori.

LVcius.iij. natiõe Tuſcus Luca vrbe gen te nobili oriũdus: oĩm cõſenſu eo tem- pore põtificatum inijt: quo andronicus gręcus, quem diximus Alexio pupillo tutorẽ datũ, pulſis latinis qui puero fauebant cõ- ſtãtinopolitanum ĩperiũ vſurpauit necato ĩ vn- dis puero dum laxandi animi cauſa ꝓuo nauigio huc illuc temere dilabitur. Prętereã vero ne fa- cinore partã tyrannidem amitteret facinus haud paruũ addidit. nã ꝓceres oẽs quorũ virtutẽ ſuſpe ctã habebat breui interfecit. At vero Guilielmo longaſpata hieroſolymis mortuo Balduinus rex nepoti conſulturus Sibyllã nouo marito collocat Guidoni Luſigniano e Pictauorũ gẽte oriundo: hac tamẽ lege: vt ſe mortuo Guido ꝓ nepote Bal duino quo ad pueritiã ſupgrederetur regnũ gu- bernaret: illudq̧ deinceps nepoti traderet. Age- bãtur hęc oĩa Lucij pontificis auctoritate: quæ ad xp̄ianã rẽ. qui ptinere arbitrabatᷣ: prĩcipes Aſię q̃ maxime ĩter ſe beniuolẽtia & affinitate cõnexos

andronicus alexiũ pupillum necat.



eſſe quo facilius Saracenis & Thurcis ĩ bello reſi- ſterẽt. Is tñ ex vrbe deijcitᷣ dũ fauẽtibus quibuſdã ciuibus romanis abolere cõſulum nomẽ annititᷣ. Fautoribus eius ĩ vrbe dep̄hẽſis effoſſi oculi ſunt. Accepta aũt tam ĩſigni cõtumelia põtifex Vero- nam ꝓfectus cõcilio habito & Romanorũ licẽtiã ac ſuperbiã improbauit: & principes oẽs xp̄ianos adhortatus eſt, vt noſtris ĩ aſia pro fide xp̄i labo- rãtibus ſuccurrerẽtᷣ. Maxĩe vero cũ ſeditiõe prin cipum noſtrorũ hoſtes freti duce ſaladino hiero- ſolimitanũ agrum popularẽtur. Nam pulſo Gui- done Luſigniano ab adminiſtratiõe regni ob ſu- perbiã bertrãdo comite Tripolitano tutore deſi- gnato ad arma ciuilia res ipã ſpectare videbatᷣ nõ deſtitit tñ põtifex & literis & nũtijs eos adhorta- ri: vt poſitis ſimultatib⁹ vna mẽte eodẽq̧ animo tãdiu hoſtibus reſiſterẽt quo ad nouę copię ĩ ſup- plemẽtum militiæ ſubmitterẽtur. Iam em̃ inſtãte eraclio patriarcha hieroſolymitão: q̃ primo Ve- ronã eius rei cauſa ad Lucium venerat deĩde ad Philippũ Frãciæ regẽ acceſſerat milites cruce ſi- gnati ad tantã expeditionẽ mittebantur. Verum Guilielmus Siciliæ rex iniquo tẽpore ĩiurias lati- nis ab andronico cõſtantinopolitano imperato- re illatas vlturus cum armato exercitu ĩ Græciã traijciẽs oĩa perturbauit. nã & Theſſalonicã Ma- cedoniæ vrbẽ vi cepit: & multas Græcię thraciæ que ciuitates: varijs calamitatibus affectas parti cepit: ptim diripuit nuſquã occurrẽte andronico & dijs & ciuibus ſuis ĩfeſto: ꝓpterea ꝙ multos oc ciderat plæroſq̧ exilio dãnauerat. Hac vero ne- ceſſitate ĩpulſi & coacti cõſtãtinopolitãi ciues Iſa- ac quẽdã regia ꝓgenie ortũ e peloponeſſo ad im-

perium vocant:qui andronicū prȩlio ſuperatum
& captū varijs cruciatibus īterfecit. Quo ſubla-
(Androni cus ſupať.)
to lucio pōtifici haud difficile fuiſſet Guilelmum
regē pace cum Iſaac cōpoſita īpellere pollicitatio
nibus & p̄mijs vt ī Aſiā traijceret. Verū dum ob
hāc rem nuntij vltro citroq; mitterētur. Lucius
vir optimus pōtificatus ſui anno.iiij.menſe.ij.die
xviij. Veronæ moritur; ſepeliturq; magna adhi-
bita pōpa ante altare cathedralis baſilicȩ. Hic au
tem pōtifex non īmemor patriȩ ſuȩ eā multis mu
neribus:tum diuīs tū humanis ante mortē orna-
uit. Ab īperatore em̄ Federico quo cū ī pace vi-
xit.obtinuit ne hetruſci alia q̄ moneta Lucēſi vte
rētur queādmodū lōgobardi ſolā papiēſem ad-
mitterēt ſignatā īperatoria nota.nā Ciſalpinos iā
antea pōtifex īperatori cōciliauerat.Scribit Pto-
lomȩus Lucēſis & Petrum comeſtorē qui hiſtoriā
vtriuſq; teſtamēti cōſcripſit & Ioachinum abba-
tem ī Calabria apud monaſterium Floris abco
cōditum ī precio:tum fuiſſe; doctrina & diuinādi
arte:quā ſub ambagibus quibuſdā prȩ ſe ferebat

## Vrbanus III.

VRbanus.iij. patria Mediolanenſis
patre Ioāne e gēte Cribella pon-
tificatum iniēs reuocare ad cōcor
diā xp̄ianos principes primo an-
nixus eſt ne deſidentes a barbaris
opprimerentur. Verum mortuo
Balduino.iiij.lepra laborante nō potuit Tripoli-
tanus comes tutor Balduini.v. deſignatus curā
eius ſuſcipere Sibylla pueri matre Guidoneq; Lu
ſigniano prohibentibus.Nō ſuperuixit diu puer,
octauo em̄ mēſe poſt patrē moriť: cuius mortem



tandiu occultauit mater donec largitionibus ac
blanditijs in ſnīa ſui ipſius deducto patriarcha &
proceribus Guidonē creari regē obtinuit. Tulit
tam quidē rē grauiter & iniquo animo Raymū-
dus tripolitanus comes atq; quo ei facilius vlciſci
iniurias liceret:inducias cum Saladino paciſcitur.
Hoc itaq; modo Tripolis & Tyberiadis & Gali-
lææ principatus a Chriſtianis auulſus eſt. Raymū-
(Raymūdꝰ Iniquitas.)
do enim Comiti tum parebant ob vxorem quā
nup̱ duxerat.Et ne quid Saladino deſſet, occaſio-
nem belli gerendi enixe quærenti Montis regalis
chriſtianus princeps qui vltra iordanem lōge ac
late imperitans annonam & quidē abundantem
hieroſolymis perpetuo ſubminiſtrat inducias te-
mere violauit.Hanc ob rem Saladinus veniſſe tē
pus ratus quod maxime expetebat, cōparato in-
genti peditum atq; equitū exercitu ad ptolomai-
da caſtra ponens cum templarijs in prȩſidio poſi-
tis acerrime dimicat:fuere ſuperiores tēplarij op-
timo tamen quoq; de ſuis occiſo.nam & magiſter
militiȩ & plȩriq; alij conſilio ac manu prompti eo
prælio cecidere. Auxit exercitū Saladinus,& a ca
lamitate animū ſumēs tēplarios magis magiſque
vrget.Hanc ob rem Raymundus haud ſatis Sala
dino credēs tiberiadi vxore relicta quam firmiſſi
mo p̄ſidio munierat Tripolim reuerſus,in gratiā
cū Guidone rediēs barbarorū inducias cōtēpſit.
Quare ſaladinus belli gerendi occaſionē nactus
ptolomaida omiſſa in tyberiadē ſuo iure mouet.
Inſtātibus itaq; xp̄ianis oībus maxime vero tēpla
rijs vt exercitus in hoſtē duceret. Guido rex in Sa
ladinū mouēs, qui loco irriguo & amœno caſtra
poſuerat,repulſus ab hoſte haud longe caſtrame-

Captiuitas xp̄ianorum.

tatus loco iniquo & arido ſequēti die ad pugnam cōpellitur, ac magna clade ſuperatur laborantibus ſiti chriſtianis. In tam vero ſiniſtra pugna capti fere omnes principes ſunt maxime autē Guido rex & templariorum magiſter, quorū de numero multi ſecuri percuſſi ſunt. Hac itaq; victoria potitus Saladinus aconem propere duxit quā ſtatim xp̄iani dedidere, cū ſingulis veſtimentis abire p̄miſſi. Eadē quoq; fortuna vſus beritū bibliū ac maritima omnia occupat, ſoli Aſcalonitę munitionibus fiſi reſponderunt, ſe non niſi poſt captā hieroſolymam deditionē facturos. Multum certe Saladini hūanitas & fides chriſtianis obfuit. Nemo enim (adeo ſe ęqualem omibus præbebat) ius imperium aſpernabatur. Is itaq; Aſcalonem mouēs decem dierum oppugnatione eam his conditionibus in deditionē accepit, vt reddito Guidone rege & tēpli magiſtro, quos in vinculis habebat ciuitatem dedentibus incolis acciperet. Vt hæc autem deditio quam primum fieret, Saladinus properabat, quod iam Tyrum perueniſſe Conradum intellexerat Montiſſerrati marchionem cum claſſe ab iſaac imperatore cōſtantinopolitano accepta, cuius ſororem nuper in vxorē duxerat, eoq; peruenturū breui ſuſpicabatur Gulielmū ſicilię regē cū triremibus. xl. At vero Thurci cū intellexiſſent tāta cum gloria xp̄ianos a Saladino ſuperatos ęmulatione gloriæ moti Laodiceam profecti vrbe recepta in antiochenum agrum deſcenderunt, quo in loco a chriſtianus tanta clade ſuperati ſunt quantam ſaladinis chriſtianis intulerat. Oppugnabat tū ſaladinus Vrbem hieroſolymitanam, & quidem acriter, quam tandem ij qu



in præſidio erāt deſperatis ſuppetijs hac conditione dedidere octauo & octuageſimo anno poſt ea quam a Gothifredo capta fuerat, vt tantum abeūti cuiq; fere liceret quantum ſuis tantūmodo humeris ſuſtinere poſſet. Migrātium chriſtianorum pars Tyrum, pars Antiochiam, pars Alexādriā delata eſt. Inde vero multi deinceps ſicula claſſe in italiam delati ſunt. Saladinus autē hieroſolymā ingreſſus Cāpanas primo e turribus deiecit, mox Baſilicas omnes præter Solomonis templum p̄phanauit, quod priuſquam ingrederetur aqua roſacea lauiſſe ferunt. Manſere hieroſolymis Chriſtiani Aſiatici Syriani Armenij Iacobitę Geordiani, græci permittente ſaladino, qui relicto eo loci firmiſſimo præſidio Tyrum propere ducit: quam gulielmus publico conſilio auxilioque defendendam acceperat. Hic itaque Siculæ claſſis auxilio fretus. Saladinum ab vrbe repulit. Verum cum poſtea conſtaret hominē ferocem Antiochiam oppugnandæ vrbis cauſa profectum. Vrbanus pontifex qui omnibus viribus annixus fuerat ne hieroſolymæ caperentur Venetias comparandæ claſſis gratia proficiſcens, dolore animi quem ex calamitate chriſtianorum acceperat Ferrariæ in itinere moritur, pontificatus ſui anno primo. menſe decimo. die. xxv.

Capitū hieroſolyma

Tēplorū prophanatio.

## Gregorius viij.

GRegorius. viij. p̄ria Beneuētanus ſummo omnium conſenſu pontifex creatus ſtatim nuntios & literas ad p̄ricipes xp̄ianos mittit eos cohortatus, vt viribus oībus vna ſecū cōparato exercitu terra mariq;

hieroſolymã ab hoſtibus captã recuperarẽt, quo
vero id liberius fieri liceret ipſe piſas ſtatim ꝓfici
ſcitur, vt compoſita inter piſanos & genuenſes
pace vtrumque populum bello maritimo præ-
potente in ſanctam expeditionem concitaret.
Verum dum hæc intẽtiore cura vir ſanctiſſimus
agit. Piſis moritur pontificatus ſui die quinqua-
geſimoſeptimo.

## Clemens iij.

CLemẽs. iij. patria romanus patre Io-
anne cognomẽto Scholaris põtifica-
tum iniens ſtatim de bello in ſarace-
nos gerẽdo edictum proponit. Nam
Saladinus Secundam victorię fortu-
nam ſecutus iam ciuitates. v. &. xx. de principatu
Antiocheno ceperat, ipſamq; antiochiam corru- (Maxima i thurcas expeditio.)
pro largitionibus patriarcha denique occupaue
rat. Hãc obrẽ moti chriſtiani prĩcipes bene admo
nente pontifice arma ſumunt, quorum de nume-
ro pręcipui fuere Federicus imperator Philippus
Franciæ Ricardus Anglię reges & Oddo Burgũ
diæ dux ſubſequentibus multis epiſcopis archie-
piſcopiſq;. Veneti quoq; & piſani paratiſſimas e-
duxere claſſes. Venetę præfuit archiepiſcopus ra
uennas, Piſanę Piſanus præſul. Gulielmus autem
ſicilię rex pacato a piratis mari annonam omnifa
riam ex ſicilia & appulia proficiſcentibus ſubmi-
niſtrabat. Friſones præterea Dani & flandren-
ſes cum. l. triremium claſſe inter nauigandum ad
aphricę litora flectentes ſaracenos magnis incom
modis afflixere, capta ac direpta Silua eorum vr
be. Bela autem Poloniæ rex ſaluti chriſtianorũ cõ
ſulẽs Vngaris pacem dedit, quo omnibus profi-



ciſci facilius ad tantam expeditionem liceret. Ty-
rum iam peruenerant omnes, indeq; paribus ani
mis e ptolomaida mouerant vrbẽq; oppugnabãt
cũ ſuperueniente cum magno exercitu ſaladino,
& a tergo & a fronte eodẽ tẽpore cõtra hoſtẽ di-
micare neceſſe fuit. Pugnatũ eſt diu atq; acriter. &
iam ad chriſtianos victoria inclinabat cũ equus e
manibus gregorij cuiuſdã elapſus xp̃ianis fugien
di initium fecit arbitrantibus ſuos in fugam ver-
ſos. Verum Gaifredus Luſignianus ad cuſtodiã
caſtrorũ relictus eruptiõe facta & hoſtes repreſſit:
& ſuis animam ad reſiſtendũ dedit. Conſtat tñ ex (cędes chriſtianorũ.)
xp̃ianis ad duo milia eo die cæſos fuiſſe. Periere
itẽ ex acceptis vulneribus Tẽplatiorũ magiſter &
Andreas Bremenſis comes. Durante aũt diutius
obſidione, tanta fame obſidentes oppreſſi ſunt, vt
etiam ab hoſte annonã peterent. Quare ſaladinus
bene gerendę rei opporutunitatem nactus caſtra
rerum omniũ copia referta ſine vllo cuſtode di-
miſit, ad quæ diripienda cum paſſim nullo ſerua-
to ordine xp̃iani accurriſſent, Saladinus rediens
multos incautos & nil tale opinãtes opprimit. Nõ
deſeruere tamen tam grauem & diutinam obſi-
dionem chriſtiani licet ad cętera mala dyſenteria
quoq; in caſtris laboratum ſit, quo quidem mor-
bo & Sybilla Guidonis vxor & quatuor filij quos
ex ea ſuſceperat in caſtris periere. Interim vero
dum hæc in Aſia agerentur Gulielmus Siciliæ
rex Panormi moritur, cuiꝰ regnũ ad eccleſiã re- (Regnũ Sicilię ad patrimoniũ petri reuertitur.)
cidebat nullo legitimo hærede relicto. Licet inſu-
læ proceres Tancredum ſtatim ſuffecere ex roge
rio Normanno & pellice quadam genitum homi
nem certe tantę ſocordiæ vt eum Gulielmus ne-

garet ex Rogerio genitum. Repetiturus itaque
ſua iura Clemens pontifex copias eo celeriter mi
ſit, quibus dum Tancredus reſiſtit rapinis & cędi
bus omnia repleta ſunt. Mouerat iam copias ſuas
in hoſtes chiſtiani nominis Federicus & per Vn-
gariam iter faciens Thraciamque iam Cõſtanti-
nopolim peruenerat, quem certe Iſaac impera-
tor eius potentiam veritus traijcere Boſpho-
rum ſtatim adhortatus eſt. Tranſmiſſis itaque co-
pijs federicus inſtante etiam literis & nuntijs Cle-
mente & philomenam vrbem de Thurcis capit,
& agrum Iconio adiacentem populatur, & Ar-
meniam minorem in poteſtatem ſuam redigit.
Verum dum lauandi cauſa rapidum amnem in
explorato ingreditur in vndis perijt. Tum vero
eius exercitus in antiochenum agrũ delatus par-
tim morbo, partim fuga conſumptus eſt. Philip
pus autem ricarduſque reges gallico tyrrenoque
pelago Meſſanam ſimul delati varia fortuna de-
inceps vſi ſunt. Nam philippus proſpera nauiga-
tione vſus ptolomaide portũ attingens xp̃iano-
rum exercitũ & animos auxit. Ricardus vero tẽ-
peſtate in Cyprum delatus, cum a græcis portu
prohiberetur inſulam vi ingreſſus expugnatam
ſpoliatamque firmo ſuorum communiens præſi-
dio Ptolomaidem tandem in caſtra peruenit. Op
pugnabatur tum acriter vrbs, ſed inerat validũ
Saladini prædium, quo quidem per ſæpe erũpẽte
chriſtiani magna incommoda recipiebant. At
vero clemens omiſſo tantiſper Tancredo donec
christiani contra Saracenos dimicantes meliorẽ — *Acta cle-mentis.*
fortunam naſciſcerentur, ad componendas res ec
cleſiaſticas animum deiecit, nam & mores cleri-



corum quorundam non ſatis probatos ſeueritate
ſua emẽdauit. Et clauſtrum ſancti Laurẽtij extra
muros ædificauit & laterani ædes non mediocri
impenſa reſtituit. Templumque vermiculato o-
pere ac muſiuo exornauit. Moriens deinde haud
ita multo poſt pontificatus ſui anno. iij. menſe. v.
in baſilica lateranenſi ſepelitur, ducta ingenti fu-
neris pompa.

## Celeſtinus iij.

Huius temporibus ordo Sanctiſſimæ tri
nitatis initium ſumpſit, Et ordo theuto
nicorum dominorum in pruſcia, ber-
naq; ciuitas imperialis conſtruitur.

CEleſtinus tertius patria Romanus pa
tre petro cognomento Bubonis põ
tificatum adeptus ægreferens Tan-
credum regno Sicilie potiri conſtan
tiam rege Rogerio natam occulte e
monaſterio panormitano eduxit: eamque licet
deo dicatam Henrico ſexto. Federici Barba- — *Conſtãtia monaſte-rio educit*
roſſæ filio diſpenſatione apoſtolica in matrimo-
nium collocauit. Hac conditione vt regnum Si-
ciliæ eis & vltra pharum dotis nomine repete-
ret, reſeruato cẽſu q põtifici feudatario iure quo-
tannis ſolueretur. Hac autem beneficentia motus
Hẽricus Tuſculanũ quod ipſe firmo pręſidio mu-
nierat Celeſtino reddidit, quod ſtati romano põ-
tifice acceptũ adeo diripuere euertereq;, vt ſaxa
de mole eius vrbis in capitolio vſq; ad multã ętatẽ in
memoriã tantæ cladis ſeruata ſint. At vero Hen-
ricus & conſtancia Neapolim oppugnantes ſol-
uere obſidionẽ coacti ſunt peſte exercitum popu-
lante. Chriſtiani autem qui biẽnio ptolomaidem

obſiderant tandem eam dedente præſidio recẽperũt, his conditionibus vt & pars dominicæ crucis q̃ ſupius amiſſam diximus a barbaris redderetur, & eiſdem cum ſingulis veſtimẽtis abire liceret. At vero cum dominica crux nõ reperiretur multos e barbaris Ricard⁹ trucidauit. His itaq; malis perterritus Saladinus, deſperanſq; poſſe reliqua tueri quarũdam vrbiũ mœnia demolitus de reddenda chriſtianis hieroſolyma cogitauit: quod certe ne faceret, diſcordia inter philippum Ricardumq; orta de principatu inter ſe contendẽtes effecit. Verum abeunte ex Aſia Philippo ſimulato iterim morbo ricardus maiore animorẽ bellicam deiceps aggreditur, eo potiſſimum tẽpore quo conradum Montẽferratum Tyri in foro agentem Sicarij duo, arſacidas ſaraceni vocãt, gladijs confodere deuoti prius ac iurati ſe hoſtes omnes ſuę ſuperſtitionis ea ratione interfecturos. Ii autem poſtea de fuga retracti exquiſitiſſimis cruciatibus ſunt interẽpti. Henricus vero campaniç comes Iſabella regina in vxorem ducta Tyri dominatu potitus eſt. At Ricardus Guidonẽ Luſignianum blande eum appellando in eã ſententiã tandem adduxit vt ſibi regni hieroſolymitani iura permitteret, quem titulũ Anglici reges adhuc vſurpant. Auctus itaq; animo Ricardus obſidere Hieroſolymam inſtituerat. Verum in itinere a ſaladino extremum agmen carpente vexatus cum iniquo loco decertare neceſſe eſſet hoſtẽ magno ſuorum incommodo tandem ſuperat, qui poſt ea non longe a Bethleẽ munitiſſimo loco caſtrametatus intercipere comeatus inſtituerat, quo mi n⁹ ab egypto ad xp̃ianos hieroſolymã obſeſſuros

Angli titulũ regni hieroſo. vſurpãt.



importarentur. Ob hanc itaq; cauſam & ob hyemem quæ iam appetebat: Ricardus relicta tam neceſſaria obſidiõe ad quã põtifex eum cõtinuo ſubminiſtratis pecunijs animabat. Aſcaloniã conceſſit: quam pariter & Gazã a Saladio antea deletas ĩſtaurauit. Dilabentibus deĩde paſſim maritimis copijs, Piſani ĩ adriaticum delati Polam capiunt eo loci hibernaturi. Hãc ob rem Veneti aucta maiorẽ in modũ ſua claſſe piſanos Pola ejciũt vrbemq; diripiunt, eos quouis ĩ loco perſecuturi ni Celeſtinus rei xp̃ianæ cauens vtrũq; populum ad pacem cohortatus fuiſſet. Inſtabat iam ver & mouere copias hieroſolymã Ricardus inſtituerat: cum ſubito nuntiatum eſt regẽ Franciæ Normãniam ea mẽte vexare: vt ĩ angliã traijciẽs regnũ illud fratri Ioanni acquireret. Mutata itaq; ſententia Ricardus pacem cum Saladio cõponit his cõditiõibus: vt ſibi oĩa præter Tyrum & Ptolomaidem haberet, reliqua autẽ quę ĩ poteſtate chriſtianorum remanerent nequaquã vexaret. Ictis hoc modo Fœderibus Ricardus ĩ Europam rediẽs ab hoſtibus capitur. Redemptus autem ingenti pecuniæ vi tandẽ in angliam proficiſcens ſæpe cũ rege Franciæ decertauit ĩclamante põtifice, qui ſuo ac xp̃ianorum oĩm iniquo tempore tantum certamen excitaſſent. Maxime vero q̃ Saladino mortuo: tum maxime recuperari hieroſolyma poſſet. Ferunt Saladini viri clariſſimi tropheum hoc in funere habitum. Eius enim interior tunica lancea ſuſpenſa ante funus deferebatur pręcone clamante Saladinum Aſiæ dñatorẽ ex tanto regno tantiſq; opibus nil aliud ſecũ ferre. Dignum ſane tanti principis ſpectaculum: cui nil aliud ad ſum-

Pola capitur.

Fœdus ĩter Saladinum & ricardum.

Ricardus capitur.

mam laudem defuit q̃ chriſti character. Tum ve
ro Saladino mortuo celeſtinus in magnã recu
perandę hieroſolymę ſpem veniens, Henricũ im
peratorem quo mortuo Tancredo regnum Sici
lię occupauerat, ad bellum aſiaticũ adhortatur:
quod cum ipſe obire non poſſet eo Maguntinum
archiepiſcopum & Saxoniæ ducem cum magnis
copijs propere mittit. Idem quoq; feciſſet & fran
ciæ rex ſi Saraceni Mauritaniam incolentes in vl
teriorem q; hiſpaniam q; trãjciẽtes capto rege ca
ſtellę Beticam omnino cepiſſent: quę hodie gra
nata dicitur. Non enim quieturos barbaros Gal
li arbitrabantur tanta victoria elatos: ſed illatu
ros bella finitimis: hanc itaq; ob rem militẽ in Eu
ropa retinebant. Germani vero in Aſiã trãjcien
tes & Beritum a ſaracenis deditum muniuere: &
Ioppen obſidione preſſam liberauerunt: petitu
ri deinceps hieroſolymã Celeſtino cum mori con
tigiſſet pontifici ſanctiſſimo & qui nil in vita pre
termiſit: quo terra ſancta (ita enim hieroſolymas
vocant) recuperaretur. In tantis autem perturba
tionibus rerũ tantoq; ſumptu bellico ædes ægre
gias cum apud ſanctum petrum, tum ad lateranũ
ædificauit: qua recipi pontifices percõmode poſ
ſent. Extãt adhuc in laterano valuæ æneę e regio
ne ſancta ſanctorum ſuo iuſſu ſuaq; impẽſa fabre

**Viterbiũ ciuitas inſtituitur.**

factę. Pręterea vero ciuitatis nomẽ Viterbio de
dit eccleſiam q; eorum cathedralem fecit Thuſca
nenſem, & centumcellenſem ita in eandem tranſ
ferens, vt vnus epiſcopus omnibus pręeſſet. Mo
ritur aũt Celeſtinus põtificatus ſui anno. vi. men.
vij. die. xi. ſepeliturq; in baſilica petri bonis oĩbus
præ dolore & deſiderio hominis lachrymãtibus.



INnocẽtius. iij. pria Anagninus pr̃e
Traſimundo e Familia comitũ vir
etiã ante põtificatũ doctrina & mo
ribus inſignis a Celeſtino ĩ numerũ
cardĩaliũ refert: quo mortuo ĩ eius
locũ oĩm conſenſu põtifex ſufficit. Hic aũt ſtatim
vbi magiſtratũ inijt bello aſiatico animũ adjciẽs
Germanos propter Henrici mortẽ in Aſia tumul
tuãtes retinere ĩ officio literis nũtijs præmijs pol
licitationibus conatus eſt. Verũ id quidẽ fruſtra
tẽtauit. Germani enim nemini obtemperãtes re
licta Aſia in Europam cum maximo chriſtiano
rum detrimento trãſeunt: potiſſimum vero Iop
pẽſium ĩ quos omni ope deſtitutos delati Thurci
Saraceniq; etiã deditionem facturos vi captos ad
vnum omnes interficere, euerſa ſtatim a funda

**Seditio apud germanos de ĩperatoris electione.**

mẽtis vrbe. Orta & in germania ſeditio nõ par
ua eſt, Cum pars electorum Othonẽ Saxonię du
cem: pars Philippum germanũ Hetrurię ducem,
quem Henricus tutorem filij moriens reliquerat,
imperatorem optaret. Et ne quid mali ad pertur
banda omnia deeſſet, Rex Frãcię Philippo: Othoni
rex Anglię fauebat. At vero innocentius ne tu
multu omnia complerentur Othonem imperato
rem confirmat legitime ab his ad quos pertine
bat electum. Non deſtitit tamẽ Philippus ob hãc
rem & hetruriam in Italia & Sueuiam in Germa
nia firmo præſidio munire. Idem fecit & conſtan
tia Henrici vxor quæ Federici primi filij ſui ad
huc pueri Siciliæ regnũ cis & vltra pharon præ
ter conditionem ſexus ad propulſandam vim
hoſtium conſtantiſſime muniuit. Increbeſcenti
bus itaq; hoc modo diſcordijs: non omittendum

bellum aſiaticum innocentius ratus: ſua auctori-
tate & Bonifacium Montiſferrati Marchionem &
Balduinum Flandriæ & Henricũ ſancti Pauli &
Lodouicũ Sabaudiæ comites ĩ Saracenos mouit.
Ii autẽ oẽs cõiũctis copijs venetias delati nõ prius
venetos perpulere claſſem in Thurcos & Sarace-
nos armare q̃ polliciti ſunt oẽs paribꝰ animis ia-
derã quæ iterum ad Vngaros defecerat recupe-
raturos. Cõparata itaq; claſſe: & Tergeſtinos ma
re infeſtantes cõpeſcunt: & Iaderẽſes poſt lõgam
obſidionem capiũt. Agebãtur hęc ĩ ſinu adriati-
co cum alexius iſaac fratrẽ imperatorẽ cõſtantino
politanum quo latini amiciſſimo vſi ſunt ĩperio
depulit: & captũ oculis ĩ vincula cõiecit. Hanc ob
rem alexius adoleſcens iſaac filius ex fuga in ca-
ſtra perueniẽs opem pro patre cõtra tyrannum
petit: quę profecto hac cõditiõe ei cõceſſa eſt: vt &
gręcã eccleſiam romanæ ſubijceret: & auri mar-
chas. xxx. milia perſolueret ob dãna quę olĩ Ema
nuel ĩperator venetis franciſq; intulerat. Hoc aũt
modo ictis fœderibus ad Iadera mouẽtes: dũ cre
tam præterlabuntur eam puer alexius ĩ deditio-
nem accipiens Bonifacio Mõtiferrato ſibi cogna
tione cõiuncto cõdonauit. Inde vero cõſtãtinopo
lim profecti dum terra mariq; vrbem oppugnãt
Theodorum laſcari alexij tyrãni generum erum
pere conantem intra mœnia retrudunt: Vrbẽq;
biduo cõtinuata oppugnatiõe vi capiunt. Aufu-
gerat noctu alexius relicto magno auri pondere
apud Hirenẽ virginem deo dicatam. Redeuntes
itaq; in vrbem pater iſaac & filius alexius nõ diu
ſuperuixere. Pater enim morbo, filius autem ve-
neno petitus interiere. Interea vero Bonifacius



Monſferratus regno Theſſaliæ potitus cum pecu
nia indigeret ſuadente balduino accepta ingenti
vi auri Cretam venetis dedit. His autẽ pecunijs
fretus Bonifacius Hadrianopolim a tyranno preſ
ſam oppugnans & Valachos olim Romanos vl-
teriorem Danubij ripã incolentes & Bulgaros
vicinos in ſe exciuit. Multitudinẽ itaq; hoſtium ti
mens Cõſtantinopolim perijt Soldano Iconij itu-
rus obuiã, qui Satelia vrbe gręca capta maximis
calamitatibus xp̃ianos quotidie vexabat. Inno-
cẽtius autem tot hoſtibus vndiq; laceſſitis cõqui-
ſitum vndequaq; militem cõtinuo ſubmittebat.

*Creta venetis cõceditur quã cãdiã nũc vocamus.*

Qui vbi accepit Hilminolinum maxima claſſe ĩ
Hiſpaniã traieciſſe, Toletumq; oppugnare publi-
co edicto oẽs qui ferre arma poſſent ad extiguẽ-
dum tantum incendium cõcitauit. Cõuenerãt eo
multi galli opem hiſpanis allaturi: qui ſtatim ĩ pa
triam rediere vbi aduentum ſuum hiſpanis mini
me gratũ ſenſere. Hãc ob rẽ Hilminolinus vtrãq;
hiſpaniã incredibili celeritate hoſtilem ĩ modum
peruagatus Arelatum vſq; & Auinionem per-
ueniens cędibus oĩa & populationibus cõpleuit.
Hac autẽ calamitate perciti quatuor hiſpanię re-
ges Caſtellæ aragoniæ Portu galliæ & Nauarræ
copijs ſimul iunctis cum Saraceno cõgreſſi maxi
mã victoriã adeptis: nil pręter granatã hilmino-
lino reliquere.

*Hilminolinus.*

Oborta tum apud Tholoſam hęre
ſis eſt, quã innocentio procurãte beatus Domini-
cus qui poſtea ĩ ſanctos relatus eſt mira celeritate
cõpeſcuit adiuuãte etiã Simone Monteforti. Non
enim diſceptationibus verborum tãtum, verum
etiã armis opus fuit: adeo inoleuerat tãta hæreſis.
Otho interim Romanorũ imperator vbiq; a Phi-

*Hæreſis Tholoſana.*

lippo ſuperatus cum in Agrippina colonia obſi-
deretur eruptionemq; infœliciter tentaſſet a Co
lonienſibus excluditur: qui ſtatim philippo dedi
tionē fecere. Non diu tamē ſuperuixit Philippus,
a comite namq; palatino īſidijs petitus necatur. Co
gnita vero huius morte Germani ducē Saxoniū
imperatorē deligunt Othonem. v. appellatum:
quem innocentius ſequenti anno Romæ corona-
uit. Veneti autē tum maxime rei maritimę ſtu-
dētes cum obire oīa publice non poſſent priuatis
etiā ciuibus negocium dedere, vt quas vellent in
ſulas occuparēt: modo ī fidē rei pmanerēt. Vnde
multi ciues inſulas ionij, & ægei occuparunt: pu-
blice tamen Corcyrā Moronium coronum in ſuā
redigere poteſtatē. Otho vero, quē diximus ab ī-
nocentio coronā imperij ſuſcepiſſe, cōtra ius faſq;
occupatis Monteflaſcone Radicophano multiſq;
eccleſiæ Romanæ oppidis in regnum Neapolita-
num mouēs id adoleſcenti Federico ſecūdo ſub-
laturus, cuius ob ætatem curam tutores adhuc ge
rebant iram pontificis in ſe concitauit: a quo & a-
nathemate notatur: & imperij titulis priuatur: cū
monitus vt ab iniuria diſcederet parere deſierit.
Hāc ob rem Boemię rex cum Maguntino & Tre
uerenſi archiepiſcopis Lantgrauio Turingiæ atq;
auſtrię duce ſuadente Federicum ſecundum. Sici
lię regem vigeſimum agentem annum Romano
rum imperatorem deligunt. Otho itaq; in Ger-
maniam rediens paternæ ditioni conſulturus In-
nocētio recuperandi omnia quæ in Italia ceperat
facultatem dedit. Veneti autē rebellantem Cre- Creta in fide retenta.
tam in fide armis continentes anno ſalutis mille-
ſimo. ccxviij. eandem in Coloniæ formam redi-



gere, miſſis eo ciuibus qui Cretēſes in officio con
tinerent. Venerat tum Romā federicus ſecundus
coronæ gratia: quā vbi ab innocentio impetrare
nequiuiſſet: in Germaniā profectus regni Germa
niæ diadema a Magūtino archiepiſcopo accipiēs
cum Lodouico rege Franciæ amicitię & fœderis
ſocietatem inijt: qua quidem amicitia Lodouicus
ipſe fretus ioanni anglię regi bellum ſtatim intu-
lit. Verū ioannes auxilio diuino & humano vſu-
rus angliam hyberniamq; romanæ eccleſiæ ve- Vectigales eccl'ię.
ctigales faciens, centum auri marchas quotannis
ſoluturum ſe pollicebatur: quod poſtea aliquan-
diu ſeruatum eſt. Federicus autē Othonem perſe
quens a Lodouico rege Franciæ graui bello ſu-
peratum Aquiſgranum cepit: ibique iterum In-
nocentij pontificis auctoritate fretus vexillū cru-
cis ſuſtulit Laturus, vt ipſe dicebat, opem & q̄ pri
mum chriſtianis cōtra ſaracenos in aſia dimican-
tibus. Præterea vero vt grati animi ſignum ali-
quod prę ſe ferret Fundanū comitatū eccleſiæ Ro
manæ dono dedit: vel datum antea & vſurpatū
deinceps reddidit. At pōtifex vbi videret ſara-
cenorū potētiā in aſia cōcreſcere apud lateranum
maximū, cōciliū cęlebrat: cui īter fuere hieroſoly
mitanus, cōſtātinopolitanus patriarcha, Metropo
litāi. lxx. epi. cccc. xij. abbates, priores cōuētuales
octīgēti. Gręci & Romani īperij legati: regū vero
hieruſalē Frāciæ hiſpanię. Anglię & Cypri orato
res. Venere multa tū quidē in conſultationē nec
decerni tamen quidquā aperte potuit: qꝫ & Piſa-
ni & genuēſes maritimo & Ciſalpini terreſtri bel
lo inter ſe certabant. Eo itaq; proficiſcēs tollēdæ
diſcordię cauſa pōtifex Peruſij mori ī pōtificatus

ſui anno.xviiij.mēſe.vij.die.xvi.Cuius vita adeo
probata fuit,vt poſt eius mortem nil earum rerū
quę in vita egerit laudauerit improbaueritq́ꝫ im
mutatū ſit.Nā & decreta pleraq́ꝫ retulit: quibus
tā laicorum ꝙ clericorum mores cōponerentur.
Scripſit & libros de ſacramēto Euchariſtiæ, de ſa
cramento baptiſmi,de infœlicitate cōditionis hu
manæ.Habuit item ſermones temporibus & ſo-
lemnibus diebus accōmodatos. Improbauit præ
terea abbatis Ioachin libellum quendā non ſanā
doctrinā præ ſe ferentem. Damnauit & errores
almerici hęretici qui poſtea Pariſijs cum ſectatori
bus ſuis exuſtus eſt:qui ad reliquos errores affir-
mabat Ideas quæ ſunt in mente diuina & creare
& creari,cum ex ſententia beati Auguſtini ī men
te diuina nil niſi æternum & incōmutabile ſit. Di
xerat pręterea in charitate conſtituto nullū pec-
catum imputari.Iuuere autē huius pōtificis vir-
tutē & doctrinā btī Dominici vnde prædicato- B.Dn̄icus
rum & Frācıſci Aſſiſiatis ſctītas, vnde minorum &Frācıſc⁹
ordo tum originē habuit.Sunt qui ſcribāt & gr̄a- Gr̄anus.
num cōpilatorem decreti & Petrum Longobar-
dum:qui vocabula latina ī ordinem redegit tem
pore Innocētij fuiſſe.De Petro non ābigitur Gra
tianum alexādri tertij pontificis tēporibus quidā
aſcribunt.Et ne exiſtimes Innocentium opera pie Cōmēda-
tatis in tāto pōtificatu prętermiſiſſe, ſcito eius o- tio inno-
pera & impenſa hoſpitale ſancti ſpiritus conditū centij.
fuiſſe auctumq́ꝫ ab eo magnis prouētibus: quibus
& peregrini & ęgroti & ac vulgo cōcepti Orpha
ni alerent̄.Ornauit & altare ſctī Petri opere ver-
miculato: vt eius imago & literæ in fornice ipſo
ſcriptę indicant. vniuerſis pręterea vrbis Romæ



eccleſijs librā argēti dedit:vnde calices ſacrificā-
di gratia cōficerētur. Reſtituit & beati Sixti eccle
ſiā iā vetuſtate collabantē. Hoc ideo factū ab eo
maledici dicebāt:ne omnē impēſam in turrī quā-
dam nunc comitū appellatā cognomēto familiæ
ſuę trāſtuliſſe videretur :vtcūq́ꝫ eſt cōſtat eum in
quouis genere vitę probatiſſimū fuiſſe:dignum-
que qui inter ſanctos pontifices cenſeatur.

## Honorius III.

HOnorius.iij. patria romanus pa-
tre Americo oīm ſuffragijs pōti
fex creatur, ad quē Petrus īpera
tor cōſtātinopolitanus cum Iolē
vxore veniēs ī baſilica ſctī Lau-
rētij extra muros coronat̄: deli-
giturq́ꝫ ſtatī Ioānes colūna Cardīalis Romanus q̇
legatus ad res aſiæ cōponēdas cū is copijs profi-
ciſceretur,quas Innocētius ad eam rē collegerat.
Peruenerāt iam Aconā xp̄iani proceres honorio
hortāte.Maxīe vero Andreas Vngarię rex Ve-
netorū nauigio fretus:quibus ob tātū bn̄ficiū ius
omne cōceſſit quod ī Dalmatia dux auſtriæ ha-
buerat. Andreā quoq́ꝫ ſecuti ſunt & Hēricus co-
mes Niuernēſis & Gualterius regis frāciæ came-
rarius.Ii autē oēs inito cōſilio cū Ioāne hieroſoly-
mitano rege:Damyatā ęgypti vrbē obſidere in-
ſtituētes anno ſalutis milleſimo.cc. ac.xviij. mēſe
Maijeo proficiſcūtur.Heliopolis hęc vrbs quon- Heliopo-
dam appellata eſt ab Helio pertinace qui eā tripli lis.
ci muro circūdedit deducta nili particula:quę vr
bem ī inſulę formā redigeret.Suburbia habebat
circūquaq́ꝫ poſita plena mercimonijs: hæc primo
miles diripuit. Verū cū poſtea flātibus Zephyris

nilus in immenſum creuiſſet corrupta annona la
borare inopia rerum chriſtiani tum cœpere:prę
cipue autem obſidēte aditus Soldano nequid im
portaretur:qui non longe a noſtris caſtra poſue
rat. Hac itaq; difficultate rerum moti chriſtiani ī
ſoldanum copias mouēt. is autem terrore percul
ſus relictis caſtris rerū oīm copia refertis noſtris
obſidēdi Vrbē quam liberaturus venerat facul
Cordiri⁹. tatem prestitit. Cordirius autē magni Saladini fi
lius hieroſolymę retinendæ ſpem abijciens. ſi Da
myata chriſtiani potirentur dirupto Vrbis muro
turrim Dauid & tēplum domini tātūmodo inte
grum reliquit:nec ſepulchrū chriſti violauit: mo
tus (vt aiunt) illorum chriſtianorum precibus qui
ea loca incolebāt. Dum noſtri aūt Damyatā acri
ter oppugnāt Soldanus cum maioribus copijs re
diēs inter Cairum & Damyatā caſtra poſuit:nec
vnquā elici ad certamē cōuitio aut maledicto po
tuit:Hac vero īdignitate moti Galli ſine ordine ī
eos ruentes magnum incōmodum ab erumpēti
bus accepere, nō tñ obſidio Damyatę relicta eſt:
quę tandē mēſe. xv. a chriſtianis capitur : direpta
militem ingēti pręda locupletauit. Interim vero
Honorius Romę & ordinem beati Dominici ipſo
inſtante confirmat: & federicum ſecundum ana
themate notatū imperij dignitate priuat: ꝙ mor
tua matre Conſtantia: quæ ipſum in officio conti
nebat Romā veniens cōtra ius faſq; ditionnē pō
tificiā vexabat. Hanc igitur ob rem motus Solda
nus ꝙ de inimicitia pōtificis & imperatoris ei cō
ſtabat maiorē ꝗ̃ nunquā antea cōparauit exerci
tum arbitratus chriſtianos nuſquā appariturós:
qui ſtatim ſuadente Ioanne colunna Cardinali



Romano ſumptis armis hoſti ad nilū obuiā fiunt.
Is vero timorem ſimulans:ne a loco in quo con
ſederant abirent nili ex creſcētiā expectauit:quæ
paulopoſt apertis vndiq; ipſius fluminis catara
ctis ita omnia inundauit vt cubitum quouis ī lo
co excederet. Hoc autē malo perterriti chriſtiani
pacē ſtatim hac cōditione iniere: vt Damyata re
licta: captiuis vtrinq; dimiſſis, reddito a barbaris
crucis ligno chriſtianis Aconā Tyrumq; redire li
ceret. Damyata itaq; in celebritate purificatiōis
beatę virginis a chriſtiāīs prius habitari cœpta ī
eiuſdem natali dei barbaris tum ex fœdere reddi
ta eſt: Anno ſalutis milleſimo. cc. & . xxi. quo qui
dem anno Tartari gens Scytica : vel (vt alij vo Tartari.
lunt) a montibus Indię digreſſa Vaſtata Parthia,
Media Perſia, Aſſyria, Armenia in Sarmatas tan
dem peruenit: atq; non longe a meotidos palude
concedentibus accolis ſedes poſuit. Xp̄ianorum
autem duces cum moliri in aſia nil poſſe viderēt
obſtātibus hoſtibus cum ioanne columna in ita
liam redeunt: quos ſubſecutus ioannes hieroſoly
mitanus rex cum Romā veniſſet per benigne ma
gnis donatus muneribus ab honorio ſuſcipitur.
Federico deinde, quē diximus, anathemate ponti
ficis notatum filiā ex Iole vxore ſuſceptā in ma
trimoniū locat: eiq; ius illud cōdonat dotis nomi
ne: quod ſibi hęreditario iure ī regno hieroſolymi Titulum
tano cōpetebat. Hinc eſt quod oēs Sicilię Neapoli hieroſoly
taniq; reges titulū hieroſolymitani regni verbis mit. regni
nō etiā armis ſibi vindicāt. Ioānes deinde in fran tenent re
ciam proficiſcens meliore certe fortuna ꝗ̃ antea ges neapo
vſus eſt. Nam philippus rex frācię moriens ei ex litāi & ſi
teſtamēto. xl. milia librarū argēti totidēq; magi ciliæ.

ſtro tẽpli hieroſolymitani reliquit: quo admini-
culo fretus in Hiſpaniã proficiſcẽs ad perſoluen-
dum votum beato iacobo promiſſum Berenga-
riam regis Hiſpanię ſororem in vxorem accipit:
S. Dñicus Bononiæ moritur.
eo pręſertim anno quo Dominicus vir ſanctiſſi-
mus Bononię moritur: quoq; Federicus Henricũ
filiũ decennẽ adhuc Alemaniæ regẽ promulgat.
Honorius autem ſatis a rebus externis quietus, &
eccleſiã ſancti Laurentij extra muros & baſilicam
ſancta ſanctorũ & eccleſiam ſanctæ Viuianæ re-
ſtituit. Aedes præterea caſæ Marij ædificauit ſe-
mifornicem & ciborium beati Petri miris operis
exornauit. Decretales quoque epiſtolas compila-
uit. Ordinẽ beati Frãciſci cõprobauit: quẽ bien-
nio poſt Gregorius in catalogũ ſanctorũ retulit.
Acta Honorij.
Hoc autẽ modo Honorius bene ac beate vitã du
cens vt bonũ paſtorẽ decebat ãno põtificatus ſui
x. mẽſe. vij. die. xiij. moritur ſepeliturq; ĩ baſilica
ſãctę marię maioris ad pręſepe. Poſt eius mortẽ tã
ti terręmotus repẽte exorti ſunt, vt ĩ mõtib9 ſal-
uijs ad. v. milia hominum perijſſe conſtat, caden
tibus domibus ſaxiſq; ex cacuminibus montium
inhabitatas conualles paſſim ruentibus.

## Gregorius IX.

GRegorius. ix. natiõe Hernic9 patria
Anagninus e familia comitũ Inno
cẽtij tertij nepos apud Septizodiũ
põtifex creatus. Federicũ ſtatĩ mo-
nuit ſub anathematis pœna, vt pri-
mo quoq; tẽpore ĩ aſiã cũ exercitu proficiſceretur
recuperãdę hyeroſolymæ cauſa. Promiſit quidẽ
Federicus ſe id facturũ: atq; oĩbus cruce ſignatis
mãdauit Vt brũduſij ad certã diẽ cũ armis adeſ-



ſent. Venerat eo magna multitudo: præcipue ve
ro e germania Lãtgrauius Aſiæ, q Brũduſij vna
cũ magna parte militum moritur dum federicus
ægritudinẽ ſimulãs in Sicilia ſe cõtinet. Hæc autẽ
fraus ita aperte deprehẽſa eſt, vt cõſtet ipſum fe-
dericũ cognita Lãtgrauij morte eo celerrĩe ad-
nauigaſſe: omnẽq; eius ſuppellectilem diripuiſſe.
Non deſtitit tñ fingere ſibi in animo eſſe in Aſiã
traijcere, eo em̃ poſt rapinã nauigationẽ direxit
oĩbus qui tum aderãt ſubſequi iuſſis: licet nõ ita
multo poſt (vt ipẽ dicebat) pcellis agitatus Brũ-
duſiũ redierit. hac autẽ fama percitus Ioãnes rex
hieroſolymitanus cũ Berẽgaria vxore põtifici rẽ
gratã facturus Bononiã venit venetorũ nauigio
in Aſiã traiecturus. verũ põtifex cognita federici
fraude ne Ioãni rẽ infecta abire liceret eum & he-
xarchatus rauẽnatis gubernatorẽ inſtituit: & Ho
norij tertij ſententiã in federicũ latã confirmauit.
Grauioraq; in eum molitus fuiſſet, ni Maurorum
impetũ reformidaſſet. claſſe tum potẽtium: quos
tandẽ Ferdinandus Aragonũ rex tãta clade ſu-
perauit: vt breui Maiorica inſula vna ex baleari-
bus & Valẽtia vrbe potitus pulſis Saracenis: In-
colas locorum ſuſcipere chriſtianos ritus ĩpulerit.
Nauigauit tandẽ federicus amicorũ precibus &
Federicus ĩ cyprũ nauigat.
minis põtificis feſſus ĩ Cyprũ vſq;: vt chriſtianis ĩ
Aſia bellãtibus quos ſępe deceperat aliquã ſpem
daret. At vero dum inde Soldani vires explorat
Rainaldus eius præfectus quẽ in Sicilia dimiſerat
in pontificẽ mouẽs multa Picẽtini agri oppida oc
cupat. Erat tum Peruſij põtifex Aſiſſium petitu-
rus vt quæ de franciſco viro ſanctiſſimo miracu
la audierat pręſens cognoſceret, quam ob rẽ eum

Franſ. in ſanctos retulit.

re (quemadmodum audierat) comperta in ſan-
ctorum numerũ ſtatim retulit, magno xp̃ianorũ
conuentu ob eam rem habito. Dum hæc a pontifi
ce agerentur alter Federici ſatelles fulgineũ per
factionem occupat: vnde paulopoſt armis bene
cum eccleſia dei ſentientium depellitur. Inſtabat
literis & nũtijs Federicus Aconem iam profectus
vt a põtifice abſolueretur, ꝙ diceret ſe deinceps
in eius poteſtate futurum. Verum põtifex cogni-
ta hominis faude & chriſtianos milites in Aſia di
micantes admonet, vt ſibi a Federici inſidijs ca-
ueant aliquid noui ſemper machinantis in homi-
num perniciem, & Ioannem hieroſolymitanum
regem comparato exercitu in Raynaldum mittit
Picenum agrũ rapinis & incendijs vexantẽ. Alijs
vero copijs quibus Cardinalem columnam pr̨-
fecerat e ſancto Germano præfectum Federici
deijciens, cum Saracenis mercede conductis: om-
nia ab eo ſaltu capuam vſque pertinentia in de-
ditionem breui recepit. Hac autẽ calamitate mo-
ti qui in vmbria & picentibus Federici nomine
militabant, relictis quæ occupauerant in regnum
trepide redeunt. Interim vero Federicus Brũdu-
ſium rediens, pacis admodũ cupidus vltro põti-
ficem rogat vt in gratiã recipiatur, imperatorq;
appelletur, ac pro regno Siciliæ verus eccleſiæ
feudatarius. Quod quidem non prius impetra-
uit quam vncias auri centum & viginti milia ec
cleſiæ romanæ ob illata damna perſoluiſſet, ipſe-
que pro ea re ſupplicatum ad pontificem Ana-
gniam veniſſet. Cum autem gregorius ad omnia
intentus (vt bonum paſtorem decebat) Peruſino
rum res ab exulibꝰ perturbatas eo profectus cõ-



ponere ſtudioſus eſſet, ſtatim Romę tanta ſeditio
orta eſt & hęreſis quanta nunquam antea. Hanni
bale ex gente Hãnibala cum quibuſdam ſacerdo
tibus male ſentiente: quo quidem auctore popu-
lus Romanus vſus in eccleſiam dei coniurauerat.
Sed hunc diuina vltio cito compeſcuit: nã & ty-
beris ſupra modum inundans multa damna mor
talibus intulit: & tãta peſte laboratum eſt: vt de-
cimus quiſq; vix ſuperfuerit. Pontifex tamen mi
ra clemẽtia vſus Romã veniens populo Roma-
no ignouit pulſo e ſenatorio ordine Hannibale:
conuictis de hęreſi ſacerdotibus errorem faſſis: ac
ſaniorem oppinionẽ ſubire iuſſis. Ad ornãdã ve-
ro vrbẽ deinde conuerſus & veteres cloacas eli-
minatas reſtituit: & nouas extruxit: vrbis digni-
tati & valitudini vno tẽpore conſulens. Ab vr-
be deinde abiens valitudinis gratia & reate (vt
quidã volunt) beatum Dominicum principem
ordinis prædicatorum, & Spoleti Antoniũ Vli-
xipona oriundum Patauij mortuum: ſecundum
a frãciſco ordinis minorũ auctorẽ in ſctõs retulit.
Anagniã deinde rediens omnia circũquaq; po-
ſita muniuit: Romanorum contumaciã veritus,
quorum Senator more veterum legem rogaue-
rat, populuſq; ſciuerat: vt oĩa oppida circa vrbẽ
poſita Romanis vectigal penderent. Non eſt ta-
men veritus pontifex diſſuadentibus Cardinali-
bus Romã proficiſci: quo Romanos ad ſanitatem
reduceret tum monendo tum caſtigãdo. Verum
cũ nihil proficeret Reate ſe cõtulit: quo & federi-
cus imperator. Collocuti ſimul de rebus agẽdis ĩ
hãc ſtatim ſentẽtiã venere: vt primo quoq; tem-
pore Romanos coniunctis copijs adorirẽtur. De-

B. Dñicus & Frãciſcꝰ ĩ ſctõrũ cathalogo annumerantur.

cepit tum quidē pontificem(vt antea ſemper)fe-
dericus.nāqꝫ ī germaniā abiēs:militibus ſuis mā-
dauit,vt Romanis rebus in oībus obtēperarent.
hac itaqꝫ perfidia pōtifex motus germanis militi
bus ad caſtra ſua confugientibus magnum pro-
poſuit præmium. quare tanta multitudo conflu
xit,vt poſtea Romani aperto marte cum eccleſię
copiis congredi nuſquā ſint auſi.Recuperato igi-
tur & patrimonio ſctī Petri & agro Sabino:ſpre-
tiſqꝫ Soldani legatis qui ſuppliciter pacē petebāt:
multos ex franciſci & dominici fratribus per Eu-
ropam miſit qui prędicatione chriſtianos ad ar-
ma contra Saracenos concitarent: quorum ope-
ra tanta multitudo militum breui comparata eſt
quanta nunquā antea.Interim vero dū tanto ex-
ercitui dux idoneus quæreretur: Heliſabet regis — B.Heliſa-
Vngariæ filiam mulierem optimam ac miracu- — bet cano-
lis claram pontifex in ſanctas retulit.Theobaldus — niſatur.
autem Nauarræ rex & Aimericus Montiſſortis
Henricuſqꝫ Bari ac Campanię comes iter per ger
maniam & vngariam cum magnis copiis facien-
tes Conſtantinopolim primo:mox traiecto Boſ-
phoro Ptolomaidam peruenere longe ac late o-
mnia populantes: verum non ita multo poſt ſu-
perueniente magna hoſtium multitudine cum ſe
cedendo biduo defendiſſent cum optimo quoqꝫ
milite cadunt. Atqꝫ hoc modo expeditio magno
conatu inchoata breui res ſe dit, imperitia ducum.
Pontifex autem tantam calamitatem ægre ferens
Romā perſuadentibus Romanis & obſecranti-
bus redire inſtituerat: faciendarū ſupplicationū
cauſa ad placandam dei iram,ſi quam ex pecca-
tis hominum conceperat.Quominus autē id fa-



ceret vetitus a Petro Fregepane qui partes impe
ratoris ſequebatur,Peruſia Viterbium ſe contu-
lit.Iturus cōtra īperatorē armato milite quē ītel
lexerat tranſpadanam italiā iam tum attigiſſe ac
cōtra ius faſqꝫ ſocias ciuitates oppugnare iam feſ-
ſas calamitate alia ſuꝑ aliā ab Ecelino Patauio ty
ranno accepta.Ecelinus eī cognomēto rōano cuiꝰ — Ecelinus.
auus theutonicus ſub Othone tertio in italia ordi
nes duxerat,copias a Federico.ii. accipiēs magnā
tyrannidem in traſpadana italia ſibi comparauit
redactis in poteſtatem ſuam Taruiſio Patauio,
Vincentia, Verona, Brixia, Federicus itaqꝫ aui
fœdera nequaquam obſeruās Mediolanēſes & ſo
cias ciuitates apud nouā curtem ( Ita enim locus
vbi pugnatum eſt appellabatur) ingenti clade ſu
peratos trucidat.Hāc ob rem pontifex omiſſa de
inceps ſpe rei bene gerendæ ob illatum ſociis in-
commodum redire ad vrbē inſtituit, Ioanne Cin
cio vrbis ſenatore contradicente, cuius audaciā
Iacobus Cappocius Romanus ciuis infringens
pontificem magnifice ac ſplendide ſuſcepit.Hic
eſt ille iacobus cuius nomen adhuc legitur in ta-
bernaculo ope muſiuo ſua īpenſa extructo in ſan-
cta Maria ad præſepe qua in baſilica Petrus quo-
que Capportius ſepultus eſt ſanctæ Romanæ eccle
ſiæ Cardīalis ꝗ Federicum īpatorē ſciſmaticū ꝑ-
ſecutus eſt,qqꝫ & hoſpitale ſctī Antonii non lōge — gymnaſiū
ab eadem baſilica,& Peruſii Gymnaſiū quod ſa- — ſapientiæ.
pientiā vocāt ſua īpenſa extruxit.Gregorius au-
tem pacata vrbe & Federicum iterū anathemate
notat ac imperio priuat,& legatos Genuēſium ac
Venetorū iā ad arma ſpectantium componendæ
rei cauſa ad ſe vocat.Hiſqꝫ rationibus inter vtrū-

que populũ fœdera componit, ne alter ſine altero
cũ imperatore Conſtantinopolitano fœdus ineat:
vtq; bella gerenda vtriq; cõmunia eſſent, & ſigna
vtriuſq; viciſſim ferrent. Illis autem qui hęc fœde
ra in nonũ inita annum rupiſſent interdictũ ſibi a
ſacris anathematis vinculo ſcirent. Balduinus au
tem qui mortuo ioanne biennio cõſtantinopolita
num tenuerat imperiũ cũ ægre ſe ab hoſtibus in-
opia ærarij tutaretur, & filium pignori mercatori
bus Venetis ob æs mutuo accptũ dedit: & ex ædi
bus ſacris ablatum plũbum ac item lanceam illã
ſpongiãque qua chriſtus ſaluator noſter hinc po-
tus eſt hinc vulnus accepit Venetis pecunioſis vẽ
didit. Federicus autem Venetis admodũ infen

*Lancea & ſpõgia xp̃i Veneris vẽdũtur.*

ſus ꝙ Gregorij partes tuerentur eos tũ paludibus
concluſos vehementer oppreſſit, ac maximis ca-
lamitatibus afflixit. Interim vero conſpirãtibus
omnibus tranſpadanis ciuitatibus duce Grego-
rio mõtelõgo Bononiẽſis ciuitatis legato Ferraria
quę ab eccleſia romana ad ĩperatorẽ defecerat ca
pit Saliguerra viro fortiſſimo eã acerrime aliquã-
diu defendẽte. Capta aũt Azoni Eſtẽſi q bello in-
terfuerat eccleſiæ noĩe gubernãda cõmittit. Salu-
tis noſtræ ãno milleſimo.cc.ac.xl. At vero ĩpera-
tor qui tũ Piſis erat cũ non ſatis ſibi conſtaret, qui
partes ſuas quę põtificis ſequerẽt: ciuitates italiæ
in duas factiones tum primũ diuiſit. nam qui pon
tifici fauebant guelphi, qui imperatori gibellini
appellati ſunt. Hæc quidẽ teterrimarum factionũ
noĩa ad perniciẽ humani generis inuenta. Primũ
apud Piſtorienſes audita ſunt cum cancellarij Pã-
zaticos gibellinos ab vrbe eieciſſent, cumque al
teri factioni guelphi, alteri gibel theutonici fra-



tres fauerent, vnde tantę perniciei nomina indi-
ta ſunt. Florentini p̃terea nobiles ſuos Piſanis gi-
bellinarum partium fauentes in exilium eijciunt
pellunt & guelphos viciſſim ab vrbe ſua. Areti-
ni & Senenſes quorum exempla multæ ciuitates
Italię ſecutę bella pluaq; ciuilia inter ſe cõmiſere.
Hic multę ciuitates a põtifice deſciuere tũ in Vm
bria, tũ ĩ hetruria, p̃cipue aũt Viterbienſes. Defe-
ciſſent etiã romani ciues ni põtifex delatis per vr-
bem ſupplicando apoſtolorum capitibus popu-
lum ad commiſerationem mouiſſet, habita etiã
in baſilica ſancti Petri oratione digniſſima qua
tumultuantes ita in ſentẽtiam ſuam traxit vt eos
impulerit Pro eccleſia dei crucem & arma ſuſci-
pere. Ii poſtea venientem hoſtili agmine ad vrbis
mœnia federicũ armis ſubmouere. Qui indigna-
bũdus captiuum quemq; varijs cruciatibus necãs
in Samniũ conceſſit. Beneuentũ vi captum diri-
puit, ac mœnia circũquaq; euertit. Iterum autem
ad vrbem rediens via latina hoſtili animo Caſſi-
nenſe monaſterium ſpoliat eiectis inde monachis:
Sorã quę quondã Samnitium ciuitatẽ ad liris flu
uij caput ſitam ferro flammaq; vaſtat. Templa-
riorum bona vbiq; diripit. Saracenos vero adeo
dilexit, vt eorum opera præ cæteris in bello vte-
retur, magiſtratuſque eis ac propriam vrbem
conceſſerit, quæ noſtris quoque temporibus Nu
ceria Saracenorum vocatur. Fratrẽ p̃terea regis
Tuniſij panhormi baptiſmum petentem ne id fa
ceret verbis deterruit. Rauẽnam autẽ repentino
incurſu petitam in poteſtatẽ ſuam redegit. Hanc
ob rẽ Gregorius cõciliũ apud lateranum indixit,
in quo de abrogando federico ratio haberetur.

*Crudelitas Federici.*

Verum Federicus terra mariq; vias pręcludit,&
quoſdam Cardinales ac prę latos de via & naui-
gatione captos adiuuãtibus Piſanis in carcerẽ cõ-
iecit. Qua ex te tãtum dolorem Gregorius cepit,
vt non diu ſupuixerit. Moritur eñ põtificatus ſui
anno.xiiij. menſe tertio, cũ pauloãte ſolis eclypſis
tanta apparuiſſet quãta nunq; antea. Raymundũ
autem barchinonenſem, quo adiutore in cõpilan
do libro decretalium gregorius vſus eſt, ita qui-
dam tum laudant vt maiore cõmendatione lau-
dare nemo poſſit.

## Celeſtinus iiij.

CEleſtinus. iiij. patria Mediolanenſis e fa-
milia Caſtilionum epiſcopus Sabinus vi
ta & doctrina inſignis ſenex admodum
& valitudinarius in locũ Gregorij ſuffe
ctus.xviij. pontificatus ſui die moriens in baſilica
Petri ſepelitur magno ſui deſiderio relicto, q̃ ho-
mines ſperabant ſe eius pontificatu fœlices futu-
ros. Vacat tum ſedes vno &.xx.men. Cẽſuere eñ
qui tum auctoritate in eccleſia dei valebant nemi
nem in pontificem eligendum eſſe donec Cardi-
nales a Federico in carcere detinerentur. Interim
vero ſede vacante Federicus agrum picenũ per-
currens in Flammineam vſq; Fauentiã & Bono-
niam aliquantulum reſiſtentem vi occupat. Scho
lamque Bononienſem quibus admodum infen-
ſus erat tum primum Patauium tranſfert. Om-
nes pręterea quos fautores eccleſię ĩtellexerat va
rijs calamitatibus afficit. Balduinus aũt Conſtan
tinopolitanns imperator omiſſa ſpe omni bene
gerendæ rei in Aſia cum Raymundo Tholoſano
comite in italiam veniens, tantum p̃cibus valuit



& auctoritate apud Federicum qui tum Parmæ
erat, vt Cardinales captiuos alioſq; eccleſiaſticos
incolumes dimitteret. Qui nõ ita multo poſt A-
nagnię cõuentu habito de creãdo nouo pontifice
rationem habuere.

## Innocentius iiij.

INnocẽtius quartus Synebaldus
antea vocatus patria Genuenſis
familia Fliſca e lauainæ comitib9
Anagniæ põtifex creat: quo nun
tio Federicus ĩpator nõ admodũ
delectatus eſt. Notat eñ hoĩs vir
tutem magnitudinemq; animi antea namq; ſimul
familiariter aliquandiu vixerant & ob eam rem
verebatur ne a ſe ante actę vitæ rationem expo-
ſceret. Quare congratulantibus amicis dixiſſe fe
runt, Synebaldum Cardĩalem ex amico optĩo in
hoſtem acerrimũ ob põtificatum mutatum eſſe.
Innocentius aũt pontificiũ habitum indutus Ro-
mã veniens ꝓdeunte obuiã honorato quoq; ma-
gno omniũ applauſu ſuſcipitur, qui ſtatim pera-
ctis quę de more in conſecrandis coronandiſq; põ
tificibus fieri conſueuerunt de pace cum Federico
incunda mentionem facit Balduino ad rem con
ficiendã auctoritatem ſuã interponente. In longũ
ver opro tracta res. iiij. menſium tẽpus inſumpſit:
Conuentumq; inter eos tãdem vt pontifex ciui-
tatem Caſtellanã petens eo loci ĩperatorem ope-
riretur, ſe eũ de componendis rebus ſermonẽ ha-
biturum. Verum cum innocentius paratas ſibi a
Federico inſidias tum. Romæ tum in itinere cer-
to indice comperijſſet. Genuẽſium nauigio fretus
quod apud centum cellas in portu conſederat in

Franciam proficiſcens ſecunda nauigatione vſus
Lugdunum peruenit ab omnibus benigne & co-
miter ſuſceptus. Concilio deinde eo loci indicto
anno ſalutis milleſimo. cc. xlvi. literis nūtijs præ-
cone poſtremo īperatorem ad ſe citat propoſita
pœna dicto obtemperet. Imperator autem Si-
nueſſanū quendā iure conſultum eo mittens ni-
hil aliud præter dilationem temporis a pontifice
petens iturum ſe breui pollicetur. Datum eſt tem
pus quo id fieri deberet, Verum cū Federicus fal
lendi arte callidus occaſionem calumniādi & op-
primendi innocentij quęreret omnium conſenſu
imperio & regnis Priuatur. Hanc ob rem Federi
cus ira incenſus ædes ac villas cognatorum quo-
rundam innocentij qui eius monitu Parma vbi
fundos habebant Placentiā cōmigrauerant dirui
iuſſit. Inito deinde fœdere cum duce Burgundiæ
proficiſci Lugdunum inſtituit parato ingenti co
tatu. Peruenerat iā quidem ad Thaurinos cum ei
nunciatum eſt Parmenſes exules ſuperatis ad Ta-
rum fluuiū ciuibus ſuis Vrbem vi ingreſſos ma-
ximam cædem edidiſſe. Hanc ob rem Federicus
omiſſo itinere quod ceperat conuocatis ex tota
italia copijs ſuis quę ad. lx. millia hominum fuiſſe
conſtat obſidere Parmam inſtituit ad quam tuen
dā magna profecto ciuitatum ſociarum cum lega
to apoſtolico auxilia conuenerat. Is autem biēnio
conſtanti anīo obſidionem paſſus tandē erūpens
Federicū nil tale metuētē fūdit fugatꝗ eūque ca
ſtris rerum omniū copia refertis ſpoliat. In vrbis
enim modum caſtra vallo ac foſſa Federicus ipſe
hac mente munierat, vt direpta & euerſa Parma
in quam magnū cōceperat odium eo loci vbi ſta



tiua habuerat nummoſꝗ conflarat victorinos ap
pellatos victoriā vrbem conderet. Sunt qui ſcri-
bant Federicum ea clade & coronā maximi pre-
cij & vaſa aurea magni ponderis amiſiſſe ægreꝗ
ex tāta calamitate ad cremonenſes cōfugiſſe quo
rum tamē vrbem intrare nequaꝗ auſus eſt quod
multi ex cremonenſibus cum Federico militanti
bus eo prælio ceciderant. At vero innocētius vbi
intellexit Federicum tanta clade infractū animo
voluptatibus ſeſe dediſſe extructis amœniſſimis
ortis in eiſdemꝗ incluſo cū ſpadonibus ſuis pul-
cherrimarū mulierū agmine hominis ſortem mi-
ſeratus omiſſo concilio legatos per frāciā & alias
prouīcias miſit qui populis ſuaderēt militiā chri-
ſti ſuſcipere. Lodouicumꝗ regem franciæ ſequi
in Aſiā traijcere properantem. Id enim ſe factu-
rum Lodouicus dum graui valitudine cruciare-
tur pollicitus eſt & vouit: impedire tamen hanc
expeditionem non nihil viſi ſunt tartari, qui ag-
mine bipartito Europam tum & aſiam inuaſerāt.
Nam qui aſiam petiere Georgianē ſuperioremꝗ
Armeniam peruagati iconium vſꝗ Thurcorum
regiā peruenere. Alia vero manus batone duce
Poloniam & vngariam populati ad mare ponti-
ficū deflexere. vbi Ruſſiē ſiue Rhutemā & Gazā
ampliſſimas regiones vaſtarunt. Eodē quoꝗ tem
pore groſſonij gens arabica Soldano babylonis
impāte Tēplarios aggreſſi eos fundūt ac hieroſo-
lymā facile capiūt mœnibus carētē, xp̄ianos qui hieroſolyma capit.
tum in ea erant trucidāt. Sepulchrum xp̄i quouis
genere turpitudiuis fœdāt. Hāc ob rē motus In-
nocētius Lodouicū regem accelerare iter in Aſiā
cohortatur cum eo exercitu quem ad eam com-

pārāuerat. In cypro hyemare ei neceſſe fuit, quia
eo iniquo anni tēpore peruenerat. Vere autē ap-
petente. Damyatā cōtēdēs & claſſem ſoldani rep
pulit: & pugnātes in littore terreſtres hoſtiū copi
as ſuperat ibiqꝫ ſtatiua tam diu habuit donec ab
Italia reliquæ copię ſubſequerentur. Quo minus
autem ex italia eo miles proficiſceretur Federi-
ci rabies effecit: qui a libidinibus quibꝰ aliquā-
diu īmerſus fuerat ad arma cōuerſus totā prouin
ciā tumultu cōpleuerit, impuleratqꝫ quaſdā ciui-
tates ſtudio partium a pōtifice deſciſcere maxime
vero forliuiēſes Ariminēſes vrbinates ac totum
picenum. In vmbria pręterea defecerāt oēs præ-
ter tudertinos peruſinos aſſiſſiates. Soli aūt florē-
tini ī hętruria pontificē ſequebantur quos certe a
deo bello federicus vexauit vt tandē eos coege
rit guelphos cōciues ſuos ab vrbe pellere. Bono
nienſes vero cum henrico federici pręfecto pu-
gnare auſi hominē vincūt & obtruncāt. Sunt aūt
qui ſcribāt federicum hoc tēpore dum ī ſiciliam
traijcit pāhormi mortuum. Alij vero affirmāt eū
in appulia graui morbo laboraſſe & iā cōualeſcē
tem a Māfredo filio adoleſcente ex nobili cōcubi
na ſuſcepto cōpreſſo vi ore mori coactū illud cer
te cōſtat federicum paulo ante mortē māfredo
quē tarentinis principē dederat multa etiā oppi-
da pręter ipſum principatum dediſſe conradum
vero ex Iole ioannis hieroſolymitani regis filia
ſuſceptum hæredē rerum omnium reliquiſſe quē
poſtea māfredi opera veneno petitum cōſtat: cū
tamen prius Neapolim & Aquinum vi captū di
ripuiſſet. obſtāte pōtifice & fruſtra reclamāte qui
pacem Italiæ ea mente querebat: vt ei trāſmitte-



re militem italum ad Lodouicum iam Damya-
tam oppugnātem liceret. Verum capta Damya-
ta cum Robertus pictauienſis comes nouas ex gal
lia copias traieciſſet Damyata mouens ad Phar-
mianā vrbē exercitum mouet: quo Soldanus cū
magnis copijs id veritus iam peruenerat: fluuius
certe duos exercitus dirimebat. qua ex re factum
eſt vt nūquā collatis ſignis ad ſummā dimicatio
nem vētum ſit leuia īterdum cōmittebātur pręe-
lia, vtroqꝫ exercitu caſtra ſua tuente. Robertus ta
mē maiora auſus cum temere progrederetur ab
hoſtibus capitur. at vero innocētius incendijs bel
lorum iā pene in italia extinctis ad vrbē redire in
ſtituit Redacto tamē prius in ſctōrum numerum
hedimūdo cōfeſſore cātu ariēſi epiſcopo: Cū ve-
ro peruſiā iam perueniſſet romā cōſulto declinās
ob ſenatoriam poteſtatē quæ nimia ei ac curię Ro
manę videbatur Petrū verōnēſem ordinis præ-
dicatorum ab hęreticis Mediolanū & comum in-
tercęſum in ſctōs chriſti martyres retulit. Idē fe-
cit de ſancto Staniſlao cracouienſi epiſcopo qui in
vita miraculis claruit. Accerſitus deinde a proce
ribus regni ſiculi Neapolim nuper inſtauratā ſta-
tim proficiſcitur ibiqꝫ moritur: ac ſepelitur in ec-
cleſia ſctī Laurentij pōtificatus ſui anno. xi. menſe
vi. die. xij. Dū breui ſe toto regno potiturū arbi-
tratur. ipſius autē innocentij viri optimi decretū
fuit: vt octaua natiuitatis beatæ Marię virginis in
eccleſia dei quotānis celebraretur. Idem vero bo
no cōſilio vſus Cardinaliū ſedes iā pridē vacuas
optimo quoqꝫ in collegiū cooptato repleuit ſtatu
itqꝫ vt Cardinales equo ī publicū vecti galero ru
beo vterent̄ honeſtādi ordinis cauſa. Multa quoqꝫ

Hedimundus canonizatur.

Petrꝰ martyr.

Decreta innocētij.

Cardīales galero rubeo primo vſi ſūt

vir doctiſſimus ī tāto rerū faſtigio collocatus edi

**Decretales.**

dit & cōpilauit. Apparatus nāq; decretaliū cōpo
ſuit: quo ipſi Canoniſtę plurimū vtuntur. cōti-
nent em̄ diſputationes quaſdā quæ rē ipſam mi-
rifice aperiunt. Edidit & aliū in cōciliis approba
tum: quē Hoſtiēſis in ſumma ſua Auctenticas vo
cat. Scripſit & librū de iuriſdictione īperij & au-
ctoritate pōtificis cōtra Petrū quēdā cognomē-
to Vineā qui imperij & aliarū rerū oīm arbitriū
imparatori tātum aſcribebat. Hunc librū poſtea
Innocētius apologeticū vocauit. Doctorū quoq;
virorū familiaritate mirifice delectatus eſt quos
etiā ad dignitatis gradū euexit. Vgonē em̄ vita

**Vgo cardinalis.**

& doctrina inſignē ſancti Sabinę Cardinalē pro-
mulgauit: qui ob dignitatē acceptā a priore vita
nuſquā diſceſſit ordinis ſcti Dominici prius habe
batur. Scripſit idē Vgo & gloſas in Bibliā & cō-
cordātias vt iſtorū vocabulo vtar. Huius quoq;
pōtificis tēpore & madato Alexāder ordinis mi

**Alexander des hales.**

norū frater qui iā grādis natu religionē ingreſſus
fuerat: ſummā in theologiā ſcripſit admodum co
pioſam. Edidere & libros ſuo tēpore in decretales
quos appatū vocarūt bernard⁹ parmēſis & cōpo
ſtellanus viri doctiſſimi ad hāc laudē diligētia &
benignitate innocētij excitati. Pōtificis vero nepos
gulielmus patruū nō multo poſt ſequitur: cuius
quidē ſepulchrū ī ſctō Laurētio extra muros ad-
huc cernitur.

## Alexander IIII.

ALlexāder. iiij. natiōe Cāpanus (nā herni
cos olim nunc Cāpanos vocāt) patria
Anagnimus in locū Innocētij ſuffectus
Manfredum ſtatim admonet: nequicq;
quam contra dignitatē ecclesiæ moliatur: qui ac-



cerſitis a Nuceria Saracenis copias eccleſię nil ta-
le metuētes apud foſſam aggreſſus partī occidit
ptī cepit: iā pridē animos regios gerēs mortuo,
vt ipſe fingebat: Caradino: cuius ſe hęredē merito
futurū dicebat. Xpiani aūt (quos diximus) ad pha
ramiā caſtra habuiſſe peſte ac fame laborare cœpe
rūt: pte nili ab hoſtibus occupata per quā comea
tus in caſtra vehebātur eo em̄ hieroſolymitanus
patriarcha cum multis nauigijs pfectus ab hoſti-
bus capit. Hāc ob rē Lodouicus ne fame opprime

**Lodouic⁹**

retur Damyatā repetēs ī maximas incidit hoſtiū
copias a quibus bello ſupatus cū Alphōſo Picta-
uiēſi & Andegauiēſi comite fratribus Germanis
capit vtrūq; īterfecto a ſuis poſt tātā victoriā ſol-
dano alter qui ei ſuffectus eſt recuperata damya-
ta & accepta pecunia xpianos oēs liberos & inco
lumes ptolomaidam perduxit. Lodouicus autem
rex ſuadente Alexādro pōtifice remiſſis ī patriā
fratribus tā diu in Aſia cōmoratus eſt: quoad cæ
ſarea Ioppe & ſidon quæ oppida chriſtiani de Sa-
racenis nuper receperant inſtaurata pręſidijs fir-
marentur. Tum demum vero ſexto expeditiōis
ſuæ anno in patriam reuertitur. Interea quidem
Alexander pontifex excommunicato Manfredo
Anagniā profectus: Octauianum Vbaldina gen
te ortum eccleſiæ Romanæ Cardinalē neapolim
mittit, qui Neapolitanos contra Manfredum in
fide cōfirmaret pollicitus ſe breui cāpanis omni-
bus ac Neapolitāis auxilium allaturum. Sed Mā-
fredus non cōtentus Neapolitanos vexare in he-
truria quoque factiones mouent: maximæ vero
Florentiæ quæ mortuo Federico ſtatim in liber-
tatem ſeſe vindicauerat, vnde communi decreto

placuit Guelphos ſub federico eiectos ĩ patriã re-
duceret qui Gibellinorum conatibus reſiſterent.
Hac itaqꝫ ratiõe Guelpha factio tãtum ĩ hetruria
valuit vt piſtorienſes Aretinos Piſanos Senenſes
qui guelphos ciues ſuos eiecerant graui odio &
maximis bellis perſequerentur. Lucenſes contra
Piſanos potiſſimũ adiuuãtes: quos certe Florenti
ni tum oppreſſiſſẽt ſuperatos ad Anſerim fluuiũ,
niſi Bonicij oppidi ſuſpectã fidẽ habuiſſent. erat
enim Bonitiũ in valle Helſę ſitum a Senis duode
cim millibus paſſuũ diſtãs loco natura & arce mu
nitum: quo quidẽ gibellini vt arce belli in guel-
phos vtebãtur: hoc vi ſublato & euerſo Florẽtini
cõtra quos mãfredus ſenſerat Alexãdro põtifici
Mãfredi aduerſario copias pollicerentur. Hãc ob
rem Mãfredus iã Pãhormi rex declaratus: cõdu-
cto Saraceno milite & legatũ apoſtolicũ magnis
cladibus attriuit: & Iordanem copiarum ſuarum
pręfectum cum mille & quingentis equitibus in
auxilium Senenſium cõtra florentinos miſit: qui
nõ ita multo poſt florentinos ad arbiã flumen tã-
ta clade ſuperarunt: vt relinquere vrbẽ hoſtibus
ſint coacti. Non deſtitit tñ põtifex tyrãnos vbiqꝫ
locorũ perſequi. cum enĩ Eccelinus tyrãnus (quẽ
diximus) totã fere Venetiã occupaſſe Mãtuã ob-
ſideret, Philippum fontanenſium archiepiſcopũ
Rauẽnatem Alexãder Venetias propere miſit: q
prędicata chriſti cruce cõparatoqꝫ exercitu An-
ſelmum eccelini ex vxore nepotẽ e Patauio expu
lit. Hãc ob rem eccelinus Mantuam obſidiõe ſol-
uens ac Veronam concitato gradu petens cũ re-
cuperandi Patauij ſpẽ omnino omiſiſſet: Pataui-
nos oẽs (ad duodecĩ millia fuiſſe ĩ caſtris ſuis cõ-



ſtat) varijs cruciatibus necauit. Tum vero theo-
logi quidam ordinis minorum Brixiani miſſi eo
prędicando ciuitatem deduxere: vt & guelphos
extorres reciperent & partes eccleſiæ ſequerẽtur.
Idem quoqꝫ Placẽtini & cremonẽſes feciſſent, ni
Obertus pallauicinus dominatum adiuuantibus
gibellinis occupaſſent. In hũc vero & Eccelinum
velli ſocium legatus apoſtolicus Brixia mouens
adiuuãtibus guelphis: apud Cambaram magnã
accepta clade ſuperatur capitur & cum epiſcopo
Brixiano, & factiõis guelphæ optimatibꝰ. Quos
omnes Eccelinus accepta prius Brixia incolumes
ſtatim dimiſit. Anno ſalutis milleſimo. cc. lix. le-
gatus autẽ apoſtolicus veritus ne Eccelini poten
tia ſupra modum creſceret ſeiungere Obertum
pallauicinum ab Eccelino inſtituit. Id autẽ potiſ-
ſimum per Boſum Doarium ciuem cremonẽſem
& domi nobilem tẽtat: qui obertum ĩpulit propo
ſita cum deteſtatiõe Eccelini crudelitate & ſæui-
tia: vt omiſſo Eccelino cum Mediolanenſibus &
Mãtuanis alijſqꝫ ſocijs ciuitatibus fœdus iniret. Tũ
vero Eccelinus ita percitus ꝙ oẽs propemodũ in
ſe cõiuraſſe cerneret cõparato ad Caſſanum exer
citu omnẽ inſubriã vaſtãs ſocias ciuitates ad bel-
lum exiuit a quibus nõ ita multo ſuperatus & ca-
ptus Soncini moritur. eo enĩ poſt acceptũ graue
vulnus delatus fuerat. Oẽs itaqꝫ Ciſalpinę ciuita-
tes libertatẽ mortuo tyranno cõſecutæ Alexan-
dri põtificis deinceps auſpicia & monita ſecutæ
ſunt. Legatus autẽ apoſtolicus qui Patauinos in li
bertatẽ vendicauerat reliquias bellorũ perſecu-
tus Albericũ Eccelini fratrẽ Taruiſio pulſum cũ
vxore & liberis obtrũcat. Alexander vero pon-

tifex ſublatis tyrãnis extĩcto tãto incẽdio repete-
re bellũ Aſiaticũ inſtituerat ſed diſcordia ĩter ge
nuẽſes & venetos orta effecit ne tã pium bellum
tãq; neceſſarium ſumeretur. Ptolomaidã Tyrũq;
vrbes admodum diuitijs & opibus præpotentes
xp̃iani tum ĩcolebãt, maxime vero genuenſes, pi
ſani, Veneti mercatores qui per annos iam qua-
tuor &.xl. oẽs fere oriẽtis atq; occidẽtis mercatu
ras eo cõtraxerãt. Ii autẽ mercatores ſępe paratas
habebãt areas ſeparatos vicos portoria propria:
nec quicquã commune inter venetos genuẽſeſq;
apud Ptolomaidã erat pręter diuĩa tẽpla. De mo
naſterio ſancti Sabæ orta cõtentio eſt quod vtra-
ciuitas ſibi vindicare conabatur. Cõponere hãc
litẽ põtifex annixus literas vtriq; dedit: quib⁹ o-
ſtendebat ſibi placere monaſteriũ vtriq; ciuitati
cõmune eſſe debere. Sed genuenſes cognita prius
pontificis volũtate, fretiq; beniuolentia Philippi
mõtiſfortis Vrbis pręfecti excluſo Veneto mona
ſterium capiunt & in arcẽ munitiſſimã redigunt.
Hãc ob rẽ Veneti populariter abeuntes inito fœ-
dere cũ Mãfredo Siciliæ rege cõtra Genuenſes ar
ma ſumũt: eorũq; claſſem duorum triremium &
tres ac viginti magnarum nauiũ in portu Ptolo-
maidę vi irrumpẽtes ĩtendunt: ac monaſterium
ſancti Sabæ eodẽ impetu captũ euertũt. Genuen-
ſes aũt hac calamitate magis irritati q̃ perterriti
cõparata denuo claſſe apud Tyrũ Venetis occur
runt qui de ĩduſtria ſedẽtes in põtũ delati Selim-
briã vrbẽ de ſaraceno expugnatã diripiũt. Interĩ
uero auctis vtrinq; copijs Tyrũ cõmunẽ belli ſe-
dem ab vtroq; cõtẽditur. At põtifex veritus: ne
aliqua magna clades ex hac cõtentione oriretur.

Cõtẽtio ĩ-
ter Vene
tos & ge-
nuenſes.



Legatos vtriuſque populi ac Piſanos ad ſe vocat
cõponẽdæ pacis cauſa: quę prope modũ cõpoſita
erat: cũ nũciatũ eſt ĩter Tyrũ & Ptolomaidã Piſa-
nos ac venetos eo bello ſocios Genuẽſes ĩgẽti cla
de ſupaſſe. xxv. eorũ nauib⁹ parti captis pti ſub-
merſis: atq; victores ptolomaidã: victos tyrũ re-
dijſſe. Ptolomaidę autẽ omnia Genuenſium ædifi
cia diruta, omnia bona direpta fuiſſe, Pulſoq; in-
de ciues omnes. Hãc cladem ita moleſte tuliſſe di
citur Pontifex: vt nõ prius admittere Venetorũ
legatos voluerit: q̃ captiuos Genuenſium incolu
mes dimitterent. Et ne vni tãtum ĩcommodo põ-
tifici mederi neceſſe eſſet, Balduinus ĩperator cõ-
ſtãtinopolitanus, quo ſtãte ſpes aliqua recuperan
dæ terræ ſanctæ ſupererat, de relinquẽda Cõſtan
tinopoli cogitabat. Michael enĩ paleologus duo-
rum Theodori vatari filiorũ ob affinitatẽ ex te-
ſtamẽto patris tutor omni genere ĩiuriarum lati-
nos perſequebat̃ pulſo ex Achaia gulielmo Fran
co, vexatoq; balduĩo & domi & foris armis ac ſe-
ditionibus, Quo quidem abeunte ad tuendã orã
ponticam ab hoſtibus vexatam: Conſtantinopo-
litani ciues nocte concubia Paleologum in vrbẽ
admiſere. Hanc ob rem Balduino & pantaleo pa
triarcha a ponto in Europam flectentes contẽtio
nes bellorũ omiſere. Tum vero paleologus ſubla
to æmulo & hoſte: occiſis clam pueris, imperium
ſibi deſumit. Quod poſt annos octo & quadragĩ-
ta a latinis in græcos rurſum tranſlatum eſt. In-
terea vero Octauianus Cardĩalis Vbaldinus re
Neapolitana parũ fœliciter adminiſtrata ſtatĩ ad
pontificem redijt: qui vbi Clarã virginem ordi-
nis ſancti frãciſci Anagnię ĩ Sanctas retuliſſet vi-

Balduĩus.

paleolog⁹
ĩperiũ oc-
cupat.

B. Clara
canoniſat̃.

terbium ſtatim proficiſcitur pacē inter Genuēſes
& Venetos cōpoſiturus. Qua ī re diutius vexa-
tus eo loci tædio animi tādē moritur: & ī eccleſia
ſancti Laurētij honorifice ſepelitur pōtificatus ſui
anno. vij. Vacat tū ſedes mēſibus tribus, diebus
quatuor. Huius pontificis vita ab omnibus certe
mirifice laudať. Beneficus em̄ & liberalis eſt habi
tus: maxime vero erga pauperes xp̄i & bñ de re
ligione xp̄iana meritos: vnde libellos quoſdā cō-
tra pauptatē editos a q̄dā gulielmo de ſctō amo-
re perpetuo edicto aboleuit. Affirmabat em̄ vir
ille pniciosus paupes religiōi deditos & eleemo-
ſynis viuentes nō eſſe ī ſtatu ſalutis. Cōbuſſit etiā
vidēte curia romana libellū peſtiferū quo auctor
aſſerebat ſtatū gratiæ nō a lege euāgelij ſed a lege
ſpiritus pcedere. Quę opinio ex libris Ioachī ab-
batis ſumpta dicebatur. Hic autē liber a ſectatori
bus euangeliū æternū dicebatur. Ipſe vero Ale-
xander vbi ab externis negotijs vacuus fuit ali-
qd ſemp quod īgeniū ſaperet edidit. nā & Decre
tales epiſtolas cōpilauit: & viris doctis ita fauit vt
eos ad cardinalatū vſq; prouexerit: maxime ve-
ro Henricū Cardinalem Hoſtiēſem virum diuini
humaniq; iuris peritiſſimum. Vſus eſt & magna
liberalitate erga Bartholomæū Brixianum do-
ctorem qui multa in decretales edidit: quibus ex
rebus pręter doctrinā ſingularem & ſanctitatem
magnā conſecutus eſt laudem: eius quoq; opera
redactum eſt tēplum teſtitudineum quod apud
ſanctā Agnetem cernimus ad cultum diuinum,
cum antea Baccho dicatum eſſet: conſecrationē-
que altaris beatæ Conſtantiæ huius manibus fa-
ctā literæ ipſæ indicant in veſtibulo tēpli poſitæ.

Idē hodie ſentit peſſima luteranorum rabies.

Hoſtiēſis.

Bar. Brixianns.



VRbanus quart⁹ ex Trecenſi galli
ca vrbe oriūdus p̄triarcha hieroſo
lymitanus pontifex creatus ſtatī e
gallia milites conuocauit q̄s Mau
fredo ditionem eccleſiæ vexanti
obijceret. Hanc ob rem Iordanis
copiarum Manfredi in hetruria contra guelphos
dux reuocatus in regnum guelphis reſpirandi fa-
cultatem aliquantulum dedit: maxime vero Flo
rentinis & lucenſibus: quos e medio tollere omni
no Gibellini inſtituerant. Laboratur & eadem pe
ſte in Ciſalpina gallia Vberto Pallauicino factio
nem gibellinam vbiq; extollente contrariamq;
deprimente. Tantæ etiam verſutiæ is fuit, vt Bri
xia potitus ſit, vtraq; facttione id approbante: cū
ſe omnibus pariter affuturū oſtendit. Tum ve-
ro Mutinenſes & Rhegienſes Ferrarienſium ac
Bononienſium concilio vſi qui verebantur ne
Pallauicinus omnia occuparet in partes eccleſiæ
declinantes gibellinos ciuitatum ſuarum eijci-
unt: eorumq; bona guelphis Florentinorum ex-
ulibus condonant: quo factio ſua vbique validi-
or haberetur. Fiebant hæc in ciſalpina gallia
pontifice ipſo omnes continuo ad pacem cohortā
te. Apud Conſtantinopolim vero Paleologum
Veneti imperio deieciſſent: niſi ad Genuenſibus
focijs & amicis fuiſſet adiutus. Factus deinde po-
tentior Paleologus capta Monouaſia Venetis et
Guilelmo Achaiæ principi facile reſiſtebat. Para
uerat iam legatum pontifex qui pacem inter Ve
netos & Genuenſes componeret, cum ſubito Mā
fredus comparatis nouis Saracenorum copijs: a-
grū Picenum iam antea nutantem occupat: ponti

ſex itaq; eundem legatum in Galliam mittit: qui
gallos cruce ſignatos iam antea ea de re monitos
mutare iter precibus & pollicitationibus impel-
leret qui certe duce Guidone ep̄o Altiſiodorenſi
in italiam deſcendentes ſuperato ad Brixiam pal
lauicino nemine deiceps reſiſtente Viterbiũ vſq;
peruenere. Vñ non ita multo poſt accepta ponti
ficis benedictione digreſſi ꝑ Vmbros & marſos
iter facientes Saracenos qui eo confugerant facil-
lime ſuperant & ad irim vſq; ꝓpellunt. Eodē quo

**Romani imperio pontificis non morē gerunt.**

q; tempore romani et ſi ditionē eccleſiæ nequaq̃
vexarent: non tamen pontificis imperio obtem-
perabant magiſtratus in vrbe ſuo nutu creantes.
Deſinentes itaq; Senatorē ex ciuitate romana cre
are tum primum ex exteris Brancaleonem bono
nienſem magni animi conſilijq; virum ad tantũ
magiſtratum magno propoſito præmio acciue-
re. Verum poſtea mutata ſententia hominem cō
prehenſum in carcerem conijciunt. Hac autem in
iuria bononienſes moti Romanos quoſdam ca-
ptos non alia conditione dimiſſuros ſe affirmant
niſi reſtitutum in libertatem ciuem ſuum Branca
leonem intellexerint. Tum vero romanis ſuis ca
uentes non ſolum Brancaleonem dimittunt, ve-
rumetiam eundem in priſtinam dignitatem reſti
tuunt, alio etiam ex omni regione Vrbis delecto
magiſtratu quem Bandereſios appellabãt: penes
quem vitę ac necis hominum arbitriũ eſſet. Hac
autem inſolentia ideo vti romanos pontifex in-

**Bãdereſij**

telligebat, ꝙ ſe a Manfredo vexari armis cerne-
rent nec eorum conatibus poſſe reſiſtere. Quare
tyrannos a ceruicibus eccleſiæ aliquando reiectu
rus legatos ad Lodouicum Franciæ regem mittit



qui eum adhortentur: vt primo quoq; tempore
Karolum prouincię & andegauię comitem con-

**Karolus.**

ſobrinum & generum ſuum cum exercitu in ita
liam mittat: ꝙ ſibi in animo eſſet Manfredo pul-
ſo hominem regem Sicilię citra & vltra pharum
creare, feciſſet tum id quidem adeo erat ad tan-
tam rem ob ingratitudinem Manfredi animatus
ni ægritudo a rebus gerendis cum abſtraxiſſet
quod deinceps a ſequenti pontifice poſtea factum
autumãt. Sunt qui aſcribent huius pontificis æta
ti Albertum Theutonicum ordinis prędicætorũ
fratrem: quem ob amplitudinem doctrinę ma-

**Albertus magnus.**

gnum appellant. Qui & omnia opera Ariſtote-
lis commentatus eſt & Theologiam chriſtianam
acutiſſime apperuit ei de paruis naturalibus quã
diligenter ſcripſit. Edidit & librum de coęqueuis
in quo quidem res naturales theologiæ quantum
fieri poteſt per ſimiles oſtenduntur Expoſuit et
magnam partem Bibliæ: euangelia ac Pauli epi-
ſtolas gloſis optimis apperuit. Inchoauit etiam ſũ
mam theologiæ ſed non perfecit. Tantæ pręterea
modeſtiæ fuit: adeoq; lectionũ appetētiſſimus vt
Ratiſponenſem epiſcopatum abnuerit: quem tu-
multu & armis gubernare interdũ opus erat vt
nunc etiam apud Germanos mos eſt: quorum ple
riq; ep̄i enſe & milite rem ſuam tutantur. Priuatꝰ
itaq; Coloniæ aliquandiu Publice legit. Tandem
vero octogeſimum ętatis agens annum eodem ĩ
loco moritur multis diſcipulis ꝗ poſteritati cōſu-
lerēt relictis maxīe aũt Thoma aquinate ꝗ relicta

**Thomas aquinas**

patria iſigniq; cognatiōe (originē eñ e comitibꝰ
Apulię ducebat) coloniã ꝑgēs tm̃ ꝓfecit: vt poſt a
liquot ãnos apud Pariſios primũ in doctrina locũ

teneret. Vbi & quatuor libros in ſnĩas edidit. Scri
pſit & librum contra Gulielmum de ſancto amo
re virum ꝑniciosum vt antea diximus: duos ꝓte
rea libros edidit, quorũ alter eſt de qualitate & eſ
ſentijs: alter vero de principijs naturę. Romam de
inde ab Vrbano accerſitus ſpretis dignitatibus
quæ vltro ei offerebantur totum ſeſe lectioni &
ſcriptioni dedit. Nam & ſcholam Romæ inſtaura
uit & rogatu vrbani multa conſcripſit: & totã fe
re naturalem philoſophiam ac moralẽ commẽta
tionibus expoſuit: & contra gentiles librum edi
dit. Declarauit & Iob cathenamq; auream conte
xuit. Compoſuit & officiũ de chriſti corpore: quo
in opere plurimæ figuræ teſtamenti veteris con
tinentur. Ad Vrbanum pontificem redeo qui põ
tificatus ſui Anno. iij. men. i. die. iiij. Peruſij mori
tur in cathedraliq; baſilica ſepelitur. Vacat tum
ſedes menſibus. v.

## Clemens IIII

CLemens. iiij. Guido Fulcodij antea vo
catus natione Narbonenſis e villa ſã
cti Aegidij merito ob ſanctitatẽ &
doctrinam pontifex creatur. Is enim
iureconſultus totius galliæ ſine con
tentione primarius in curia regia cauſas integer
rime agens vxorẽ & liberos habuit, qua mortua
prĩo Podienſis, deĩde Narbonenſis eṗs poſtremo
Cardinalis omnium conſenſu creatus: ſolus ob in
tegritatem & auctoritatem deligitur qui lites in
ter Henricũ angliæ regẽ & Simonẽ montiſferra
ti comitẽ cõponeret. Poſtea vero põtificatũ ade
ptus: vt quidam tradunt, mẽdicantis cuiuſdã ha
bitũ indutus Peruſium incognitus ꝑuenit: eo de



inceps profecti cardinales quẽ etiã abſentẽ in põ
tificem delegarent hominẽ ipſum Viterbium ho
norifice perducũt. Karolus autẽ (quẽ diximus) ab
vrbano in regnum accitum cũ. xxx. triremibus
Maſſilia ſoluens tyberi amne ſubuectus Romã in
greſſus tãdiu Senatorium munus mandato ponti
ficis obiuit quoad ſuperuenere Cardinales a pon
tifice miſſi qui hoĩem in lateranenſi baſilica Hie
ruſalem & Siciliæ regem declararunt: hac condi
tione vt karolus ſacramento adactus quotannis
feudi nomine. xl. milia numum aureorũ eccleſiæ
romanę ꝑſolueret: neue imperiũ romanum etiã
vltro oblatũ acciperet. Magna enim de imperio
contẽtio tum orta erat inter Alphonſum regem
Caſtellę imperium armis & largitione quęrentẽ
& Cornubię comitẽ regis Anglię fratrem ad quẽ
electores non facile reſpiciebant. Ne igitur Man
fredo ſpes vlla ſubeſſet diſcordiarum inter Al
phonſum & Karolum ad quẽ magna pars homi
num imperium deferebat, ſublata ferendi facul
tate, pontifex hominẽ in Manfredum concitabat
eccleſię Romanę contẽptorem. Iam enim Karoli
copiæ ſuperatis alpibus in Ciſalpinam deſcende
rant: factoq; per Flamineam itinere oẽs factionis
Guelphæ milites Romã vſq; ꝑducerẽt. Vnde Ka
rolus mouẽs & Ceperanum capit pulſo inde Mã
fredi præſidio: & ſaltum Caſſinatum occupat: quẽ
Manfredus ipſe cuſtodiendum acceperat. Quãq;
deinceps mutato conſilio Beneuentum profect⁹
expectare hoſtẽ in planis patentibuſq; locis inſti
tuerat: ꝙ plurimum equitatu valeret. Mouit & eo
Karolus & facta pugnãdi copia licet ex itinere feſ
ſi milites eſſent pręliũ non detrectat. Ciet vterq;

Propheti
a pontifi
cis.

dux ſuos in pugnam. Verum dum Karolus labo
ranti ſuorum turmę intentius, vt fit, ſuccurrit ex
equo conſternatus: ita hoſtium animos auxit: vt
Manfredus extra ordinem incautius pugnans in
terfectus apparente ſubito karolo fortunam bel
li ſtatim mutauerit: ex ſuis enim in fugam verſis
multi interfecti ſunt plerique vero viui capti. Ka
rolus autem tanta victoria potitus Beneuentum
mouens vrbem dedentibus vltro ciuibus ingre-
ditur. Nuceriam deinde oppuugnare adortus
quo ſe noui vetereſqꝫ ſaraceni receperant magi-
ſtrum militiæ ſuę quem Mareſcalllum vocant: cū
quingentis equitibus in hetruriam mittit: qui
Guelphos extorres in ciuitates ſuas reduceret. Is
itaqꝫ profectus abeuntibus ſponte Gibellinis ma-
giſtratum ſine prouocatione Florentię conſtituit.
quā accolæ factionis Guelphæ capitaneos vocāt.
Inde vero in ſenenſes mouens omnes Gibellinos
hetruriæ: maxime vero piſanos in ſe cōcitauit: dū
ad Bonitium caſtra habet quod Gibellini acriter
defendebant. Karolus autem vtroqꝫ regno in pō
teſtatem recepto excepta Nuceria: Saracenis tan-
dem pacem concedit permiſſis etiam ſuis legib⁹
in italia viuere. ipſe vero cū exercitu vocante pō
tifice Viterbium ſe contulit: quo & Hēricus a fra
tre rege Caſtellę pulſus pauloāte ꝓuenerat: quem
pontifex karoli cōmēdatiōe motus & multis mu
neribus donauit: & ſenatorē vrbis creauit. Karo-
lus autem in hetruriam mouens Gibellinos domi
turus qui Conradinum adoleſcentem Conradi
Sueui nepotem in italiam contra guelphos voca-
bant Bonitium egregie defenſum & natura mu-
nitum cum vi capere non poſſet fame ad deditio

Mareſcal-
lus magi-
ſter mili-
tię.



nem cōpellere inſtituit quo tandem poſt longam
obſidionem recepto in Piſanos mouēs Mutroniū
eorum oppidum captum. Lucēſibus dono dedit.
Moliturus etiam maiora tum Karolus videbatur
niſi a ſuis in regnum ꝓpere vocatus fuiſſet ob fa-
ctioſos quoſdam: qui Conradini rebus fauebant:
maxime vero Saracenos quos deinceps munitiſſi
mis caſtellis in Nuceria concluſit quo ei tutius in
Conradinum Proficiſci liceret quem piſani in re-
gnum deducere conabantur. Vaſtatis prius Lu-
cenſium apris ſuperatoqꝫ atqꝫ īterfecto apud Are
tium karoli mareſcallo, adiuuante pręſertim Gui
done ferretano totiuſque Ciſalpinæ facttione gi-
bellina. Ferunt pontificem dum adoleſcens per a
grum Viterbienſem iter in regnum faceret eius
caſum miſeratū ꝓphetica voce dixiſſe Conradi-
num ipſum vt victimam ad cædē duci. Is itaque
Romā ꝓficiſcēs Hēricum ſenatorē ad pontē Mil-
uiūcū populo ro. obuiū habuit imperatoris nomi
ne ſæpius acclamato: timore ne id fecerint an ſtu-
dio partium haud ſatis conſtat. Dimiſſo aūt Ro-
mæ Guidone Ferretano īpe cū exercitu ī regnū ꝓ
perans vbi ītellexiſſet Karolū ſaltus Hernicos la
tināque viā occupaſſe, Flexit inde ad Equicolos
montes quos Tagliacocij vocant. in Marſos profe
ctutus. caſtra itaque prīo non longe a lacu poſuit
fere aquæductum vetere edificiorum ruina mu-
nita. Mouerat & eo Karolus. x. inde ſtadio ad cōca
uæ vallis fauces caſtra locans: qui Alardi Nea-
politani conſilio vſus (Is em̄ cū germanis diu mi-
litauerat) partē exercitus ſtatī p̄miſit cū mareſcal
lo regia veſte induto laceſſendi hoſtis cā, īpe vero
citra collē cū fortiſſimo quoqꝫ in inſidījs bene ge-

prophetia
pontificis

rendæ rei occaſionē interim expectabat. Ad tris
aūt horas iam pugnatum erat dubio marte cum
Mareſcallus fortiſſime pugnans occiditur : cuius
in morte cedentib9 Gallis Germani ferociores fa
cti paſſim ſine vllo ordine inſequebantur. In hos
itaqꝫ incompoſite ruentes karolus delatus ſtatim
fundit fugatqꝫ magna in fuga edita hoſtium ſtra
ge. Henricus autem ſenator reate in fuga captus
eſt & Conradinus cum duce Auſtriæ cognitus dū
traijcere tyberim nauigio ī hetruriam tentat ad
Karolum pertractus capitali ſupplicio afficitur:
quod (vt diximus) pōtifex futurum propediem
diuinauerat. Karolus itaqꝫ anno ſalutis mileſimo
cc.lxviii. tanta victoria potitus totoqꝫ regno ſine
contētione in poteſtatem ſuam redacto: Romam

Karolus rex Senatoriū munus adminiſtrat.

ꝓficiſcēs Senatorium munus volente pontifice
aliquādiu adminiſtrauit: miſſo Mareſcallo ſuo in
hetruriam cuius certe induſtria et opera pax iter
ſenenſes & Florentinos compoſita eſt. Verū mor
tuo clemente pontificatus ſui anno tertio die. xxi
eodēqꝫ Viterbij ſepulto tanta repēte nō ſolum in
ter populos Italiæ quos aliquantulum in officio
ſanctiſſimus pontifex auctoritate ſua continebat
verū etiam inter cardinales diſcordia orta eſt de
creando nouo pontifice vt biennio ſedes vacaue
rit. Tum vero Karolus oīa circūſpiciens ne quid
mali eccleſiaſticæ ditioni obueniret cum parte ex
ercitus in hetruriam profectus Bonitium oppidū
vnde initium turbandæ pacis ortum eſt captum

Bonitiuz Florentinis venditur.

Florentinis vēdidit, quo demolito nouum haud
longe in plano condidere Poggium Bonitiū ap
pellatum. Karolus deinde inita cum Piſanis pace:
quorum nauigijs in Aphricam traiecturus vtiī



ſtituerat redire in regnum cōſtituit: relicto cum
parte copiarū in hetruria Ruffo Anguilariæ co
mite qui hetruſcos in officio cōtineret. Interim au
tem Lodouicum regem Maſſilia ſoluentem tres
filij adoleſcentes rexqꝫ Nauarræ Theobaldus &
comes Cāpaniæ cū legato apoſtolico ſecuti ſunt.
Tuniſiū itaqꝫ ſimul applicātes Vrbē obſidiōe cin
gunt incurſionibus oīa circūquaqꝫ poſita vaſtan
tes. Verum orta in caſtris peſtilentia ac diutius ꝑ
ignota capita vagata Lodouicum regē cum filio
minore natu: cūqꝫ legato apoſtolico e medio ſu
ſtulit, cuius in locum Philippus filius ſuffectus de
diſceſſu cogitare iā ceperat. Superueniente autē
Karolo ſiciliæ rege hac conditione pax cōpoſita
eſt: vt dimiſſis vtrinqꝫ captiuis rex gentis karolo
tributum pēderet Liberāqꝫ in Aphrica xp̄i prędi
cationē fineret. Reductis deinde in Siciliā copijs
mortuo apud drepanum rege Nauarræ & Cāpa
nię comite: Philippo & karolo placuit: partim pie
tate motis partim vitādę contagionis cauſa Cen
tumcellas adnauigare: inde terreſtri itinere Vi
terbium ituri vbi de eligendo pontifice Cardina
les adhuc contendebāt. Qui certe tātorum regū
pręſentia moti Theobaldum Placentinum Leo
dienſem archidiaconum abſentem pontificē crea

Clemētis cōmēdatio.

runt. Ad Clementem redeo cuius vita omni ex
parte laudāda eſt: doctrina pietate religione hu
manitatē modeſtia charitate ī proximum & pau
peres chriſti. Bona autem eccleſiæ ita accurate di
ſpenſauit: vt plus deo quam affinitati & cogna
tioni tribuiſſe videat. Duas habuit filias ex mor
tua vxore ante pontificatum ſuſceptas quarum
alterę: in monaſteriū collocatę. xxx. libras Turo

nenſium paruorum dedit: alteræ autem quæ ma
(Mirum de bñficiorũ pluralitate.)
rito ſuæ cõditionis nupſerat. ccc. libras Turonen-
ſium dotis nomine numerari iuſſit: hac cõditione
ne quid vnquã amplius peteret. Habuit & nepo-
tem clericum quem vbi cõperit tres prebendas
(ita enim canonicatus vocãt) habere optionem fa
cere compulit vt quã vellet ex his retineret duas
relinqueret. Verum inſtantibus amicis vt non ſo
(notẽt iſtĩ pontifices & nihil tñ faciant.)
lum quæ habebat nepoti dimitteret: ſed maiora
& plura tribueret reſpondit vir ſctiſſimus (quem
vtinã noſtrę ætatis põtifices imitati eſſent) ſe deo
non autem carni & ſanguini acquieturũ. Deum
ita velle vt ſua in pias cauſas erogarentur. Nec
eſſe dignum Petri ſucceſſorẽ qui plus cognatio-
ni q̃ pietati & chriſto tribueret: Dum autem Vi-
terbii eſſet referretq; quotidie Ednigẽ Poloniæ
(Ednigeſ inter ſãctas annumeratur.)
duciſſam iã pridem mortuã miraculis ſummo in
precio eſſe eã in ſctãs retulit. Delectatus eſt etiam
mirifice doctrina Bonauentutę ordinis minorum
generalis qui grauiter & copioſe cõſcripſit in. i. ij.
iij. & iiij. ſentẽtiarum librum. Hac autẽ cõmenda
tione moriens vir ſanctiſſimus magnũ ſui apud
oẽs deſideriũ reliquit. Hic contẽtio iter Cardina
les orta eſt cũ dignus Clementi ſucceſſor quærit.

## Gregorius X.

De hoc põtifice hoc diſtichõ vulgo enarratur
Papatus munus tulit Archidiaconus vnus:
Hunc patrem Petrum fecit cõcordia fratrum.

GRregorius. x. Theobaldus antea vo
catus natiõe Italus patria Placenti-
nus Leodienſis archidiaconus ĩ A-
ſia exiſtẽs Viterbij a collegio Car-
dinaliũ põtifex creat. Eo eñi tẽpore



quo Lodouicus ĩ Aphricã nauigauit Herdardus
regis Angliæ filius ex Anglia cũ ingẽti claſſe in
Aſiã traiecit recuperãdę terrę ſanctę cauſa. Verũ
dũ Ptolomaidę tãdiu ĩmoratur quoad Lodoui-
cus rex Franciæ vt pollicitus erat ex eo Aphrica
(Crudelitas familiaris Arſacidæ.)
victor traijceret ab arſacida familiari dũ ſolus in
cubiculo eſſet tribus vulnerib⁹ petitus ęgre mor
tis periculũ euaſit adiuuãte altero familiari q ma
nũ ſiccarij tandiu retinuit donec a domeſticis di-
ſcerptus & extractus e cubiculo ſceleratus arſaci
da eſt. Herdardus aũt vbi ex vulnerib⁹ cõualuit
Theobaldũ cõtubernalẽ ſuũ magno ſemp̃ in pre
tio habitũ quippe qui oẽs reges & prĩcipes chri-
ſtianos cõtinuo ĩ Saracenos aĩauerat iturũ Romã
põtificatus gr̃a a cardĩalibus accitũ nauigio pecu
nijs egregio comitatu mirifice iuuit: eo potiſſimũ
tẽpore q̃ Hẽricus adoleſcẽs ricardi pauloãte mor
tui comitis cornubię filius Viterbiũ vidẽdi Cle-
mẽtis cauſa venerat. Quo mortuo dũ adoleſcẽs
ipſe ibi aliquãdiu morã trahit malo fato ſublatus
eſt. A Guidone enĩ mõteforti qui tum cũ Philip-
po Frãcorũ rege Cathedralẽ eccleſiã audiẽdę rei
diuinæ cauſa petierat ante aram ĩterficitur q̃a ri
cardo pater eius Simon in Anglia dolo necatus
fuerat. Vltus hoc modo patris necem ad Ruffum
hetrurię p̃fectũ incolumis euaſit. Abire viterbio
hac dignitate moti nõ ita multo poſt & Philipp⁹
in galliã & karolus ĩ Apuliã. Qui pace cũ Sarace
nis inita Theobaldũ Sipontũ quod Manfredoniã
nũc vocãt nauigijs appulſum ceperanũ vſq; comi
tatus eſt. Inde vero põtifex p̃ Marſos & ſabios iter
faciẽs viterbiũ tãdem puenit. Vbi a cardĩalibus
perbenigne & honorificẽtiſſime ſuſceptus coro-

nacꝗ pontificia ornatus omnem poteſtatem acci-
pidtuā chriſtus Petro reliquit. Compoſito dein-
de pro tēpore pontificatu ad componendā pacē
inter Genuēſes & venetos animum adijcit. Ii enī
populi inter ſe magnis cladibus iādudum decer-
tarent. Hāc ob rem Philippus rex Frāciæ Cremo
nę ſubſiſtens pontificis rogatu vocatis Genuen-
ſium & venetorum legatis pacē inter eos in quin
quennium cōpoſuit quo ſimul omnibus profici-
ſci in ſaracenos liceret. Quieſcebat iam italia cum
initium perturbandi omnia a Venetis ortum eſt
noua vectigalia exigentibus. Inſtituerāt enim ne
quis in ſinu Hadriatico nauigaret: maxime vero
Pola venetias niſi ſoluto portorio e mercium nu-
mero. Hāc autem indignitatem non ferentes Bo-
nonienſes qui magnæ flamminiæ parti tum præ-
erant triennio varia fortuna cum venetis decer-
tarunt: Demum vero feſſi hac lege pacem accepe
runt: vt dirupto caſtello quod in primo padi ho-
ſtio ædificauerāt quarundam mercium liberam
eductionem haberent: hoſtiorum padi Veneto
libera cuſtodia dimiſſa. Anconitani quocꝗ indi-
gnabūdi: ꝙ veneti hadriatici maris dominatum
ſibi vendicarent vectigalcꝗ a nauigantibus exi-
gerent: ea de re apud pontificē cōqueruntur eius
officium eſſe prohibere ne noua vectigalia impo
nātur. Is autē Venetis ſtatim iperauit: vt exactio-
nem illā tollerent qui certe nil alius reſpōdere, ꝙ
pōtificem non habere rei ipſius planā cognitio-
nem, verum re cognita tum melius iudicaturū,
non potuit Gregorius rem inchoatā ex ſententia
Cōciliū lu- perficere: eundum erat ad concilium Lugduni
gdunēſe. indixerat: quo & palealogus imperator conſtan-



tinopolitanus cū magno comitatu profectus ter-
tiadecima vice in ſententiā romanæ eccleſię græ
cos totiens deficientes pertraxit: huius prætere a
auctoritatē quidā Tartari proceres ſecuti: ſacrū
baptiſma tum recepere. Interea vero vacāte im-
perio occidentali Rodulphus Aſſani comes ab e-
lectoribus hac cōditione imperator creatur vt ſe
quenti anno Romā peteret coronę accipiēdæ cau
ſa Florētini autē Guelphi gibellinos cōciues ſuos
a Gregorio (dum iter in Galliā facit) in patriā re-
ductos ſtatim eijciunt: hāc ob rem iratus pōtifex
eis ius faſcꝗ omne interdixit: paulumque abfuit
quin idem quocꝗ in Bononienſes ageret qui lam
berteſocios aſinelloſcꝗ gibellinos cum pręclaris fa
milijs eiecerāt. Sed ij nō ita multo poſt pœnas de-
dere. Nam cum exercitum in Foroliuianos duxiſ
ſent qui exules ſuos perbenigne ſuſceperant: eru-
ptione facta de Bononienſibus ad octo milia cæ-
ſa traduntur. qua quidem calamitate cōfiſæ quę-
dam Flaminiæ ciuitatis ab ipſis Bononiēſibus ſta
tim defecere: maxime vero Ceruia vnde magnū
ſalis vectigal ſuſcipiebāt. Gregorius autem abſo-
luto Lugdunēſi cōcilio in quo multa decreta ſunt
ad electionem ſummi pontificis: ad expeditionē
in ſaracenos ad vnionem gręcię latinęcꝗ eccleſiæ
ad pacem chriſtianorum pertinentia: iter in Italiā
faciens obuium habuit Alphonſum Caſtellæ re-
gem apud bellocadorum admodum conqueren
tem. quod imperium Rodulpho mandaſſet: verū
accepta pontificis ſatiſfactiōe ius omne ſuum ro-
dulpho conceſſit. Pontifex autem perbenigne ab
omnibus Italis ſuſceptus dum iter per hetruriam
facit Florentinos ſponte deuitans ne interdictum

tolleret, Aretiũ peruenit: vbi põtificatus ſui an-
no.iiij.mẽſe.ij.die.x.moritur & ſepelitur: Vir cer-
te in omni vita clarus prudẽtia rerum gerenda-
rum: fortitudine animi qua pecunias & res humi
les cõtemnebat: Humanitate clementia benigni
tate in pauperes chriſti & eos potiſſimum qui ad
gremium ſedis apoſtolicæ confugiebant.

## Innocentius V.

INnocentius.v. Petrus Tarentaſien-
ſis antea vocatus natiõe Burgũdus
ordinis ſancti Dñici vir in ſacris li-
teris doctiſſim⁹ ãno dñi.m.cc.lxxv.
aretij põtifex creat: vnde paulopoſt
Petrus de Tarẽtaſia.
Romã abiens in ſancto Petro coronatus ſtatĩ ani-
mum ad pacandas res Italas adiecit. Quare Le-
gatos magnæ auctoritatis viros miſit: qui & he-
truſcos in perniciem Piſanorum conſpirantes, &
Genuenſes ac Venetos de vita & ſanguine inter
ſe certantes ab armis diſcedere ſub Anathematis
pœna cogerent. Aderant & oratores karoli regis
cuius etiam auctoritate rẽ magis ex ſentẽtia con-
fici poſſe ſperabat. Fecere mandata hetruſci ma-
xime vero florentini quos ob hanc rem pontifex
ab interdicto Gregorij abſoluit. Genuẽſes autem
& Veneti quorum odia magis inoleuerant in ar-
mis continuo erant ſeſe inuicem mutuis cladibus
conficientes: quos tamen Innocentius in ſententiã
ſuã traxiſſet ſi ei diutius viuere licuiſſet: adeo ad
eam rem animatus erat. Moritur autem potifica-
tus ſui menſe ſexto, die ſecundo. Sepeliturque ĩ la
teranenſi baſilica. quominus autem mors eius mo
leſta preſbyteris ſecularibus videret, effecit eius
iudicium pauloante latum Nam cum Viterbij i-



ter ſacerdotes Cathedralis eccleſię: & fratres prę-
dicatores de corpore: Clementis quarti orta con
tentio eſſet vterq; enim ordo ſanctiſſimum cor-
pus apud ſe volebat adiudicauit id fratribus cõ-
mitti debere: quod diceret ſanctiſſimum pontifi
cem id ita dum viueret inſtituiſſe. Hanc itaq; ob
rem leuem offenſiunculam Innocentius contra-
xit alioquin vir optimus & de quo bona omnia
ſperari poterant.

Adiudicatio corpis Clemen-tis.iiij.

## Adrianus V.

ADrianus quitus patria Genuen-
ſis familia Fliſca Othobon⁹ an-
tea vocatus Romæ in atrio late-
ranenſi põtifex creatur. Fuit au-
tem innocentij quarti nepos: ſan
cti Adriani diaconus cardinalis
ab eodem creatus: & in Angliã legatus cum ſum
ma poteſtate miſſus ad ſedandum tumultum in-
ter regem & Barones ortum. Creatus itaq; pon-
tifex Viterbiũ ſtatim proficiſcitur: Rhodulphũ
que imperatorẽ ad cõminuendã karoli potentiã
qui tum Romę omnia pro arbitrio agebat in ita-
liam vocat. Verum Rodulphus Boemico impli-
citus bello Adriano ſatiſfacere non potuit. karo-
lus autem ad declinandam inuidiam intentus o-
mnem vim belli in Achaiam tranſfert viam ſibi
ad imperium conſtantinopolitanũ facturus. Ve-
rum mortuo Adriano pontificatus ſui die qua-
drageſimo in Italiã redijt. Moritur autem pon-
tifex Viterbij ante munus cõſecratiõis ſuę: ſepe-
liturq; in cõuentu fratrũ minorũ. Fuerat quidẽ ei
in animo: & ditionem eccleſię tutiorem a tyrãnis
reddere & conſtitutionem Gregorij de eligendo

pontifice in meliorem formam redigere: non omnino tollere. Eius autem conatibus & animi magnitudini mors obſtitit. Vacat tum ſedes dies octo & viginti.

## Ioannes XXII.

IOannes. xxij. natiõe hiſpanus patria vlixponenſis Petrus antea vocatus ex epiſcopo tuſculano pontifex creatur. Hic & ſi doctiſſimus eſt habitꝰ tamen ignoratione rerum gerendarum & morum inæqualitate plus detrimenti ꝙ honoris & emolumenti pontificatui attulit. Multa enim ſtoliditatem & leuitatem præ ſe ferentia egit. In vno tantum commendatione dignus: ꝙ adoleſcentes literarum ſtudioſos inopes maxime beneficijs eccleſiaſticis & pecunia iuuit. Vexabãt tum Veneti Anconitanos ꝙ in dalmatia mercaturam exercerent: nullo perſoluto Venetis portorio: neque eos (vt par erat) vectigales eccleſiæ pontifex ipſe tuebatur. In verbis tantummodo promptus: in rebus agendis timidi & infracti animi. Anconitani autem pontificis auxilio deſtituti ſeipſos colligentes eruptione facta Venetos vrbem obſidentes magno illato incommodo propellunt. Vſus tamen conſilio ioannis caietani cuius nutu omnia tum gerebantur: ꝙ ipſius auxilio & ſuffragijs pontifex creatus fuerat: legatos tum ad paleologum tum ad reges occidentales miſit: qui eos ſuo nomine cohortarentur: vt pace inter ſe inita arma in Saracenos & hoſtes chriſtiani nominis pararẽt. Pollicebatur homo ſtolidus ſibi longã vitã & diu ſe victurum omnibus prędicabat: quippe cuius vita & mores õnibus patebãt.

*Beneficentia põtificis in literatos.*



Adeo erat inuerecundi & ſocordis ingenij. Sed ecce dum hanc ſtultitiam omnibus pdicabat: camera quædam noua quam in palatio viterbienſi extruxerat ſubito corruit: atq; inter ligna & lapides inuentus: ſeptima die poſt tãtam ruinam acceptis omnibus eccleſiæ ſacramentis põtificatus ſui mẽſe octauo moritur. Viterbijq; ſepelitur. Vir (vt dixi) admodũ litteratus: ſed parũ prudẽs. multa eñ in vita ſua ſcripſit potiſſimũ vero canones quoſdam ad medicinam pertinentes. Nam medendi arte admodum peritus habebatur. Scripſit et librum quẽ theſauros pauperum vocat. Edidit & pblemata quædã Ariſtotelem imitatus. Sed hoc neſcio quo pacto compertum eſt: vt viri quidam admodũ litterati ad res agẽdas parum idonei videantur. Neſcio quo pacto dixi, cũ mirum potius omnibus videri debeat: vt qui contẽplatione delectatur idẽ etiam rebus terrenis animum applicet.

*Mors ponti. miſera.*

*Arte medicus erat*

## Nicolaus III.

NIcolaus iij patria romanus ex familia vrſina ioannes caietanus antea vocatus pontifex tandem creatur protracta in ſex mẽſes electione nõ ſine magno cardinalium contẽtione quorũ conclaui ſenator Siciliæ rex pfuit qui admodũ inſtabat vt vnus aliquis ex natione gallica eligeretur. Nicolaus aũt inito pontificatu anno dñi milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo Karoli potentiam cõmuniturus hetruriæ vicariatũ ei abſtulit: ꝙ diceret Rhodulphum id ægre ferẽtem non aliter expeditionẽ pro terra ſancta promiſſã acturũ: cũ hetruria imperatoriæ iuriſdictiõis haberetur. Hoc conſecutus pontifex nihilominꝰ fla

miniam ipſaq; Bononiã cũ hexarchatu Rauẽna-
tum, quę tum ĩperatori ſuberant, in poteſtatẽ ſuã
redegit: eoq; miſit Bertoldũ nepotẽ Romandiolę
comitẽ declaratum. Miſit & alterum nepotem la-
tinum cardinalem legatũ in hętruriã qui reſtitu-
tis vbiq; Gibellinis Florentię ac in cæteris hetru-
rię vrbibus ꝑ arbitrio animi magiſtratus impoſu-
it. Munus vero ſenatoriũ quod principibus & re-
gibus demandari conſueuerat ipſe ſolus obiuit.
Legatos Venetorũ q̃ tũ Anconitanos bello ve-
xabant a conſpectu ſuo reiecit. Abeũtes pręterea
ex itinere reuocatos grauiſſimis verbis increpa-
uit: & perniciẽ eorũ ciuitati cõminatus eſt: ni ab an
cona oppugnanda deſiſterẽt. Tandẽ vero multis
vltro citroq; illatis incommodis æquis conditio-
nibus pax inter vtraque ciuitatẽ cõponitur. Huic
autẽ pontifici in animo fuerat duos reges creare,
vtrumque Vrſinum: quorũ alterum hetruriæ: al
terum Lombardiæ pręficeret: qui inde Theutoni
cos partem alpium incolentes: hinc gallos Siciliã
& regnum Neapolitanum tenentes armis in offi
cio contineret. Vt vero id ei facere liceret, Petro
Arragonum regi ꝑſuaſerat: vt iure hęreditario
Conſtãtiæ vxoris ſuæ regnum Sicilię repetere an
niteretur. Senatoriam aũt dignitatem ĩpe a Karo
lo ad ſe tranſtulit: vetuitq; perpetuo edicto ne qs
rex aut princeps magiſtratum ipſum petere aut
obire auderet. Fuit aũt Nicolaus pontifex vt au-
ctores ſcribunt vir magni animi atque conſilij:
adeoque moribus & vita integer vt vernacula li-
gua compoſitus vulgo diceret. Amator & cultor (Laus Nicolai.)
doctorum virorũ & eorum maxime qui doctrinã
cum prudentia et religione coniunctam haberẽt



in partiendis autem dignitatibus & honoribus cõ
munis omnibus eſt habitus. Nam ſemel facta po-
teſtate ſacrorum initiandorum Albanum epiſco
pum ex ordine minorum Hoſtienſem & portuẽ-
ſem ex ordine p̃dicatorum delegit: preneſtinus &
Tuſculanus epi ſeculares fuere. Creauit & duos pſ
byteros videlicet Gerardum tituli duodecim a-
poſtolorum & Hieronymum ordinis minorũ ti-
tuli ſanctę Pudentianæ. His addidit duos diaco-
nos iordanem fratrem ſuum tituli ſãcti Euſtachij
virum multę doctrinę & innocentię & iacobũ co
lũnam tituli ſanctę Marię in via lata virũ exactæ
religionis & grauitatis. Aedificijs pręterea ſedes
pontificias exornauit, ædes enim apud ſanctũ Pe
trum percommode extruxit: quarum partem a-
liquam adhuc cernimus. Has poſtea Nicolaus quĩ
tus magna impenſa reſtituit. Cinxit etiam mœni-
bus in vrbis modum pometum ſancti Petri quod (Pometũ petri)
viridiarum nunc vocant. Eccleſiam quoq; ſãcti Pe
tri vetuſtate collabentem reſtituit: ac pictura ſum
morum pontificum exornauit. Idem etiam fecit ĩ
baſilica pauli. Auxit pręterea mirum inmodum
diuinum cultum aucto canonicorum numero &
ſeruientium eccleſijs ꝓuentu. Diuiſit etiam ordi-
nes eccleſiaſticos inter ſe: & qd cuiq; conueniret o
ſtẽdit. Habitationes quoq; vnicuiq; aſſignauit: vt
aduenę ſcire poſſent quo in loco qſq; magiſtratus
curialis pręſertim inueniri poſſet. Perfecit etiã la-
teranenſes ædes æb Adriano quinto antea incho
atas. Condidit pręterea o fundamentis ſancta ſã-
ctorum primo ſacello iam vetuſtate collapſo: tẽ
plumq; ipſum opere vermiculato. vt adhuc cerni
tur & cruſta marmorea exornauit: eoq; trãſtulit

Apoſtolorū capita donec tēplum conſtātinianū
ſua īpēſa reſtitueretur: quo facto ſtatim ī capſulis
argenteis ſuo iuſſu extructis comitante populo in
templum reſtituitur: conduntur& in ſacello ad eā
rē ꝑcommode fabricato. Eodem quo& die baſili
cam ipſam cōſecrauit: pridie nonas iulij is dies eſt
habitus. Scribunt hiſtorici quidā neminē ante ip-
ſum ſacrificare religioſius viſum cum ſēper dum
ſolēnia ageret lachrymas funderet. Erat em̄ reli-
gionis obſeruantiſſimus & adeo ordinis minorū
ob contemptū rerum humanarū amator: vt ipſe
etiā decretali epiſtola quædam ipſius ordinis am
bigua declarauerit. Vacātibus eccleſijs nullus pō
tifex celerius ac maturius conſuluit: cū eas ſtatī op
timo cui& & idoneo committeret. Prius em̄ mo-
res hominum & doctrina inſpiciebat: deinde va
cantes ſedes his ſtatim committebat: ꝙ diceret in
mora periculum eſſe: cū non deeſſēt qui diuina &
iam cupidiſſime diriperent & occuparent. Nota-
rios & tabelliones vt pote ſanguine pauperū & li
tigantium viuentes a ſe vt peſtiferos reiecit. Gre
goriū decimū & Ioannē vigeſimū primū hac ī re
imitatus. Verum qm̄ vbi& terrarum magna in
magiſtratibus corruptela erat, Conſtituit ne ma
giſtratus ipſi vllo in loco magis ꝗ̄ annui crearen
tur: eos ſi quiſpiam retinere vlterius auſus fuiſſet
anathematis pœna notabatur a qua niſi a pontifi-
ce abſolui non poſſet. Multa præterea cōſtituit ad
vtilitatē cleri populi& chriſtiani pertinentia vt in
titulis ſuis apparet. Non caruit tamen in tātis Lau
dibus reprehēſione. Suos enim ita amaſſe dicitur
vt aliunde raperet quod eis condonaret. Nā qui
buſdā nobilibus Romanis caſtella vi abſtulit: ac

Notēt pō tifices.

Cōtra no tarios.



ſuis dono dedit. Maxime vero ſurianum vbi idem
pontifex cibi ac potus continentiſſimus: ſubita ta
men morte correptus tertio ſui pōtificat⁹ āno mē
ſe octauo die quinto decimo moritur. Quā mor-
tem p̄dixiſſe quēdam ferunt notato ꝑ excreſcen
tiam tyberis vaticinio. Adeo em̄ in immenſū ex-
creuerat: vt altare ſanctę Marię Rotundę quatu-
or pedibus & eo amplius excederet. Eius aūt cor
pus Romā delatum in Sacello tituli beati Nicolai
a ſe condito in baſilica ſācti petri ſepelitur: tumu-
lo marmoreo & vermiculato ope exornato quē
adhuc cernimus Anno dn̄i milleſimo. cc. octuage
ſimo: aſſūptionis octaua die: quo quidē anno Ka-
rolus rex beatę Magdalenę corpus iam antea a ſā
cto Maximino in villa ſui nominis conditū orna-
tiore ſepulchro & maiore ſacello exornauit. Ca-
put& eius ſeorſū in theca argētea cōdidit. In mor
te aūt Nicolai vacaſſe pontificatū quin& menſi-
bus ferunt. Nā dū viterbij a Cardinalib⁹ noui pō
tificis elect[io] fieret p̄ſſet& conclaui Richard⁹ ex
Hannibalū familia Romana ac ſine cōtētione pri-
maria qui paulo ante Vrſum mortui Nicolai ne-
potē ꝑtura Viterbiēſi deiecerat (erat em̄ huius fami
liæ hoſtis acerrim⁹) duo Cardinales ex familia vr
ſina impediebant quo minus electio fieret niſi Vr
ſus in ꝑturā reſtitueretur. Hanc ob rē Viterbien-
ſes Richardū ſecuti conclaue ingreſſi Cardinales
capiunt & in vīcula conijciunt. Quod vbi Romę
ſcitū eſt: eadē Hannibalū factio familiam vrſinā
ab vrbe pellit, quę ſtatī populariter cū ſua factio-
ne abiens Præneſte ſeceſſit. Poſt quītum ita& mē-
ſem gallici Cardinales abſentibus vrſinis ſuffra-
gijs Italos ſuperantes Gallicū pontificem creant.

Mors ponti. p̄dicta.

Capur magdalenes.

MArtinus Quartus Simon antea vo-
catus tituli ſanctę Cecilię præbyter
Cardinalis natiōe gallicus patria Tu
ronenſis pontifex electus Viterbij co
ronari noluit: ꝙ ei ciuitati ob impe-
tum in Cardinales factum interdictum a ſacris pu
tabat. Vrbem itaqꝫ veterum petens quod Orui-
etum vocant eo loci omnia ſolennia peregit deci
mo. Kalen. aprilis. Reſurrectiōis aūt die ſexto Car
cinales creauit quorum de numero fuit & comes
Mediolanēſis tituli ſanctorū Marcellini & petri: &
Benedictus caietanus ſcti Nicolai in carcere tuli
ano diaconus. Regem vero karolum ad ſe venien
tem non modo perbenigne ſuſcepit verum & ei-
dem ſenatoriam dignitatem qua a Nicolao priua
tus fuerat reſtituit quod non ita ab omnibus pro
batum eſt: cum ea res excitatiua videret magnas
in vrbe ſeditiones reuerſis iam Vrſinis et pulſis
Hannibalibus. Vrſinis em̄ ob odium in Nicolaū
conceptum Karolus mirifice aduerſabatur. Ioan
nes itaqꝫ Latini fratris vlturus iniurias tutaruſqꝫ
dignitatem ſibi a populo Romano traditam com
parato ſatis iuſto exercitu in Viterbienſes mouēs
eorum agros longe ac late populatus eſt. At Mar-
tinus qui tum in Monteflacone erat Viterbienſiū
calamitate permotus Mattheum ex gente vrſina
Cardinalem Romam propere miſit ad res com-
ponendas: qui ex itinere ioannem populi romani
Capitaneum (ita enim populi ducem appellant)
ſecum duxit. Venerant & eo omnium factionum
capita mandato legati: maxime vero Richardus
Hannibal vt ab interdicto quod Viterbij contra
xerat: dum conclaue violenter irrupit, & Cardi-



nales Vrſinos in carcerē coniecit, abſolueretur le
gati auctoritate. Is itaque ad Cardinalis pedes ꝓ
uolutus laqueum collo gerens quod eſt maximū
pœnitentiæ ſignum ac veniam petens abſoluitur.
Compoſita autem hoc modo inter vtramque fa
ctionem pace: reuocatoque exercitu Romano ab
iniuria viterbienſium pontifex Romanis ſtatim
conceſſit: vt ex ciuibus duos ſenatores ſibi deli-
gerent qui vrbem gubernarent. Delecti itaque
duo Hannibal petri hannibalis filius et Pandul-
phus ſabellus qui Ciuitatem toto ſuo magiſtratu
optime gubernarunt. Eo potiſſimum tempore
quo Martinus pontifex paleologum vnionis pa-
cta non ſeruantem inſtante Karolo Sicilię Rege
excommunicauit. Tum vero paleologus Karoli
potentiam veritus clam fœdera cum Petro Ara-
goniæ rege inijt qui regnum Seciliæ ob conſtan- Petrus a-
tiam vxorem Manfredi filiam et Conradini ne- rago.
ptem ſuo iure repetebat: communi itaque impen
ſa magna claſſis ab vtroque parabatur. Quare pō
tifex legatum ad Petrum mittit ſciſcitatum quid
ſibi vellent tanti apparatus: cui ille ita reſpondit
interiorem ſe tunicam laceraturum ſi illam arbi Nota.
traretur ſuarum cogitationum conſciam fieri poſ
ſe. Abijt itaque re infecta legatus. Petrus vero cō
parata iam claſſe in Aphricam contendens. Hip-
ponenſium littora vehementer populatus in Sar
diniam redijt: Expectans vt Ioanne prochyta res
nouę in Sicilia orirentur: quemadmodum inter
eos conuenerat. Oborti ſunt interim Et no-
ui motus in Ciſalpina gallia. Nam vicecomi-
tes familia nobiliſſima duce Lucino Turrianos
admodum potentes Mediolano pellunt: Inde

vero Luchinus in hetruriã vicarius ab imperato-
re miſſus apud Miniate oppidũ ſe continens Flo-
rentinos & Lucenſes grauiſſimis incurſionib⁹ ve-
xabat ſpretis pontificis interdictis: quibus homi-
nẽ a ceruicibus ſociorũ remouere conabatur. Pe-
ruſini quoq; ſumptis armis ita Fulginiates tum in-
uadunt: vt eorum vrbem vi ceperint: & mœnia
aliqua ex parte demoliti ſint. Quã obrem a pon-
tifice ſacris interdicti veniã deinceps meruere p-
ſoluta tñ prius magna pecunia pœnę nomine. In-
teri vero Siculi quorũ mortuus rex Petrus in ſar-
dinia expectabat ſupbiã ac libidinẽ Gallorũ am-
plius ferre nequeuntes ſuadente Ioanne pchita in

Ioannes p chita

Karolũ coniurationẽ ineunt data die ad rẽ cõfici-
endã vt cũ primum veſperi campana audita fue-
rit vbiq; galli nullo ſexus diſcrimine habito cęde-
rentur: qua in re adeo certe ſęuitum eſt: vt etiam
mulieres Gallico compreſſu pgnantes cæſę dican-
tur. Hinc tritus ille ſermo eſt cũ qs multorũ inte-
ritum exoptat: vt veſperas ſiculas commemoret.

Veſperæ ſiculæ.

Malũ quoq; fatũ expertus eſt eodẽ tẽpore Guido
Appius cũ octingentis equitibus gallici nominis
ad recuperandã Romandiolã miſſus põtificis no-
mine. Nam dum forumliuij obſidet eſſẽtque erũ-
pendi cupidi ciues Guido bonatus aſtrologiæ pe-
ritiſſimus conciues ſuos adhortatus eſt: expectata
aſtrorum benignitate vt tum demũ erũperẽt qñ
eis ſignũ daret. Fecere illi mandata & ĩ tẽpore e-
rumpentes Guidonẽ cũ oĩbus fere gallis interfe-
cere: atq; ita vrbs tanta obſidione liberata eſt. Ka-
rolus aũt audita Siculorũ defectione, & ſęuitia: cũ
magnis copijs in Siciliã traijciẽs primo Meſſanã vr-
bem obſidet: quã certe p deditionẽ tandem cepiſ-

Aſtra pro fuere



ſet: niſi galli vltionis cupidi deleturos ſe vrbem
minati fuiſſent. Tum vero Petrus Arago tantis
motus (vt diximus) expectans ea de re certior fa-
ctus Sardinia propere in Siciliam traijcens Pãhor-
mum cõtendit a ciuibus & ſiculis perbenigne ſu-
ſceptus: a quibus etiam Regium nomen conſecu-
tus eſt confluente vndiq; ad eum omni multitu-
dine. Hanc ob rem Carolus perterritus Meſſana
relicta in Calabriam ſe ſtatim recepit expectatu-
rus filium Salerni principem quem paulopoſt e
Narbonenſi prouincia cum aliquot cohortibus
venturum ſciebat. Reprehenſus a Carolo Petrus
Arãgo q affinis cõſanguineuſq; regnum ĩuade-
re auſus eſſet, reſpõdit ſe miſericordia motum ca-
lamitoſo populo & indigna ferẽti petitam opem
negare nõ potuiſſe quãquã id quoq; regnum iu-
re hęreditario ei deberetur propter vxorẽ Con-
ſtantiã Mãfredi filiã & cõradini neptẽ. Cõcreſcẽ-
tibus vltro citroq; iurgijs res tandẽ ad ſingulare
certamẽ deducta eſt, hac conditione tñ vt vterq;
rex centũ ſibi ad tãtum certamẽ cõmilitones co-
optaret: loco certãdi apud Burdegalam delecto.
Vtriq; enim rex Angliæ affinitate cõiũctus erat
qui tãtum certamẽ adiuuãte Martino põtifice tã-
dem diremit. Verũ cũ nihilominus Petrus Caro-
lum bello pręmeret: Martinus Gerardũ parmen-
ſem Cardinalẽ legatũ Neapolim miſit qui & po-
pulos in fide Caroli cõtineret & Carolũ ipſum a-
doleſcẽtem cõſilio & auctoritate iuuaret. At ve-
ro cũ Petrus Rogeriũ loriã claſſis ſuæ præfectum
Neapolim Carolus miſiſſet aliter ſentiẽte legato
& reclamãte nequaquã tãtum regnũ fortunæ cõ-
mittẽdum eſſe: in hoſtem mouẽs nõ lõge a Nea-

poli ingēti ſuorū clade ſuperatur: & captus in Si-
ciliā primo deinde ĩ Aragoniā perducit. Hoc cer-
te ei nō accidiſſet. Si bñ monēti Legato (vt pare-
erat) obtēperaſſet: nā paulopoſt pater karolus cū
ingēti claſſe ſuperuenit qua etiā cū hoſte nōdum
victore decertare potuiſſet. Martinus autē cala-
mitate Karoli ꝑmotus petrū aragonēſem anathe
mate notat: eiuſq; regnū in prędā id occupare vo
lēti exponit: ſubiectos a petri iuramento abſoluit:
cruce ſignatos ĩ hominē cōcitat bonorū eccleſia-
ſticorū vſurpatorē vt ipſe dicebat. Milites quoq;
eccleſiaſticos Karolo auxilio miſiſſet ni ei bellū
in flāminia gerere neceſſe fuiſſet cōtra Foroliuia-
nos ꝗ adiuuāte Guidōe mōtiſfeltri comite defice
re ab eccleſia ſunt auſi: & quędā etiā caſtella haud
lōge poſita oppugnare. Verū cū Guido ipſe peni
tētia ductus pacē cū pōtifice iniſſet & mœnia Fo-
roiulianorū demolitus eſt ĩ vltionē Guidōis apij:
& magnā partē Flāminiæ breui recepit. Vrbinij
quoq; quod tū oppugnabat cepiſſet ni rubeus an
guillarius hetrurię comes ĩ oppugnatiōe ipſa mor
tuus fuiſſet. Duo tū caſtris præerāt duces: quorū
alter ĩ hetruriā miſſus eſt ad eā orā tuēdā quæ ad
Soanā vergit. Alter vero quē iuuenatij comitem
vocabāt obſidionē iuſſu pōtificis cōtinuabat ſub
miniſtrāte clāculum auxilio & comeatu oppida-
nis ipſis Guidone mōte feltrano. interim vero cū
Martinus curis agitatus addubitaret a quo duo-
rum populorū Piſanorū ſcilicet & Genuēſiū con-
tra petrum aragonenſem auxilium peteret: tāta
repēte inter hos de poſſeſſione corſicæ contentio
exorta eſt, vt ipſi aliunde auxilium peterent. Le-
gatum tamen apoſtolicum pontifex adhortatus



eſt, vt tādiu populos in fide contineret quoad ka
rolus cum ſupplemento copiarum ſuperueniſſet.
Ingreſſus deinde neapolim Karolus: cōfirmatiſq;
ciuium animis in Appuliam proficiſcēs febri cor
reptus moritur. Quare ad legatum ipſum totum
gubernādæ prouinciæ pondus recidit. Erat tum
rumor ac prope conſtans fama Philippum regis
Frāciæ filium comitem Attrebatenſem eius re-
gni cauſa aduentare: qui tamen deterrere Petrū
non potuit quominus regnum vexaret cum iam
conſtaret eum cum paruis copijs aduentare. nam
pater philippus in Aragoniam cummagno ex-
ercitu profecturus erat ad occupandum Petri re-
gnum a martino pontifice grauibus cēſuris prius
interpoſitis in prædam occupanti datum. Ponti-
fex autem tot curis circunuentus vrbeuetanis e-
tiā tumultuantibus. Nā Gibellini Guelphos ex-
pulerant Peruſium proficiſcitur: vbi non multo
poſt lenta febri diu tandē moritur: pontificatus
ſui anno quarto, menſe vno: ſepeliturq; in Cathe
drali baſilica. Ad cuius ſepulchrum multi valitu Marti. cla
dinarij delati multi cæci ꝑducti multi claudi pri- ruit mira
ſtinā valitudinē ſanctiſſimi pōtificis meritis adeo culis.
recepere.

## Honorius IIII.

HOnorius quartus patria Roma-
nus e gēte Sabella familia nobiliſ
ſima iacobus ātea vocatus diaco
nus cardialis peruſij pōtifex crea
tus romā venit Anno dñi. m. du
cēteſimo octuageſimo. v. Fratre
ei9 pādulpho ſenatoriā dignitatē tū gerēte. Tātę
eīn ſeueritatis & iuſtitiæ pandulphus eſt hitus: vt Pādulphi
q̄tiēs romani ciues purgare vrbē latrōib9: Sica- ſeueritas.

rĳs furibus parricidis vellent quorum tum in ſo-
lo Romano magna copia ob ſeditiones ciuium e-
rat non alium Senatorē ꝙ̄ Pādulphū expoſceret.
Is & ſi podagra & chiragra vexabatur nō tamen
animi magnitudine & conſtātia a bene valētibus
ſuperabatur. Eodē quoqꝫ morbo ita etiā interdū
honorius laborabat vt ei inſtrumētis quibuſdam
ad id apte fabrefactis ſacrificare neceſſe eſſet. cō-
ſilio tamen & prudentia tantum valuit: vt non
multū corporis vires in eo deſiderarētur. Quip-
pe cum ſolus plura prope videret ꝙ̄ omnes ſimul
qui tum in vrbe aderant. Habitauit hic in auenti
no apud ſanctam Sabinam: egregiaſqꝫ ædes qua-
rum veſtigia adhuc cernuntur in monte ipſo ædi
ficās eos ad incolendum: multos quoqꝫ Romanos
exciuit. Vñ breui mons ipſe frequentibus ædifi-
cĳs incoli cœptus eſt. Cum ante neminē lędere in
pontificatu ſuo cōſtituiſſet ōnibus prodeſſe quo-
ad fieri poterat: prouocatus Petri Aragonum re
gis iniuria qui regnum Siciliæ occupare conaba-
tur: Martini interdicta contra petrum confirma-
uit. Rodulphus autē imperator comparādæ pe-
cuniæ ſtudioſus Cancellarium ſuum e Gente fli-
ſca ī hetruriam miſit; qui populos omnes liberos
faceret & eos potiſſimum qui ſe pecunia redime
Libertas empta. rent. Perſoluere autem ob eā rem lucenſes duode
cim millia numum auri. Florentini vero ſex mi-
lia qui ſtatim liberi omnino facti magiſtratum
quem priores artium vocant addito vexilli fe-
ro iuſtitiæ creauere. Non diſplicuit hæc venditio
honorio licet indigna tanto pricipe videretur:
ꝙ ea ratione eccleſiaſtica ditio futura ſecurior vi
debatur: cū non amplius imperatori liceret libe-



ras ciuitates vexare. Dum vero rex Franciæ vr-
bem Gerundenſem obſideret: curaretqꝫ petrus
arago quominus in caſtra hoſtium commeatus a
Narbona ferrentur acri prælio commiſſo graue
vulnus accipiens paulopoſt male curatus mori-
tur: atqꝫ ita gerūda dedentibus ex pacto ciuibus
in poteſtatem regis Franciæ redacta eſt: qui non
diu ſuperuixit: ex febre enim morit̄ cōtracta ī ca
ſtris dum Perpinianum obſidet. Cuius etiā claſſis
non multo poſt in portu Narbonēſium a rogerio
loria capta & īcenſa eſt. Duos habuit filios petrus
arago Ferdinādum & iacobū: ferdinādum autē
natu maiorē Aragonię, iacobum vero Sicilię re-
gem ex teſtamēto reliquit. Hac autē rōe mortuis
primis regibus bella ad ſecundos trāſlata ſunt: q̇
hinc piſanos hinc Genuēſes maritimis prelĳs inſi
gnes trahere ī partes ſuas conabatur. Verum ĳ o-
dio & armis interſe certātes, tāta rabie apud la-
mellum īſulam Piſano portui vicinā cōcurrunt: Clades piſanorum.
vt ex piſanis qui triremes. xlix. amiſere duodecī
milia hominum deſiderata ſint: partim cęſa, par-
tim capta quam quidem calamitatem Honorius
ita ægre tulit, vt paulum abfuerit quin genuen-
ſes obſtinate nimium Piſanos inſequētes interdi-
cto eccleſiaſtico notaret. Ea calamitas adeo certe
Piſanos attriuit, vt nunquam poſtea vires recu-
perauerint. Edoardus vero Anglię rex ī Vaſco-
niam tum ſe contulit pacem compoſiturus inter
Karolum adoleſcentem regis Frāciæ filium (quē
diximus) bello captum & Ferdinandum Arago
nię regem cōfecta iam ex ſententia res erat & de
libertate karoli agebatur cū interim legatus apo
ſtolicus & comes Atrebatēſis Auelini comite ad-

iuuāte Cathinam vrbem occupāt:eoq; ex hetru-
ria collectas copias trāſmittunt. Hāc ob rē Edoar-
dus re infecta in patriā redijt. Rogerius autem lo-
ria Gallicā claſſem ex ſicilia redeuntem occupās
Ferdinādi regis fortunā meliorē reddidit. Adij-
cere certe animum huic bello honorius non po-
tuit:q armis a Guidone Feltrano ī Flaminia ve-
xaretur. Verum tādem ſuperato Guidone totā
flamminiā breui recipit. Nondiu tamen poſt mo-
ritur pontificatus ſui anno ſecundo:die vno:cor-
puſq; eius a ſancta Sabina ad baſilicam Petri ma-
gna funeris pompa transfertur: ſepeliturq; ſepul-
chro marmoreo quod adhuc extat in numerum
a Pio pontifice trāſlatum, vt inſignia familiæ in-
dicāt eiuſq; epigrāma & merito quidem cum vir
fuerit omni vita probatiſſimus: & chriſtianæ reli-
gionis amantiſſimus. Nam & ordinem Carmeli-
tarum non ſatis in concilijs probatū, mutatis cla-
mydibus nigris in albas & ordinem heremitarū
apud pariſios improbatum confirmauit. Solum
autem Cardinalem ioannem Boccamatium epi-
ſcopum Tuſculanum ſuo pontificatu creauit vi-
ros dicens & eoſdem bonos ac doctos non etiam
rudes & rerum humanarum ignaros in tantum
collegium cooptandos eſſe. Adeo vero Aulicos
amauit, vt quotānis æſtate prӕſertim Tibur pro-
ficiſceret vitandi æſtus vrbani cauſa vnde mul-
tӕ ægritudines oriuntur. Mortuo autem honorio
decem menſibus ſedes tum vacat. Nā cum apud
ſanctam Sabinam cōclaue haberetur multi cardi
nales repentina ægritudine ſunt correpti, quorū
de numero moritur Iordanus Vrſinus Comes
Mediolanenſis, Vgo Anglicus, Geruaſius An-

Carmeli-
litӕ clamy
dē mutāt.

Ordo he-
remitarū
cōfirmat.



deanenſis decanus Pariſienſis, & anterius vir in-
ſignis. Hanc ob rem ſoluto conclaui in aliud tem
pus magis ſalubre rē ipſam iniJciūt. Maxime vero
cum terrӕmotus ipſi qui tum permagni fuere re-
ligionem quādā iniecerint quo minus tum qui-
dem id fieret.

## Nicolaus IIII.

NIcolaus. iiij. natione Picētinus pa-
tria Aſculanus Hieronymus an-
tea vocatus ordinis minorū fra-
ter & generalis, deinde preſby-
ter Cardinalis apud ſanctā Sabi-
nā decimo mēſe poſt mortē ho-
norij pontifex creatur: collocaturq; in ſede Petri
ipſius ſancti cathedra. Reate deinde profectus ob
ſeditiones quӕ tum Romæ ſubortæ erant quoſdā
cardinales creat ex omni fere religione. Omnes
enim pariter amabat: nec plus ſe debere affinibus
& cognatis q; cuiuis bono arbitrabat. Virtutes &
vitia faciebāt vt ī hūc magis quā in illū incliarer.
Horū de nūero q̊s Cardīales creat fuere. Neapo-
li Petrus colūna: Vgo bolionius ordīs prӕdica-
torū doctor īſignis. Mattheus aquaſparta fratrū
minorū gñalis eps portuēſis. Romā deīde poſt an
nū rediēs ſedatis aliquātulū ꝑturbatiōibus ciuiū
apud ſanctā Mariā maiorē habitauit. Quā baſili-
cā ipſe vna cum Iacobo Columna reſtituit, vt in
fornice maiori apparet. vnde ſaluatoris ipſiuſq;
pōtificis ac iacobi cardīalis imago ex ope muſiuo
adhuc cernit. Idē quoq; pōtifex āteriorē poſterio-
rēq; partē baſilicæ lateranēſis reſtituit: ornauitq;
opere vermiculato quēadmodū lrӕ ipſӕ indicāt.
Interim vero reges Aragoniæ & ſicilię his fœde-

Laus pōti
ficis mino
ritæ.

ribus adhortante Nicolao pacem ineunt: vt rex karolus e vinculis miſſus ſua impenſa Iacobum Aragonē Siciliæ regē cōſtitueret: q̄ niſi trienio id effeciſſet in carcerē ſe rediturū pollicebatur datis ob eā rem obſidibus duobus filijs Carolo cui poſtea regi vngariæ creato marcello cognomē tum fuit & Loyſio q̄ poſt bene actā in ordine beati Frācīſci vitā in ſanctos relatus eſt. Dum hęc aūt in Europa gererētur ſoldanus diſcordijs xp̄ianorum fretus Tripolim Aſię ciuitatē inſignē quidē interfecto xp̄ianorū pręſidio igni ferroq̧ euertit: parē quoq̧ calamitatē Sydon & Barutū pertulere nemine adiuuāte. Reſtabat Ptolomaida in annos duos īducias a Soldano cōſecutā: hāc vt tueretur Nicolaus pōtifex annixus milites ad vexillū xp̄i vocat: ære ſuo cōductos.ij.ad mile & quingēti fuere. Hos poſtea multi nullo dato noīe nullis ſignis & auſpicijs ſequuti cū Ptolomaidā peruenisſent: nō minora xp̄ianis q̄ Saracenis dāna intulere. Soldanus autē cū res ſuas repetijſſet nec redditæ eſſent noſtris omnibus exitium cōminatus eſt. Magna inter chriſtianos de poſſeſſione Ptolomaidæ concertatio tum orta erat: cum eam patriarcha Cōſtantinopolitanus: Templarij: Theutonici rex Cypri: Siciliæ rex Carolus vindicare an itterentur. Erat & Piſanis in animo Ptolomaidam repetere vt ipſi dicebant ſuo iure: quos profecto bellum in hetruria ortum a tanta rei fœditate auertit. ij. enim Vgolino comite cum duobus filijs totidemq̧ neptibus in carcerem conjectis inedia interempto animos gibellinorum in guelphis ita concitarunt vt omnibus pariter exitium minarētur: In aretinos primū arma cōuerſa ſunt petentibus id exulibus Gibellinis: Præerat tū Aretio Gulielmus petramala eiuſdem ciuitatis epiſcopus cui Feltranus comes & Florētini auxilio venerant. Verum cū Florentini non ſatis ſuis copijs fiderent: eo etiā miſere Karolū ſecundum cum aliquot cohortibus qui ad pontificem iturus forte ea tū iter faciebat. In agro typhernate collata ſunt caſtra caſtris, Typhernum ciuitatē caſtelli mutato nomine nunc vocant. Cōmiſſo itaq̧ p̄lio magna ſtatim de Florentinis cędes fieri cœpta eſt. Verum non ita multo poſt mutata fortuna cadētibus tñ in p̄lio Gulielmo ep̄o & feltrano comite ex gibellinis ad tria milia interfecta &.ij. milia capta dñr: cāpaldinum locum vbi pugnatum eſt ac colę dixere. Karolus aūt tanta victoria potitus recta ad Nicolaum ꝓficiſcitur: ac vtriuſq̧ Siciliæ regnum feudatario iure obtinet. Hoc vbi Iacobus Arago intellexit oppugnare caietam ſtatim aggreditur. Nequid autē deeſſet ad ꝑturbādā xp̄ianorum quietem inter Philippum Franciæ & Edoardum Anglię reges grauiſſimum bellum exortum eſt. Quæ res & xp̄ianos in aſia mirifice ꝑturbauit: & hoſtibus noſtris delendo in Aſia chriſtanum nomen audaciam & ſpem dedit. Soldanꝰ.n. qui tum ægrotabat ad centum & qninquaginta milia hominum: filio duce Ptolomaidā miſerat. Interim vero duorū menſium obſidione ꝓtracta patri mortuo filius ſtatī ſufficitur: qui certe acrioribus animis Vrbem oppugnans completis foſſis p̄daq̧ militibus promiſſa ad mœnia vſq̧ iā pugnando peruenerat: cum a xp̄ianis erumpentibus magno ſuorum incommodo ī caſtra retruditur. Dum hæc in Aſia gererentur Nicolaus pontifex

Ludouicꝰ minorita.

Cōcertatio de poſſeſſiōe ptolomaidæ.

Magna ſæuitia.

typhernū

Franci & angli bella ichoāt.

duos e latere legatos Benedictū̄ caietanum & Ge
rar dum permēſem ī Frāciam propere mittit qui
compoſita inter duos reges pace eos contra Sara
cenos Ptolomaidā oppugnantes animarent. Nā
& pacem inter iacobum aragonēſem & karolum
captum his cōditionib⁹ quas ſupra memoraui iā
compoſuerat: quo oībus ī hoſtē liberius proficiſci
liceret: & parare claſſem cœperat de pace fere cer
tus. Sed nec reges ipſi pontifici bene monenti ob
tēperarū̄t nec qui ī pręſidio ptolomaidę erat īter
ſe diſſidentes quēadmodum poterant vī hoſtium
ꝓpulſarunt. Dilabentibus em̄ quotidie multis ſo
li tum ad duodecī milia remanſere: qui poſtea cū̄
patriarcha hieroſolymitano ꝑ dromonem ad id
ſeruatū̄ fugientes primo ſecunda nauigatione vſi
tandem ſub ipſam Cyprum naufragio ꝑiere. Sol-
danus aūt deſertam cultoribus vrbē īgreſſus eam
ferro ac flamma ſtatī euertit anno. cxcvi: poſteaq̄
a gothifredo capta fuerat. In tantis aūt malis īſu-
la cyprus & Armenia minor, cilicia prius appel-
lata ī fide xp̄ianorum tū̄ permanſere. Inſtabat tū̄
vel maxīe Nicolaus veritus ne hoſtes reliquū̄ a-
ſię occuparent: vt īperator Rodulphus eo copias
ſuas mitteret: quo non ita multo poſt mortuo cū̄
Adulphus Haſſo electus ſucceſſor ipſi iura repete
ret ab Alberto Rodulphi filio ī agro ſpirēſi ꝑlio
īterficitur. Vir quidem īſignis, ſed parum milite
& pecunijs potēs: oppreſſus em̄ multitudīe hoſtiū̄
potius q̄ ſuperatus dicitur. Nicolaus aūt pontifex — Mors pontificis
tędio animi (vt quidam putant) ꝙ male ſibi cre
dere oīa videret: ꝙq; etiam plus q̄ pontificem de
cebat in partes declinauerat. Romę apud ſāctam
mariam maiorē pontificatus ſui anno quarto mē



ſe vno die octauo morit̄ eoque loci ſepelit̄: ad ca-
put baſilicæ apud petri colūnę cardinalis ſepul-
chrum vt in pauimento cernit̄ emblemate & por
phyreticis lapidibus notato. Poſt eius vero mortē
cardinales peruſiū̄ profecti quos eis liberius elige
re pontificem liceret: rem ipſam diſcordijs īteſti-
nis biennio, mēſeque tertio ī longum deduxere.
Interī autē Michael paleologus īperator conſtan- — Michael paleolog⁹ moritur.
tinopolitanus moritur. Quo minus autē eius cor
pus ī loco ſepelit̄ ſacro vetuere ſacerdotes & mo
nachi ꝙ occidētali eccleſiæ ī lugdunēſi cōcilio ac
quieuiſſet. Andronicus aūt Michaelis filius liben
ter tū̄ quidē cū̄ latinis ſēſiſſet ſi quid auxilij a no-
ſtris habuiſſet. Verū̄ cum ſedes vacaret deſtitutus
auxilio andronicus a fide catholica tandē defecit.
Hæc autē īcōmoda karolus. ij. rex Neapolitanus
ꝓſpiciens e narbonenſi ꝓuīcia peruſium veniens
cardinales ipſos ſæpius ad cōcordiam & electionē
pōtificis adhortatus eſt. Nec id quidē facere deſti
tiſſet vir īſignis niſi acriter reꝑhenſus a benedicto
caietano patria anagnino: ꝙ īſtādo acerbe nimis
ipſis cardinalibus vī afferre videretur: quorū̄ ſuf
fragia libera eſſe deberent.

## Celeſtinus V

CEleſtinus. v. Petrus Moroneus antea
vocatus profeſſione Anachorita pa
tria Eſernienſis ſecū̄do a ſulmone mi
litario cœnobiū̄ īcolens inſtante Ka-
rolo rege et latino cardinali pōtifex
creatur. adeo maiore omnium admiratione, quo
ob ſanctitatem vitæ a tanto faſtigio rerum ſpōte
remotior eſſe videbatur. Aquilā itaque poſt crea
tionem ſuam profectus eo ſtatī cardinales omnes

Peruſio ad ſe vocat. Inſtabant tū̄ illi & litteris & nūtijs vt Peruſium proficiſceretur ciuitatē pōtificali dignitati magis cōuenientē. Vicit demū̄ celeſtini ſentētia q̄ ita velle Karolū̄ regē ītelligebat.

Commēdatio pontificis

Omēs igitur eo profecti celeſtinū̄ ipm̄ vt verum pontificē adorant. Eius aūt coronationi interfuiſſe. cc. milia hominū̄ Ptolomęus ſcribit: & ſe etiā affuiſſe fatetur, Homines credo motos nouitate rei & ſāctitate viri q̄ hō heremita ad tm̄ dignitatis gradū̄ nō niſi diuinitus ꝓuectus eſſe videretur. Poſt tā longā eligentiū̄ contētionē. Inito itaq̄ pōtificatu duodecī cardinales ſtatim creat Viros integerrimos: quorū̄ de nūero duo heremitæ ſūt habiti. Verū̄ cū̄ Celeſtinus a priore vita ob pōtificatū̄ nequaq̄ declinaret: adeo benignus & facilis omnibus petētibus erat: vt eadē diuerſis cōcederet: vnde & contēptus dignitatis & īminutio pontificatus oriebatur. Erat ſi quidē ob priuatā vitā quā antea ī heremo duxerat rebus agēdis parū̄ idoneus: Hanc ob rē de abrogatione eius mētio fieri cœpta eſt: maxīe vero mortuo Latino Cardinali viro optimo cuius auctoritate Celeſtinus tantū̄ pōdus adhuc ſuſtinebat. Verum inſtantibus acriter Cardinalibus quibuſdā maxīe vero Benedicto caietano viro ī iure ciuili & canonico peritiſſimo vafroq̄ qui primū̄ locū̄ apud pōtificē tenebat: vt ſe pontificatu abdicaret ne eccleſia dei ob īperitiā gubernātis ꝑiclitaretur: de omittēdo pontificatu cogitare cœpit. Hac aūt eius leuitate & ſupſtitiōe motus Karolus hominē amiciſſimū̄ Neapoli ꝑducit, eiuſq̄ animū̄ a tanta fœditate rei amouere conatur: clamante vbiq̄ locorū̄ populo ſe nolle aliū̄ pontificē quā Celeſtinū̄: idq̄ ab eodē pontifice ꝓcibus & obſecratiōib⁹ contēdēte: cui pōtifex reſpōdit nil aliud ſe eſſe facturū̄ q̄ quod deus vellet: vtq̄ ipe e repu. xp̄iana eſſe cēſeret Tū̄ vero cardinales abdicationē hoīs quęrētes vehemēter inſtant vt id q̄ primū̄ agat propoſito reipu. chriſtianę diſcrimine quod ſua ignoratione īminere omnium ceruicibus oſtēdebāt: affirmantes oīa mala tū̄ accidētia die iudicij ſibi īputatū̄ iri. Mot⁹ his verbis vir ſanctus & ſimplex futurū̄ ſe in eorū̄ prātē dixit: mō id iure fieri poſſet. Quare cōſtituto omniū̄ cōſenſu facta eſt: licere pōtifici abdicare ſe magiſtratu: quā q̄dē cōſtitutionē Bonifacius octauus eius ſucceſſor poſtea cōfirmauit: quēadmodū̄ libro. vi. decretaliū̄ apparet. Tū̄ vero Celeſtinus ad priuatā vitā ſe redigēs: alterius ſubrogandi pōtificis Cardinalibus ex inſtituto poteſtatē dat pōtificatus ſui menſe ſexto. Atq̄ ita Benedictus caietanus plurimorū̄ conſenſu pōtifex creatus Celeſtinū̄ ad heremū̄ abeuntē ex itinere ad ſe retrahit: eūdēq̄ ꝑfecto arcis fumonis quę ī hernicis eſt cuſtodiendū̄ tradit. Hac ratione motus (vt ipſe dicebat) ne auctores ſeditionū̄ aliquā calamitatē hoc duce eccleſiæ dei aliq̄n̄ īferrent licet re vera hoīs ſanctitatē admirarentur. Vt cūq̄ eſt conſtat hominē ipm̄ magnę īgratitudinis & calliditatis fuiſſe: quippe qui ambitionis cauſa & virū̄ ſanctū̄ deceperit dū̄ eū̄ magiſtratu ſe abdicare cōpulit: & captum vitā heremiticā appetētē ī arce fumonis dolore animi an̄ tēpus mori coegerit. Anno vno mēſe quinto poſt ītū̄ pōtificatum. Sunt aūt qui ſcribant Celeſtinū̄ poſt mortē adeo miraculis claruiſſe vt plęrūq̄ ī concilijs de eo ī ſanctos referēdo habita mentio ſit: fuiſſeq̄ plęroſq̄ qui eū̄ pro ſāɔto co

lerent & in Cathalogo Confeſſorum receſerent.
Eius autem celebritas.xiiij Kal. Iulij qua die mori
tur quotannis obſeruatur ex inſtitutione Clemē
tis quinti Auenioni facta.

## Bonifacius VIII

### De hoc pōtifice narratur quod ītrauit vt vulpes vixit vt leo mortuus eſt vt canis.

BOnifacius.viij.natiōe Hernicus patria
Anagninus, Benedictus Caietanus an
tea vocatus neapoli pontifex creatur i
Vigilia Natalis domini Milleſimo.cc
xciiij. Vir quidem doctrina & experientia rerum
inſignis.diu enim ī curia verſatus fuerat & p om
nes dignitatis gradus ad pontificatum non ſine ta

*Pontificis ambitio*

men ambitionis crimine peruenerat. Nā dum eſ
ſet ſancti Martini in montibus preſbyter Cardina
lis adeo dignitatem pōtificatus exoptauit, vt nil
ambitione & fraude prætermiſerit quod ad eam
rem conſequendam pertinere arbitraretur. Tan
tę ꝑterea arrogantiæ fuit: vt & omnes fere contē
neret: & gratias a Nicolao quarto & Celeſtīo qui
to factas reuocauerit. Gibellinos quoq; mirifice ꝑ
ſecutus eſt. Hinc oritur illa inter inter pontificem
& columnenſes Gibellinos contentio: qui etiā A
nagnię contra pontificem factionis ſuę partes fo
uebant. Hos itaque maxime vero Cardinales du
os Petrum & Iacobum eiuſdem familię viros in
ſignes calumniari cœpit quod theſauros eccle
ſiæ in morte pontificum dirupiſſent; quodq; libel
los famoſos contra ſe ſparſiſſent. Scripſerunt ſiqui
dem poſt illatam ſibi iniuriam ad reges ad princi
pes ad nationes de arrogantia Bonifacij. de ambi
tione quod cōtra ius faſq; pontificatus ſedem oc



cupaſſet: reiecto fraudibus Celeſtino eodemq; in
carcerem coniecto. Sunt enim qui ſcribant Boni
facium immiſiſſe ſubornatores clanculum quoſ
dam qui noctu dimiſſa quaſi celitus voce in cubi
culum Celeſtini hominis ſimplicis ei perſuaderet

*Iniqua cauillatio*

vt pontificatum dimitteret ſi ſaluus fieri vellet.
Citati autem Cardinales cum nuſquam apparuiſ
ſent Bonifacij pertinaciam veriti (Nepeſum enim
ſeceſſerāt vna cum tota columnenſium familia)
publico decreto ſciſmatici habētur. Beneficijs di
gnitatibus fundis paternis caſtellis oppidis priua
tur quam priuationem Bonifacius poſtea in de
creti formam retulit vt libro apparet quem ſextū
appellant. Sumptis deinde armis Bonifacius con
citatiſque multis cruce ſignatis eos opprimere co
natus, Præneſte quo ſe cum Sarra viro inſigni eo
rum patruo receperant obſidione cingit. Dilap
ſos inde capto ac direpto præneſte zagarolū & co
lumnam confugientes perſequitur: vnde non ita
multo poſt abire ob multitudinem hoſtium neceſ
ſe fuit: a quibus hæc item caſtella diripiuntur ma
xime vero columna paternum ſolum. Cardina
les autem īde quoque dilapſi Reate petiuere. Sar
ra vero apud Antium multum diuque in nemo
ribus vixit ſęuitiam Bonifacij veritus. Sed ī pira
tarum manus incidens remigio admotus multas
calamitates perpeſſus eſt quanq; ſi quidem æquio
re animo exilium pati mallet quam ſæuitiam Bo
nifacij experiri: qui Gibellinos omnes vno odio ꝑ
ſequebatur. Notum eſt illud certe quod proche
to dixerit Genuenſi archiepiſcopo ad pedes eius
die cinerū ꝓcedēti. Nā cū dici a ſacerdote tū ſole

*Notent factioſi*

at, Memento hō quia cinis eſt & in cinerem reuer

teris: dixit mutatis quibuſdã verbis. Memẽto ho
mo quia Gibellinus es & cũ gibellinis in cinerẽ re
uerteris: ĩ eiuſq; oculos cinerẽ cõiecit: non ĩ caput
vt mos eſt: eundẽq; ob nomen factionis archiepa
tu priuauit. licet poſtea ĩ ĩtegrum reſtituerit Cum
ĩtellexiſſet Cardinales Colũnenſes (quẽadmodũ
ĩpe ſuſpicabat̃) Genuã non petiſſe. Pulſus hoc mo
do Colũnenſibus Bonifacius duplicẽ celebritatẽ
& apoſtolis & euangeliſtis & quatuor eccleſiæ do
ctoribus Gregorio Auguſtino Hieronymo Am
broſio ſtatuit. Idem etiam dum ĩ vrbe veteri eſſet
beatum Lodouicum ex regia Frantorũ ſtirpe or-
tum vtpote ex Karolo ſecundo ordinis ſãcti Frã
ciſci ꝓfeſſum (vt quidam volunt) in ſanctos retu-
lit. Idẽ quoq; eccleſiã cathedralem ſanctę Cecilię
Albienſis ciuitatis canonicis ſecularibus pulſis in
de regularibus commiſit: Inſtante Bernardo ca-
ſtaneto albienſi ep̃o: edidit p̃terea Sextum põtifi-
ciĳ iuris codicem ſuo iuſſu a tribus doctiſſimis vi-
ris cõpilatum quibuſdam decretis nouis a ſe ad-
ditis. Vrbem quoq; Eugubium quæ Gibellinorũ
auſpiciĳs ab eccleſia defecerat breui recuperauit.
Alberto duci Auſtriæ imp̃ĳ cõfirmationem bis
terq; petenti negauit. Mortuo aũt Iacobo Arra-
gonio cum Robertus Karoli filius Calabriæ dux
in Siciliam traieciſſet Cathinamq; cepiſſet tãtum
repente bellum exortum eſt: vt tota fere italia tu
multuaret: Nam & Siculi Arragonenſibus faueri
tes comparata claſſe Philippum Roberti fratẽ bel
lo ſuperant & captum in carcerem cõĳciũt. Qua
re Robertus relicta cathina re infecta in italiã re-
uertitur. Federicus autẽ Arrago ex hiſpania cum
exercitu in Siciliam delatus non ſolum Siciliã to-

Sexti libri decret. cõpilatio.



tam verumetiã Calabriam recuperauit. In hetru
ria vero adeo contra Piſanos Genuenſes exarſe-
rant: vt & liburnum ceperint incendioque euer-
terint, & naues onerarias ĩ fluminis hoſtio demer
ſerint ne Piſanis nauigare liceret. Fiebant hęc ĩ Ita
lia cum magno prouinciæ detrimẽto põtifice nul
libi ad pacem cõficiendã auctoritatem ſuã inter-
ponente. Et ne exiſtimares tum deum cum homi
nibus pacem habuiſſe tãtus repente terræmotus
exortus eſt: quãtus nunquã antea quo quidẽ mul
tis diebus per interualla plurima durãte ędificia
paſſim corruere. Reate pontifex tum erat cum to
ta curia: qui certe veritus ne ruina ædificiorũ op-
primeretur caſulã quãdam ex tabulatis ſubtilibꝰ
in medio clauſtro fratrum prædicatorũ prato ad-
modũ lato ædificari iuſſit eoq; in loco aliquãdiu
reſedit: licet horrida ſæuiret hyems: in celebritate
nãq; ſancti Andreæ hæc perturbatio exorta eſt.
Apparuit tum quoq; Cometes magnæ alicuius
futurę calamitatis indiciũ. Verũ bonifacius poſt
tantos & tã diuturnos terræmotus ad ſe rediens
cardinales aliquot creauit: quorum de numero
fuere archiepiſcopus Tolletanus: Ricardus Senẽ-
ſis: Nicolaus Taruiſinus ordinis prędicatorũ ma
giſter: Ioãnes muro ordinis minorum generalis:
Petrus hiſpanus. Iubileum quoq; idẽ retulit an-
no Milleſimo. ccc. quo plenã omnium dilectorum
remiſſionem his pręſtabat qui limina apoſtolorũ
viſitaſſent ad exẽplum teſtamẽti veteris: licet pri
mo quidẽ apud Iudęos huius lõge alia ratio habi
ta hit. Iubileum nãq; quinquageſimo quoq; anno
repetebãt quo debitores a creditoribus laxabant
(vt ait Ioſephus) & ſerui libertatem vendicabãt.

Terræmotus maximus.

Iubileus mutatur.

Iubilei rõ.

vnde libertatis nomē præfert tā animi ꝙ corpo-
ris. Nā liberi vere ij dici poſſunt qbus pctā remit
tunt. Idē etiā cēteſimo quoqꝫ anno obſeruari mā-
dauit. Ob hāc rē eo āno tāta vndiqꝫ hominū mul-
titudo romā venit vt vix īcedere ꝑ vrbē amplā
quidē & vaſtā liceret. Venerat & romā Karolus
Valeſij comes philippi frācorū regis frater: q filiā
Balduini vltimi Conſtātinopolitani īperatoris i
vxorē duxerat: a Bonifacioqꝫ īpetrauerat: vt ſo-
cero ſuo liceret īperium ipſum repetere a quo de
pulſus fuerat. Fecerat id quidē libēter bonifacius
ꝙ ei in animo erat horū pricipū auxilio exercitū
in aſiā trāſmittere q hieroſolymā recuperaret. In-
terim vero dū res ipę cōponerentur & Karolum
ipſum Patrimōio ſcti petri cū omni poteſtate præ
fecit & Legatū in hetruriā miſit q nouas ſeditio-
Albi & nigri Guelphi & Gibellini.
nes cōpeſceret. Nā a gibellinis & guelphis ad al-
bos & nigros trāſierāt. Verū cū legatus nil profi
ceret propoſitis etiā interdictis Karolus Vale-
ſius eo pōtificis mādato ꝓfectus cōtinere Floren-
tinos nō potuit quo minus albos non ſine magna
cæde ab vrbe ſua pellerēt: albi eṁ Gibellini tum
appellati ſunt: Sed pōtifex hieroſolymitanā expe
ditionē iāpridē meditatus apammenſem epm ad
Philippū regē Frācorū mittit q hominē ad eā rē
cohortaret. Is itaqꝫ eo ꝓfectus cum nil precibus
impetraret minas quidē addidit. Hāc itaqꝫ obrē
iratus philippus hominē ſubito in carcerē cōijcit.
Diſſentio int pōt. & regē Frāciæ.
Quod vbi bonifacius reſciuit eo ſtatim miſit nar
bonēſem archidiaconum virum certe inſignem
qui pōtificis nomine Philippo mādaret: vt miſ-
ſum faceret epiſcopū apammenſem. Id ſi non im-
petraret, diceret audiētibus omnibus regnū Frā-



ciæ ad eccleſiā deuolui: ob contumaciā Philippi
& violatum iuſgētium. Adderetqꝫ anathema: &
omnes Francos in iuramēto regio abſolueret. Fe-
cit omnia ꝙ diligentiſſime archidiaconus ac re-
gem cōpulit epiſcopum apamenſem dimitteret.
Rex autem aliqua ex parte iniurias ſibi a pontifi-
ce illatas vlturus edictum propoſuit ne quiſquā e
regno ſuo Romā proficiſceretur aut eo pecunias
mitteret. Secūdo vero poſt Iubileū anno karolus
Valeſius ad karolū ſecundū cōſobrinū ſuū ſe con
tulit, cuius aduētu motus Federicus Arago pacē
his conditionibus petijt & impetrauit vt redditis
quæ in italia ceperat ei Siciliam quoad viueret re
tinere liceret. Verum abeunte ex hetruria karo-
lo Valeſio: Albi Florentia Pulſi Forumliuij po-
pulariter commigrarunt Quorū de numero ha-
bitus eſt Dātes aldegerius vir doctiſſimus & ſua
Dantes poeta.
vernacula lingua poeta inſignis qui poſtea redi-
re in patriā perſepe conatus eſt ſed fruſtra adiu-
uantibus etiā Bononienſibus & canegrandi ve-
ronenſiū domino quo cū poſtea familiariter ali-
quādiu vixit. Sunt qui ſcribāt Bonifaciū hoc tē-
pore hermanij cuiuſdā corpus apud Ferrarienſes
iam viginti annis pro ſctō cultū exhumari mādaſ
ſe ac cōburi habita de eius hæreſi ꝙ diligētiſſime
inquiſitione hunc ego e fraticellis fuiſſe crediderī
quorū ſecta tum maxime inualeſcebat. Interī ve-
ro Philippus rex franciæ Bonifacij arrogantiam
iniquo animo ferens habito apud pariſios Eccle-
ſiaſticorum & nobilium magno conuentu com-
memoratiſqꝫ iniurijs a Bonifacio acceptis: eiuſqꝫ
ambitione & malis artibus ad occupandum pon
tificatum: quem iniuſte teneret ad ſedem apoſto-

licam tum(vt ipſe dicebat vacantē) futurūq; con
cilium appellauit. Qua quidem re percitus Boni
*Regnū frācię ĩpatori tradit.*
facius habito generali cōcilio philippum eiuſq; re
gnum alberto imperatori ſubijcit: quē initio pō
tificatus ſui repulerat. Tū vero philippus ſuper
biā hominis domiturus. Sarram columnenſem in
portu Maſſilię cognitum a piratis redēptum cum
Nogaretio gallo equite fidiſſimo Romā mittit:
hac ratiōe (vt ipſe palam dicebat) vt appellatio
nem ſuam publicarent. Verum ei longe alia mēs
fuit. Nam ſarra ſeruili habitu latiū ingreſſus col
lectis vndique amicis Nogaretium cum ducen
tis equitibus gallis mercede cōductis e militia ka
roli valeſij Ferenti nū pręmittit: qui ĩde ei ſi opus
eſſet auxilium ferret. Ipſe vero Anagniā, clam no
*Captio pōtificis.*
ctu ingreſſus adiuuantibus gibellinis quos Boni
facius diu multumq; vexauerat pontificē nil tale
metuētē in domo paterna capit refractis valuis,
captumq; romā perducit vbi quito & trigeſimo
die poſt dolore animi confectus perijt Pontifica
tus ſui anno octauo: mēſe nono: die decimoſepti
mo. Sepelitur in baſilica Petri ſepulchro a ſe an
tea extructo quod quidē adhuc extat in ſacello a
ſe condito opere vermiculato. Idem quoq; ſugge
ſtum condidit cum porticu apud baſilicā latera
nēſem quo execratiōes ĩ cœna domini fiūt quoq;
in loco & Philippum regem Francię & columen
ſes anathemate notauit. Moritur autem hoc mo
do Bonifacius ille qui ĩperatoribus regibus prin
cipibus nationibus populis terrorē potiuſquā re
ligionē inijcere conabatur: quiq; dare regna & au
ferre: pellere homines ac reducere ꝓ arbitrio ani
mi conabatur. Aurū vndique conquiſitū pluſq;



dici poteſt ſitiēs. Diſcāt itaque huius exēplo prin
cipes oēs tam religioſi q̄ ſeculares: præeſſe clero
& populus nō ſuperbe & cōtumelioſe: vt hic de
quo loquimur: ſed ſctē & modeſte vt xp̄s rex no
ſter eiuſque diſcipuli ac veri imitatores: Et malīt
a populis amari quā timeri vnde tyrannorū per
nicies oriri merito ſolet: Sūt qui ſcribāt hūc quo
que diſcordias inter italos aluiſſe maxime vero
inter genuenſes & Venetos: populos quidem na
uali prælio ſatis potentes.

## Benedictus xi.

Benedictus vndecimus natione italus pa
tria taruiſinus Nicolaus antea vocatus
Cardinalis hoſtienſis Romę Calēdis no
uembris pōtifex creatur. Hic enim ab
ineunte adoleſcentia ordinem pręedicatorum in
greſſus tantum virtute & doctrina apud fratres
ſuos valuit: vt eum per ōnes magiſtratus ad ge
neralis dignitatem prouexerint. Vnde & ponti
fex creatus magnum breui tempore virtutis ſuæ
documentū pręſtitit. Ita enim vixit: vt poſt mor
tem inter beatos merito cenſeatur. Inito autē pō
tificatu Nogaretium & Sarram omneſq; Ana
gninos cum his in capiendo Bonifacio ſentientes
& citatos antea ad iudicium nec apparentes gra
uiore anathemate notat. Cognita quoque regis
Philippi cauſa hominem bonifacij cenſuris irreti
tum abſoluit. In gratiam pręterea recepit ioannē
& iacobum cardinales columnenſes quos ingenti
odio bonifacius factionis guelphæ ſtudioſus plus
quā pontificē decebat perſecutus fuerat. His quo
q; bona reſtituit a galero tamen rubeo quo a bo
nifacio priuati fuerant ad breue tempus abſtine

reſunt iuſſi.Cōpoſitis autē hoc modo rebus i vr
be:creatiſq; cardinalibus quibuſdā: quorū de nu
mero Nicolaus Pratenſis ordinis prædicatorum
eſt habitus aīm ſtatim ad cōponendum italiæ pa
cē adijcit. Verum quia in hetruria magis q̄ alibi
ſeditiōibus laborabatur eo Nicolaū ipm̄ epiſco
pum hoſtiēſem cum ſumma poteſtate mittit: qui
& nouos magiſtratus Florētię cōſtituit in illiſque
ædibus collocauit quas nuper ad recipiēdos ma
giſtratus ædificauerāt dominorū palatium nunc
vocatur. Tum vero Nicolaus plura his ſibi licere
arbitratus de reducēdis exulibus mentionē facit,
quod vbi ex animi ſentētia nō impetrauit, ꝓpoſi
to anathemate Pratū ſe cōtulit. Mortuo deide nō
ita multo poſt Bn̄dicto pōtifice tumultuātibus i
hetruria oībus exules oīm ciuitatū in agrum Bo
nonienſem cōuenientes: primo ingredi Florentiā
inſtituūt: atq; ita clam noctu apud portā quę Bo
noniā ducit mœnia nondum perfecta ſupergreſſi
vſq; ad tēplum diuæ Reparatę pauloāte inchoatū
perueniūt. Verū dum & prædā cupide nimium
quęrūt & amicos cōſulunt quid maxime agendū
cenſeant: hoſtibus ſuis ſumendi animos: & capiēdi
arma tēpus dāt a quibus non ſine multorū cæde
propere expelluntur. Cōducto deinde Roberto
Calabrię duce non ſolum ſua tueri verū etiam a
liena oppugnare auſi: Piſtorium obſidiōe cingūt
adeo egregie ab his qui ī pręſidio erāt defenſum
vt eruptiōe facta Robertū cum exercitu pratum
vſq; repulerint. Benedicti autē viri optimi & ſā
ctiſſimi mens fuerat pacata italia ī Tartaros Syri
& paleſtinam ingreſſos iuuare a quibus literis
nuntijs ad tantā rem conficiendam continuo in



uitabatur. Mortuus itaque Peruſij (eo enim profe
ctus cum curia fuerat) pontificatus ſui, menſe octa
uo die decimoſeptimo rem deſtinatam omittit.
Sepelitur autē magna pōpa (vt par fuit) in eccle
ſia fratrum prędicatorum nonis Iunij milleſimo
ccciij. Fuiſſe autem benedictum virum optimum
ac ſanctiſſimum declarant miracula a ſe poſt mor
tem edita ſanatis ægrotis: pulſiſque dęmonibus e
cordibus obſeſſorū. Vacauit tum ſedes a nonis
Iunij vſq; ad nonas Iulij inſequētis anni. Licet car
dinales in cōclaui ob eam rem conſtituti a peruſi
no populo impulſi perſæpe ſint minis interdum
additis vt pontificem deligerent.

Pontifex claret miraculis.

## Clemens V.

CLemens.v.natione Vaſco Burdegalen
ſis epiſcopus Bertrandus gottho antea
vocatus Peruſij a collegio cardinalium
abſens poſt longam contentionem pon
tifex tandem creatur: Is autem electioni conſen
tiens ex Burdegala Lugdunum profectus eo car
dinales omnes ad ſe vocat qui ſine mora ponti
fici obtemperarunt: atq; ita curia Romana in gal
lias tranſlata eſt milleſimo trecenteſimo quinto.
Vbi etiam ad.lxxiiij.annos remanſit cum magno
chriſtianorum incommodo: potiſſimū vero Vr
bis Romæ cuius templa magna ex parte ob ſoli
tudinem & ſitum corruere abſentib⁹ his ad quos
quidem ea reſtituere pertinebat. Coronationi au
tem pontificis interfuere & Philippus rex Fran
ciæ eiuſq; frater Karolus nuper ex italia reuerſus:
Ioannes Britāniæ dux: qui ruina muri oppreſſus
moritur cum pleriſque alijs dum pompa coro
natiōis (vt fit) per vrbem ducitur philippus quo

Curia Romana in Gallias transfert.

ꝙ rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus eſt. Pō-
tifex autem in tanta trepidatione ex equo detur-
batus ſolum carbunculum ex tiara amiſit: pretij
aureorum ſex milium: vt Quidā ſcribunt. Pera-
cto deinde ſolēni: ſedatiſq; rebus ōnibus Clemēs
multos cardīales gallicos tum creat ex italia nul-
lum, licet ioāni & iacobo colūnenſibus dignitatē
Cardinalatus integrā reſtituerit. Tres pręterea
cardinales cum ſenatoria poteſtate romam miſit
quorū auſpicijs vrbs ipſa atq; italia gubernaret.
At vero cum cerneret genuenſes & Piſanos in-
ter ſe grauiſſimo bello implicitos interimq; Sar-
diniam a Saracenis occupatam eſſe inſulam hac
conditione federico ſicilię regi cōceſſit: vt primo
quoque tempore eam pulſis inde hoſtibus recu-
peraret. Veneti autē cum karolo. ij. cōtra impera-
torem Cōſtantinopolitanum fœdus ineuntes eo
Raſſianum regē perpulere. Milleſimo. cccvij. vt
orthodoxæ fidei rationem a Romano pontifice
petierit: verum cum poſtea Veneti ac Carolus
refrixiſſent Raſſiani ipſi malo exemplo ſententiā
mutant. Interī vero apud Nouarienſes noua hæ-
reſis a Dulcino & margarita inuenta eſt qua ma-
res & fœminæ ſimul habitantes in omnē libidinē

**Fratricellorũ hæreſis.**

prolabebantur. Fraticelli hi ſunt appellati quos
opprimere clemens conatus eo ſtati milites quoſ-
dā apoſtolico legato miſit q eos ī alpibus poſitos
partim inedia & frigore partim armis oppreſſit.
Dulcinus autem & margarita vi capti membra-
tim lacerantur: eorumq; oſſa cōbuſta diſſipantur.
Reſcitum quoque eodem fere tempore eſt Tem-
plarios olim chriſti milites ad Saracenos defe-
ciſſe: hanc ob rem interfecti illi ſunt qui compre-



hendi potuere: eorūq; bona partim Rhodijs mili-
tibus q īſulam paulo aū occupauerant: parti vero
nouis religionib⁹ ſunt attributa Iudæos quoque
Philippus rex Franciæ cū ſingulis veſtimentis e

**Iudęi ex francia expelluntur**

prouincia ſua deiecit direptis eorū bonis: ob ma-
leficia quædā & auaritiam. Verū cū non ita mul-
to poſt Albertum īperatorē Ioannes ex fratre ne-
pos īterfeciſſet omnes fere ciuitates Ciſalpinæ gal-
lię dños ſibi eos delegere quos ātea capitaneos ha-
buerant. Capitaneos eñ pfectos Vrbium vocant
Vt verona aſcaligeros. Mantua Paſſerinos. Pata-
uium Caraſienſes. Eſtenſes añ iam pridē domina-
tum Ferrarię potiebātur. Sed tunc potiſſimū mu-
tinam ī poteſtatē ſuam redegere. Nec indignatus
eſt Karolus ſecundus Neapolitanus rex Beatricē
filiam Azoni Marchioni eſtenſi ī vxorē tum col-
locare. Verum Friſcus eius filius nouercā ſibi ſu-
perinductam cernens patrē ī carcerē coniectū ne-
cat Ferrariæq; potit̄ īpetrato a Venetis auxilio ad
expugnandū Thedaldū caſtellum (ita Accolæ vo-
cant) ponti impoſitum. Tum vero cardinalis co-

**parricidiū**

gnomento Pelagura Bononiam a Clemente miſ-
ſus Venetis ſub anathematis pœna imperat vt a
re Ferrarienſi abſtineant. Optabant quidē Ferra-
rienſes ipſi ditioni eccleſiaſticę ſubeſſe. Hāc ob rē
Veneti maturandū rati caſtellum die noctu oppu-

**Pelagura.**

gnatum tandē capiunt: quo facto Friſcus ipſe vin-
dictæ cupidus dimidiā Ferrariæ partē īcēdit: po-
tiſſimum vero eorū domos qui rebus nouis ſtude-
re videbantur. At ciues tantam iniuriā nō diuti⁹
laturi ſumptis armis Friſco dominatu eiecto Ve-
netis ſeſe dedūt cum cernerēt ſe ab his egregie de-
fendi poſſe. Quare Pelagura īdignatus cruce ſi-

gnatos ĩ venetos & ferrarĩeſes Vndequaque pro
pere ad ſe vocat. Clemens vero cognita Veneto
rum contumacia & regnandi cupiditate eis ana-
themate notatis ſacra interdicit: pro ſeruiſq; dire
ptis eorum bonis vbicũq; locorũ reperirẽtur ha-
beri iuſſit: quam ob rẽ gẽs ipſa mercaturæ admo
dum dedita & ĩ Anglia & ĩ gallia maxima ĩcom-
moda perpeſſa eſt. Alios præterea Cardinales in
Hetruriam bellis tumultuantẽ pontifex miſit qui
Roberto Calabriæ duci Florentinis ac Lucenſib9
reliquiſque prouinciæ populis mandarent: vt op
pugnare piſtoriũ deſiſterẽt. Paruere tũ oẽs p̃ter flo
rentinos & lucẽſes: quare his quoq; a ſacris inter-
dictũ eſt. verũ abeunte roberto auenionem ſalu-
tandi pontificis cauſa Piſtoriẽſes diutino bello fa
tigati deditionẽ tandem fecere. Captæ vrbis Flo
rentini & Lucenſes mœnia euertunt: foſſas com
plent: agrũ ſibi diuidũt: a ſanguine tñ ciuium tem
peratum eſt: ſolũ vrbis vtriq; populo cõmune re
manet. Quod quidẽ Florẽtini nõ ita multo poſt
contra fœdera inter ſe & Lucẽſes inita occuparũt
ducto circũquaq; muro elimatiſq; foſſis. Idẽ p̃te-
rea vt oĩa circumquaq; tutiora haberent, Acianũ
gentis Vbaldinæ caſtellũ in agro mugellano po
ſitum emptum pecunia diruũt: ĩ planoq; haud lõ-
ge Scarpariam vt paucis ante annis in valle arni
Caſtelfrãcum & ſanctum Ioannem condunt. Miſ
ſus tum quidem in hetruriam Neapoli Cardina
lis Vrſinus qui res ipſas componeret: ſpretus a flo
rentinis & Lucenſibus eo ire prorupit vt anathe-
ma & interdictum publice continuaret: hanc ob
rem Florentini clerum ipſum grauſſimis exactio
nibus diu multumque vexarunt. Vſi p̃terea hac



ſæuitia ſunt: nam curſum donatum ciuem egregi
um & de repu. benemeritum interfecere quia v-
gutionis fagiolani filiam ĩ vxorem duxerat: adeo
nobilitatem odio habebant. Verum cum poſtea
Pelaguram legatum in recuperanda Ferraria ca
ſtelloque Thedaldo a Veneris occupato fuiſſent
a pontifice in gratiam recipiunt. Milleſimo.ccix.
Eodem vero anno Karolo ſecundo Rege Nea-
politano mortuo filius Robertus in regnum a põ
tifice miſſus. Bononiam ad Pelaguram proficiſ-
citur: quem ſtatim eccleſiæ nomine tumultuanti
Ferrariæ præfecit. Is autem Neapolim iturus De
gum catelanum virum inſignem cum cohorte e-
quitum in pręſidio reliquit. Qui vbi continere
Ferrarienſes verbis & minis in officio non poſſet
equites ex arce in ciues dimiſit: quorum de nume
ro multos certe trucidauit. Ad octo namque & vi
ginti ex optimatibus Eſtenſium dominatum ap-
petentes laqueo necauit. Eodem vero tẽpore hẽ-
ricus luceburgenſis a germanis imperator elect9
hac quidem lege a pontifice confirmatur: vt in-
tra biennium coronam Romę habiturus Italiam
ingrediatur. Hoc autem animo id egerat ponti-
fex vt imperatoris aduentu motus italici com-
primerentur. Imperator itaque omnia ſe facturũ
pollicitus oratores ſtatim in italiam ad populos &
principes mittit maxime vero ad Florentinos qui
tum Aretinos vexabant: petitque vt ſibi & exer
citui ſuo hoſpitium in vrbe parent: ac vexare A-
retinos deſinant. Reſpondere tum florentini tan-
tum quidem principem ĩpudenter agere qui bar
baros In italiam ducere conatur quam ipſe impe
rij cauſa a barbaris tueri deberet Aretinis p̃terea

imperatorē ipſũ non bñ cõſulere:quos ſciret Guel
phos qdē ciues ſuos expuliſſe:exules em̄ ab īpera
tore reſtitui cõſueuiſſe & extorres retineri. Ferunt
Florentini Cæci
tum dantē Florētinos cęcos appellaſſe:ꝙ īperato
ri tam īſulſe reſpondiſſet:quo certe nil poterat eſ-
ſe magis a repu. ſua alienum maxīe autē tãto pri
cipe cum tanto exercitu hoſtili aĩo aduētante. A-
nimos ſiqdē eis dabant Roberti regis ꝓmiſſa:qi
regnum proficiſcēs factionis Guelphæ deſēſorem
accerrimum vbiqꝫ ſe futurum pollicitus erat. Im-
perator autē ad Taurinos, alpes tranſgreſſus ī pla
na deſcēdēs oēs fere ciuitatum principes honoris
cauſa obuios habuit. Duę tum Prę erant Mediola-
Turriani
ni factiones:quarum altera Turrianorũ altera vi
cecomitum habebat. Guelphis p̄erat guido Tur-
rianus populi capitaneus (vt gētis vocabulo vtar)
Gibellinos vero Mattheus vicecomes. Verit⁹ au
tē guido ne vicecomes hērici gratiã ob factionē p̄
occuparet:cõtracto exercitu ī agro Mediolanenſi
caſtra ponit viſurus (vt ipſe dicebat) quinam vr
bem ſe inuito īgrederētur, tũ vero Mattheus nũ-
tijs īperatorē ipm ꝓpere Mediolanũ vocat ad vr
bē (vt ipſe dicebat) īperij romani domicilium. Hē
ricus itaqꝫ copias vrbi admouēs:magnos tum qui
dē tumultus īgreſſo iam Guidone concitauit:q̊s
ſtatī rebus hoc modo compoſitis repreſſit:vt gui
do Vercellis potiretur. Mattheus vero equitũ ſuo
rum dux & p̄fectus haberetur. Potitus Mediolano
īperator omnes fere ciuitates ſtatī ī deditionē ac-
cepit pręter Alexandrinos. Coronam itaqꝫ Medi
olani accipiēs:quã modo etiã de more capere de-
buerat tanta ciues īpenſa vexauit:vt grauata o-
nere plebs:quę libertatem ſperabat arma ſumpſe



rit. Tum vero germani cũ ab vtraqꝫ factione ſuos
cędi viderent ex ſuburbijs vrbē īgreſſi factionum
capita ad ſe vocant. galeatius aũt matthei viceco
mitis filius:relicto domi genitore:cũ magna cliē-
tum manu ad īperatorē ꝓfiſciſcitur:oſtēditqꝫ Tur
rianos tyrannidē vrbis affectantes tm̄ tumultus
cõcitaſſe. Hanc ob rē Germani cũ Gibellina factio
ne in vnũ cõuenietes Turrianos nõnihil apud pla
team ſãctę Marię nouę reſiſtētes ab vrbe pellunt:
qui guidone ſuadente Verſellas populariter pe-
tunt Ex hac aũt factiõe ad triginta īterfecti refe-
runtur:quorũ de numero quatuor Turriani fue-
re. Mouens deīde ī Cremonēſes & Cremēſes Hen
ricus:qui Gibellinos eiecerant Guelphos ad ſup-
plicium vocat. Sed libera Cremonēſium deditio
henricum mitiorem reddidit. In cremēſes aliquã
tulum ſęuitũ eſt:& eorum mœnia funditus euerſa
ſunt. Parmēſes autē timore ꝑculſi:q Gilberto cor
rigia ſuadente Rubeos ī vrbem acceperant pulſis
guelphis īperatoris vicariũ recipiunt. Tutati ſunt
aliquandiu ſe Brixiani verum cum acriter ab hē
rico oppugnarētur noctu ad montana confugien
tes vacuã cultoribus vrbē reliquere. Ingreſſi ita-
qꝫ Germanis vrbis mœnia cõfeſtī demoliunt. His
aũt vicinorũ calamitatibus perterriti. Mantuani
Veronēſes Vicentini patauini Taruiſini Veneti
Potitur Italia imperator
mandata īperatoris ſtatī fecere. Placētini quoque
pulſo Alberto ſcoto guelphorum duce īperato-
ris p̄fectum ſuſcipiunt. Compoſitis itaqꝫ hoc mo-
do Ciſalpinę gallię reb⁹ īperator: Amedeo ſabau
diæ comite piſanorũ genuenſiũ qꝫ Oratorib⁹ ſub
ſequētibus ꝑ placētinos iter faciēs genuã proficiſ
citur. Quo etiam non ita multo poſt applicuere &

legati Roberti Neapolitani & Federici Siculi re-
gis illi ſimulatã iſtiueram amicitiam p̃ ſe ferẽtes.
Nam Robertus rex Mareſcallum ſuum cum duo
bus millibus equitũ in hetruriam miſerat: qui Flo
rentinis & Lucẽſibus ſi opus videret contra impe
ratorẽ auxilio eſſent. Verum henricus Piſas claſ-
ſe delatus p̃miſſis terreſtribus copijs maximis in-
commodis Lucenſes afficit. Libuit hactenus com
memorare hæc incommoda italis illata: quorum
omnis culpa a quibuſdam in Clementẽ transfert
qui henricum impulerit cum exercitu italiã ĩgre-
di. Sunt tamen qui ſcribant id ex vtilitate prouin
ciæ a Clemente factum: ob inteſtina mala quę quo
tidie cum magna hominum cæde in vnaquaqꝫ ci
uitate: immo in quouis paruo etiam caſtello com
mittebantur Cedebantur ciues: necabantur ſenes
Dira crudelitas. allidebantur infantes: nec vllus crudelitatis mo-
dus inerat. Vñ clementi placuit (quod ſcriptum
apud homerum eſt) vnus ſit princeps ad quẽ om-
nia referantur. Hẽricus aũt romam verſus iter ar
Nota ripiens cum quingẽtis equitibus Lodouicum Sa-
baudienſem Amedei filium p̃mittit: qui certe a-
pud Stephanum columnam non longe a lateranẽ
ſi palatio diuertens magnã vrſinę factioni timo-
rem iniecit. Henricus tñ Viterbium primo inde
Romam veniens effuſo obuiã honorato quoqꝫ cũ
vrbana multitudine perbenigne ſuſcipitur. Co-
ronatus deinde a tribus Cardinalibus Romanos
omnes in verba ſua (vt mos eſt) iurare cõpulit e
dito ingenti cõuiuio cui om̃es ciuitatis ꝓceres ex
ceptis dũtaxat Vrſinis interfuere. Ne tñ in tanta
celebritate quicq̃ tumultus ob cõcitatas hominũ
mentes oriretur milites ſuos ĩ theatris thermis lo



cisqꝫ munitis ꝓ ſtatione collocauit: quibus pręſi-
dijs adeo confiſus eſt vt auſus ſit etiã tributũ ĩſue-
tum a populo exigere. Quare ex re om̃es vtriuſ
qꝫ factionis ciues ad vrſinos confugiunt: qui ædes
ſuas ꝓpe tyberĩ & Hadriani pontẽ ſitas validis p̃
ſidijs cõmunięrãt. Tũ vero ĩperator ira percit⁹ ſa
gitarios nauales a piſanis miſſos in vrbẽ cõtra ro
manos vocat: quos certe nil tales metuẽtes Ioãnes
Roberti regis frater qui ſuas nauales copias ſub a
uentino collocauerat facile ĩ fugã vertit: & intro-
miſſo equitatu haud lõge ĩ ſtatiuis collocato: po-
pulo Romano adiuuãte imperatorẽ ipſũ Tybur
abire coegit. Diſceſſit & Ioãnes Roberti frater car
dinaliũ iuſſu. vrbẽqꝫ pacatã reliquit. Hẽricus autẽ
Peruſio iter faciens cũ Aretinũ ꝑueniſſet Rober-
tum regem maieſtatis reũ facit: citatũqꝫ nec appa
rentem regno priuauit: improbante eam rem cle
mente quod in loco nequaquam idoneo tantam
rem nec ad ſe pertinentem peregiſſet. Pontificis
enim proprium eſſe dicebat regnum Sicilię cis &
vltra farum dare & adimere. Mouens Aretio im
perator in Florentinos et Lucenſes cum Rober-
to ſentientes copias ducit. verum cum vrbem op
pugnare non poſſet occupato Bonitio eodemque
munito Senenſibus bellum indicit: qui auare nimi
um ac maligne commeatus ei ſubminiſtrabant.
At vero cum ægrotare cœpiſſet: ad macereti bal Imperator toxicatur in eucharistia.
nea ſe contulit: vnde multo imbecillior quam an-
tea ad Bõconuentum redijt: vbi poſt aliquot dies
moritur non ſine ſuſpitione dati a florentinis ve-
neni: ſubornato pollicitationibus et prœmijs mo
nacho quodam qui ei Euchariſtiam veneno il-
litam dederat vt nonnulli ſcribunt. Piſani autem

mortuo īperatore Florentinorū potētiam veriti
vgutionē Fagiolanū ducē ſibi ac tyrannum deli-
gunt: qui paulopoſt ab equitatu cum hērico mili
tare ſolito adiutus Lucenſes agris multatos in po
teſtatē ſuam redegit. Clemēs vero ad cætera ma-
la que Italia patiebatur audito incendio baſilicæ
Cōſtantianę vehementer īdoluit: Pecuniaſq; cle-
ro ac popu. Romano miſit ad tēplū reſtituēdū: li-
cet eo anno tanta charitate & pœnuria rerum labo
ratum ī regno ſit vt vix ad cibum & potum ſa-
tis pecuniarum haberet. Quę quidem mala et fre
quētes eclypſes ſolis cometæq; portēdebant & ip
ſa peſtis qua fere vbiq; tum laboratum eſt. Cle-
Commendatio pontificis
mens aūt cum animum ad componendū eccleſię
ſtatum adieciſſet ſacris ordinib⁹ ter habitis & plæ
roſq; Cardinales viros optimos creauit: & tribus
concilijs diuerſis ī locis varijſq; tēporibus habitis
multa prudēter & mature egit. Nā & dulcini ſe-
ctam eccleſiaſticos īpugnantē (vt dixi) perdomu
it: & tēplarios ſuſtulit ī maximos errores prolap-
ſos: chriſtum ſcilicet abnegantes eorūq; bona hie
roſolymitanis militibus addixit: & regi Franciæ
apud pictauium quædam inhoneſta petenti quo
minus id impetraret reſtitit. Nam & damnari Bo
nifacium & abſolui Nogaretium ac Sarrā pete-
bat. Premum certe nunq; obtinuit. Secundum po
ſtremo īpetrauit pollicente Nogaretio ſe iturum
pœnitentię gratia contra Saracenos: quā quidē ex
peditionem clemēs ipſe maxīe optabat vt ex ei⁹
concilijs apparet. Pręterea vero & celeſtinum qui
tum approbatis eius miraculis ī ſactos retulit ſub
Clementinę edūtur
nomine Petri confeſſoris: & librum clementina-
rum a ſe compoſitum in Viennenſi concilio edi-



dit. Deinceps vero varijs ægritudinibus afflicta-
tus, nunc em dyſenteria, nunc ſtomachi ac laterū
dolore cruciabatur octauo pōtificatus ſui anno,
menſe.x.die.xv moritur. Vacat tum ſedes annis
duobus mēſibus tribus, diebus.xvij. Dum nō ſa
tis inter Cardinales cōſtat quē potiſſimū deligāt:
Nec minor quidē diſcordia inter electores impe
rij tum fuit mortuo Hērico: cum alij Lodouicum
Bauariæ alij federicum Auſtriæ duces propone-
rent: quibus inter ſe prælio cōcurrētibus ſupera-
to federico tanta ſuperbia Lodouicus elatus eſt:
vt abſq; auctoritate romanæ ſedis & imperatorē
ſe appellauerit, & ita vicecomitibus in Ciſalpi-
na fauerit: vt Mediolano potiti ſint quo ei facili⁹
Romā proficiſci liceret ad coronā aureā (vt mos
eſt) accipiendā. Tum vero hetruſci omnes ac ma
xime Guelphi trepidare cœperunt: ꝙ cernebant
Lodouicū imperatorem omnia imperij iura ad-
iuuātibus Vicecomitibus & Vgutione Fagiola-
no Piſanorū & luceſium tyranno breui repetitu-
rum. Hanc ob rē & Guidonem petramalam epi-
ſcopum Aretinum ac dominum & philippū Ta
rentinum principem roberti regis fratrem in par
tes ſuas pollicitationibus & muneribus pellexe-
re. Multum enim philippus equitatu & diſciplina
rei militaris tum valebat.

## Ioannes XXIII.

IOānes.xxiij. Iacobus caturcēſis an-
tea vocatus epiſcopus Portuenſis:
poſt longā vigintitriū cardinalium
altercationē Lugduni pōtifex crea
tus nonis ſeptēbris in eccleſia cathe
drali coronā pōtificatus accepit: Inde vero Aue-

nionem cū curia ꝓfectus octo Cardiales ī ieiunijs
quatuor tēporū aduentus Dn̄i creauit, quorū de
numero fuit Iacob⁹ caturcēſis eius ex ſorore ne-
pos & Ioānes caietani tituli ſcti Theodori diaco-
nus cardialis e gēte vrſina. Præterea vero ī ſan-
B. Lodouicus minorita canonizat.
ctos cōfeſſores retulit Lodouicum ep̄m Toloſa-
num quōdam Caroli regis Siciliȩ filiū. Sunt tamē
qui hoc Bonifacio octauo aſcribāt, vt antea dixi,
Abdicare autē ſe ep̄atu & ſacerdotio cōpulit Hu-
gonē Caturcēſem epiſcopū priuatum oībus pōti-
ficalibus īſignibus anulo mitra cappa pileo cami-
ſiaq; Romana: Priuatū autē degradatūq; (vt iſto-
rum vocabulo vtar) ac curiȩ ſeculari traditum o-
mnibus cruciatibus coactū eſſe vitā cum morte
Tholoſana ſedes fit archiepiſcopalis.
cōmutare: ꝙ in pōtificē cōiuraſſet. Eccleſiam ve-
ro Toloſanā quam vnice dilexit ad archiepiſco-
patum tranſtulit: cuius quidē caſtella ſex ī ciuita-
tes erexit vt hēret archiepiſcopus Toloſanus qui-
bus cum dignitate præeſſet: Dioceſes quoq; ar-
chiepiſcopatu Narbonenſi aſcripſit, Limoſam &
abbatiam ſcti Pontij. Adeo prȩterea rebus nouis
pontifex ipe ſtuduit: vt & ſimplices epiſcopatus
bifariam diuiſerit ac diuiſos ī vnum redegerit;
& Abbatias ī epiſcopatus & epiſcopatus ī Abba-
tias viciſſim trāſtulerit. Nouas quoq; dignitates;
noua collegia ī eccleſijs cōſtituit: ac cōſtituta prius
in aliam formam trāſtulit. hac tamen gratitudi-
Cōfirmatio clemētinarum.
ne vſus eſt: ꝙ clemētinarum editionem cōfirma-
uit. Mādauitq; doctoribus omnibus Publicorum
gymnaſiorū vt librum ipſum publice legerent;
Ordinē autē Grādimōtenſem: quorūdam ipro-
borū factionib⁹ labefactatum ī meliorē formam
redegit. Amputatis his vero quȩ ordīe obeſſent;



additiſq; īſtitutionibus quibuſdam quibus tanta
Cæſaraugusta metropolis efficitur.
religio cōſtaret. Cum vero Cæſar auguſtanā ec-
cleſiam admodū diligeret eam ī Metropolitanam
erexit quiq; cathedralibus eccleſijs ex vndecim
quȩ Tarraconenſi ſubſunt huic aſſignatis: inſtituit
& nouū ordinē militum qui militare ſub xp̄o di-
cerētur ī luſitania quȩ portugallia dicit̄ qui Sara-
Betica.
cenis reſiſterēt Beticā & Aphricam īcolentibus.
Betica apud antiquos ea pars dicebatur Hiſpa-
niȩ quȩ ad mare Mediterraneū vergit noſtris tē-
poribus Granate nomen obtinēs a cocco (vt arbi-
tror) quo ea pars Hiſpaniȩ maxime abūdat: coccū
autē nūc granā vocāt vnde lanæ īficiūtur. Huius
autē ordīs quē diximus: a pōtifice cōſtitutum ca-
put ī marino Siluenſis dioceſis oppido repoſitum
eſt militibuſq; oīa bona templariorum annuente
rege Portugalliæ cōceſſa ſunt quo liberius mili-
tiæ chriſti vacarēt: cuius cenſor & moderator eſt
Abbas Alcohaſiani monaſterij ciſtercienſis ordi-
nis Vlixiponenſis dioceſis qui & conſcribendi &
exauctorandi militem facultates habet. Deīceps
Duo thomȩ ī ſctōrū cathologo deſcribūtur.
vero duos Thomas ī ſanctos retulit Thomam epi-
ſcopum Herfrendenſem virum nobilem genere
probatum moribus doctrina inſignem miraculis
clarum & Thomā Aquinatem ordinis ſancti Do-
minici doctorem prȩcellentē: de cuius vita & ſcri-
ptis multa ſuperius annotauimus. Creatis deinde
ſeptem cardīalibus ſecūda ordinatiōe Milleſimo
cccxxij. Stati edictū ꝓpoſuit: quo eos declarauit
Xp̄s habuit proprium.
pertinaces & hereticos qui affirmarent chriſtum
eiuſq; diſcipulos nihil priuati habuiſſe. Quod cer-
te nō multū cū ſacra ſcriptura cōuenit quȩ multis
in locis teſtatur xp̄m eiuſque diſcipulos ac veros

imitatores nil proprij habuiſſe. Vt illud Euāgelij. Qui non vendiderit omnia quę habet & pauperibus dederit non poteſt eſſe dignus me diſcipulus, pręterea vero hereticū putauit eſſe ſi quis affirmaret ipſis diſcipulis vendēdi, donandi, reſtandi, acquirendi, ſuopte ingenio ius nō cōpetere: q̄ ad religionē eūtes in alterius arbitriū tranſeant. vnde fit vt Dñi mācipia nō ſibi ſed domino acquirāt: vel acquiſita prius ex arbitrio & mādato eius pauperibus diſtribuāt. Harū autē inſtitutionum literas apoſtolicas ad gymnaſia publica trāſmiſit ne amplius ſcholaſtici ea de re diſputare auderēt. Dānauit pręterea gloſulā quādā fratris Petri ordinis Minorū: qui cōuentum quendā tertij ordinis ad imitādā xp̄i paupertatē animauerat: quorū de numero multi damnati & exuſti fuere. Habita a pręterea cōſtitutiōe (vt eorū vocabulo vtar) decē cardinales creauit: inter quos Ioannis Colūnæ & fratris Matthei e gente vrſina ordinis prędicatorū ratio eſt habita. Dū hæc a pōtifice agerent florētinus exercitus ingēti nō lōga a mōte catino ab vgutione fagiolano ſupatus eſt: verum Lucēſes nō diutius tyrannidē vgutiōis laturi capta occaſiōe Neriū eius filium vrbe eijciūt: dū caſtruciū virū domi nobilē & manu prōptū quē in carcerē cōiecerat ob prædā ex hoſtibus captā ad ſuppliciū ducit. Pulſus itaq; luca Nerius patrem i Lucēſes cōcitat cui quidē ex vrbe in hoſtē prodeunti Piſani ſtatim clauſere portas. Is autē cū filio ad malaſpinas confugiens tentato ſæpius at fruſtra ad tyrannidē reditu tādem ī flāminiā ſolū paternum pōtifice iubēte redijt. Atq; ita Caſtrucius ad extrema calamitate ad ſummā fœlicitatē pdu-

Caſtruciꝰ.



citur: carcere enim ad dominatum ciuitatis lucēſis traductus eſt. At vero pōtifex ītelligēs & eſtēſes pulſo pręſidio eccleſiaſtico oīno ferraria & vicecomites adiuuāte Lodouico Bauaro Mediolano potitos eſſe omiſſis (vt ipſe dicebat) ad tempus Eſtēſibus vicecomites īterdictis notauit magis in lodouicū qui titulos īperij ſibi vſurpabat q̄ in vicecomites īuectus. Eodē quoq; tēpore Gibellini genuēſes a cōciuibus ſuis guelphis pulſi adiuuāte Roberto rege cuius poteſtati ciuitatē cōmiſerant Sauonā populariter migrauere. hos poſtea etiā extorres bello inſequens Robertus: dum in Gallias trajcit vna cum Sauonēſibus in poteſtatē ſuā redactis aliquādiu male habuit. Pontifex autē intelligēs diſceſſu roberti guelphos vbiq; opprimi karolum valeſij comitē francię regis philippi filium in italiam mittit: qui guelphis pręſidio eſſet & his potiſſimū qui apud verſellas cum turrianis erāt vrbis ditione potitis. Verum ſuperueniente Lodouici īperatoris iuſſu: Galeatio vicecomite ante aduentū karoli Turriani vercellis pelluntur: eaq; vrbs in poteſtatem vicecomitum redigitur. Potitur & caſtrucius non ita multo poſt piſtorio, vt guido petramala pauloante Typherno: florentinis aduerſantibus. Sed Caſtrucius Galeatij vicecomitis auxilio fretus (nam Accium filium cum mille & quingentis militibus ei auxiliū miſerat) florentinos magna clade ſupatos ad mœnia vſq; perſequitur. Tum vero pontifex videns in bauaro turbandi omnia principium ineſſe ei ſacra interdicit more ſolenni vt fieri conſueuit: Guidonemq; petramalam poſt occupatum Typhernum ſacerdotio exauctorauit cortonam quoq; a dio-

Guido petramala.

ceſi aretina ſeparatam in ciuitatem erexit creato
Ioanne Viterbienſi Cortonienſiū epō. Interī aūt
Nicolaus Eſtenſis Ferrariæ dn̄s Argētam Rauē-
natis eccleſiæ oppidum vi occupat adiuuāte paſ
ſarino Bonacoſſio Vrbis Mātuę tyranno: ꝗ ſoro-
rē Nicolai pauloante ī vxorē duxerat. Ii etiā iun-
ctis ſimul copijs Bononienſes aggredi ſunt auſi.
Sed a bertrando eccleſię copiarum duce ſuperati
cum magno īcommodo abiere nō ita multo poſt
a pōtifice anathemate notati. Ferrarię pręterea i-
terdictū a ſaracenis donec argēta redderetur: Ca
ſtrucius vero adeo Florentinos tum vexabat ca
pto oppido Signa vnde frequentes incurſiones i
eos faciebat: vt deſperatione rerum adducti ka-
rolū Roberti filium ī dn̄m vocauerit. Tum vero
Ioānes pōtifex Ioānem Vrſinum ī Italiā prope-
re mittit ꝗ Florētinos & guelphos omnes ī Baua
rum cōfirmaret iam alpes cum magnis exerciti-
bus tranſeuntē. Is autē Romā iter facturus primo
Mediolanū proficiſcitᷣ Gibellinorū precibus mo-
tus. Verū cū accepta ferrea corona pecunijs idi-
geret atq; eas a populo exigeret quē galeatiꝰ tue-
batur oībus vicecomitibus ī carcerē cōiectis: qua
tuor & viginti ciues deligit, ꝗ rēpub. admīſtrarēt
addito pręfecto quē ex gente ſua Vrbi præfecit.
Bauarus tn̄ poſtea Caſtrucij precibus motus vice
comites oēs īcolumes dimiſit dū Lucę eſſent vbi
imꝑator a lucēſibus magna cū benignitate ſuſce-
ptus eſt. Inde vero abiēs comitāte cū mile & qui-
gētis equitibus caſtrucio romā peruenit: vbi apd
ædes laterani iuſſu Cleri populiq; Romani a Ste-
phano Colūna coronatᷣ. præerant tū vrbi duo ex
nobilitate romana quos romani īperatores vica-



rios appellabant. Tum vero cum Nicolaus co-
mes alter collega abeſſet Stephano ea ſors obti-
git. Coronatus imperator petrum Corbariēſem
ordinis minorū ex Reatino agro oriundum pon
tificem ſtatim creat Ioannis viceſimo ſecundo æ-
mulum futurum hominem quidem humili loco
natum ſed doctum & ad res agēdas aptiſſimum.
Habuit hic primo vxorem quarenuente ac recla Petrꝰ cor-
mante religionem & habitum ſancti Frācīſci ſu- barienſis.
ſcepit. Creatus itaq; ſpeudo pontifex: ac Nicolaus
quintus appellatus ab imperatore & his qui tum
cum eo aderant vt verus chriſti vicarius conſa-
lutatᷣ. creauit is quoq; cardīales & epiſcopos ho-
mines ſui ipſius cōſimiles. Interea vero cū equites
galli in præſidio Florentinorum relicti noctu in-
ſidijs pictorium occupaſſent, Caſtrucium Roma
abire confeſtim cogunt qui primo iunctis cū vi-
cecomitibus copijs Piſas Lucamq; peruenit. Inde
vero ī piſtorium mouens ciuitatem diu obſeſſam
fame ad deditionem tandem cōpulit. Subſequens
autem Caſtrucium cum exercitu Bauarus viter
bij antipapam reliquit Florentiam oppugnatu-
rus quam fortaſſe occupaſſet ni Caſtrucio graui
morbo ex immenſis laboribus contracto mori con
tigiſſet Bauarus tamen tanti accepti beneficij im
memor eius filios Piſis ac luca expulit: dū in, ci-
uitatibus præſidia diſponerēt: vrbibuſq; ipſe po-
titus eſt. Mortuo quoq; eodem tempore Galeatio
vicecomite eius filij ad Bauarum confugiunt ho
minem rogantes vt accepta grādi pecunia quam
ipſi pollicebantur ſe in patriam remittat. Tum il-
le pecunię admodum cupidus Accium in patri-
am remittens Marcum fratrem tandiu obſident

apud ſe detinuit q̄diu ei pecuniȩ redderent. Ve-
rum Bauarus relicto Piſis Antipapa Marcoq; vi
cecomite Mediolanum profectus in Germaniam
iturus nequaquã ab Accio in vrbẽ recipitur pa-
ternarum iniuriarum memoria: germani autem
milites qui in hetruria marcũ vicecomitẽ obſidẽ
retinebãt cognita hominis virtute in eius verba
iurauere ex captiuo ducẽ creantes qui ſtatim de-
dentibus arcem Caſtrucianis militibus Luca po
titus eſt. Verũ non ita multo poſt abſente Marco
Germani milites mutata ſentẽtia Lucam vrbem
cuidã genuenſi ex gente Spinola qui multũ claſſe
valebat vendidere. Abeunte præterea in germa
niã Bauaro re omni infecta ad ĩperium ſpectãte:
Bonifacius piſanus comes rem gratã Ioãni põti-
fici facturus Antipapã Auinio nẽ perducit vbi i
carcerem cõiectus vitã cum morte permutauit.
Tum vero põtifex duabus maximis curis libera
tus: q Antipapam e medio ſuſtulerat quodq; ba
uarus ĩ germaniã relicta Italia abierat inſtãte frã-
ciæ rege expeditionẽ in ſaracenos promulgat im
poſitis decimis quæ philippo ipſi ad expeditionẽ
ituro darentur. Ceperant tum Lucam Forentini
vnde a militibus Boemicis ſtatĩ expellũtur quos
antea Brixiani contra Bergomates in Italiã ac-
cerſierant quorumq; auxilio fretus pontificis Le
gatus Parmam Rhegium Mutinamq; ceperat. Is
autem inita cum Ioanne rege Boemiæ amicitia
omnẽ rationem factionũ Italicarũ repẽte cõmu-
tauit. Nam quibus põtifex & Boemiȩ rex Amici
ac ſocij erãt illis Robertus ac Florẽtini repẽte ad-
uerſabanẽ nullo guelphorũ aut gibellinorũ diſcri
mine habito. Maſtinus & Scala verõȩ philippinus



Gonzaga Mantuæ: Carrarienſes patauij Eſtenſes
ferrariȩ dñi amicitiã & ſocietatẽ cũ Roberto ieũt
cuius et auxilio Florẽtini adiuti Piſtoriũ capiũt de
dentibus tñ vrbẽ quibuſdã ciuibus nemineq; ad-
uerſante. Interea vero Marchiones Eſtenſes nõ pri
us ab interdicto eccleſiaſtico abſoluti ſunt q̄ ferra
rienſiũ p̄cibus fatigati argẽtã a ſe occupatã eccle-
ſiȩ Rauennati reddidere. Ii tñ auxilio Scalligero-
rum freti Caſtellũ ſancti fœlicis agri Mutinenſis
obſidere incipiunt. Verũ ſupueniẽte Karolo Boe
miȩ regis filio: manfredoq; cognomẽto pio carpi
dño qui ſocietatẽ ſimul inierãt. Eſtenſes fundũtur
fuganturq; ex eorũ in litibus ad octingentos ceci
diſſe ea pugna conſtat multoſq; ex nobilitate ca-
ptos maxime vero Nicolaum Eſtenſem Rainaldi
marchionis fratrẽ. Hac aũt opportunitate motus
Legatus Bononienſis cõparato ſatis iuſto exerci-
tu cui & Galeotus malateſta Ariminenſis: & fran
ciſcus ordelaphus forliuieſis: & Ricardus Manfre
dus fauentinus & Hoſtaſius Polẽtanus Rauẽnas p̄
fuere ferrariã obſidet. Nã ij omes ſuarum ciuita-
tum dñatum paulo ante occupauerant, cũ priꝰ ea
rũdem capitanei haberẽtur. Oppugnabatur tum
acriter ferraria capto ſanctri Anthonij ſuburbio
cũ auxiliares copiȩ a Philippino Gõzaga a Maſti
no Scala ab vbertino Carrarieſi miſſȩ animũ ad e
rũpendũ ferrarieſibus dedere. Qui & hoſtes fun-
dunt & omes fere duces capiunt. Captus aũt Ra-
mandiolȩ comes cũ nicolao Eſtenſi cõmutatẽ reli-
qui deĩceps ĩcolumes ad ſuos remittuntur: hac cõ
ditione tñ ne arma amplius contra Eſtenſes capi-
ant. Elatus vero tanta victoria Rainaldus Eſtẽſis
in agrum Bononienſẽ mouẽs longe omnia popu

ʒauium dedēte Vbertino carraria ī poteſtatē ſuā
redegerat:ad tm̄ dominatū extinguendū omnes
fere Italiæ populi & prīcipes ſimul coniurauerūt.
Maxīe aūt veneti & Luchinus vicecomes qui ac-
cio pauloante mortuo ī dominatu ſucceſſerat. Ci-
xerant veronā obſidione veneti Gonzaga Eſten-
ſiſq; dū luchinus alio exercitu Brixiam & bergo-
mum in ſuā poteſtatē redigit. At vero cū veneti
timerēt ne dū potētiā vni⁹ extīguere parant alte-
rius augerent. Pacē hac cōditione cū Maſtino Sali
gero ineūt vt omiſſo patauio carrarieſibus dimiſ
ſaq; Brixia & bergomo vicecomiti quas vrbes nu
per occupauerat:ipſe veronā vicentiā Parmā Lu
camq; retineret. Diſplicuit vehementer hæc pax
florentinis ſocijs & amicis qui potiri Luca admo
dum cupiebant. ſed reiecta in aliud tēpus querela
tū quidē reticuere. Pontifex aūt miſſo ī italiā lega
Stephan⁹ columna. to ſenatui populoq; Romano perſuaſit vt Senato-
riam dignitatem q̄ diu regio nomine geſſerāt ſu-
is tandem & eccleſiæ auſpicijs adminiſtrarēt. Hāc
ob rē & Stephano colūnæ Senatoria dignitas in
quinquennium prorogata eſt, & collegæ annui ei
dati ſunt. Verū cū pontifex Stephanū ad ſe Aue-
nionē vocaſſet Vrſus Anguillariȩ comes Stepha
ni collega franciſcum petrarcham virum eloquē
tiſſimum, maxime aūt vernacula lingua rhitmiſ
francisc9 petrarcha q; vulgaribus corona poetica in Capitolio dona
uit, aſtante populo omnique Romana nobilitate.
Anno ſalutis milleſimo. cccxxxviij. At pontifex
veritus ne vacante imperio Italia ab aliquo exter
no hoſte iuuaderet. Luchinū vicecomitē Ioānēq;
eius fratrem archiep̄m Mediolanenſē mediolani
aliarumque vrbium quas poſſidebāt vicarios in



ſtituit:eandē quoq; poteſtatē Maſtino Scalȩ Vero
nȩ & vincentiæ: Philippino Gonzage Mātuȩ &
Rhegij: Albertina carrariæ patauij obicioni Eſten
ſi Ferrariȩ Mutinȩ Argētȩ ſuo iure (vt ipſe dice-
bat) tribuit: q̄ vacante īperio omnis eius poteſtas
in pōtificem recidat Ieſu chriſti ſupmi regis vnicū
in terris vicariū Obicioni tn̄ eſtenſi hoc veſtigal ī
poſuit, vt quotanis. x. milia numum auri Eccleſiæ
Romanæ pſolueret. Semel aūt toto ſui pontificat⁹
tēpore ſex pſbyteros Cardinales creauit viros e-
gregios nō de ſua ſtirpe (vt nūc fit) ſed vnde qua
q; ad tantā dignitatē vocatos. Non iprobo tn̄ eos Notēt pō tifices.
qui ob cognationē & affinitatem ad ſummos di-
gnitatis gradus eriguntur ſi tanta conditione di
gni ſunt. Tantæ p̄terea conſtantiæ fuit :vt dimo-
ueri a recto vel vi vel precario vel pollicitationi
bus nunq̄ potuerit. Bonos em̄ diligebat & viciſ-
ſim malos ac ſceleratos apte odio habebat. Com Laus Benedicti
ponere itē pacē inter Philippum Franciæ & Edu
ardū Angliæ regē ſæpe tentauit p legatos ac fru
ſtra. Qui maximis cladibus: q̄ ſȩpiſſime inter ſe
concertarūt. Nam Eduardi claſſis ſupra ſcluſas
non longe a portu Flandriæ tanta vi cū gallis di-
micauit & vicit:vt ad. xxxiij. millia gallorū vna
pugna interfecti referantur. Pontifex autem rem
ſæpius tentatā omittens ædes Pontificias cum tur
ribus & pometis inchoauit ac pfecit ſuoq; iuſſu ī
penſaq; baſilicæ ſancti petri tectū reſtituit quēad-
modum epigramma ad eius ſtatuā in eadē baſili
ca poſitam indicat. Moritur aūt pōtificatus ſui an
no. vij. menſe. iij. die. xvij. Multam vim auri nō co
gnatis ſuis & affinibus ſed eccleſiȩ reliquit. zotum zotus pictor
pictorem illa ætate egregium ad pingendas mar

tyrum hiſtorias in ædibus a ſe ſtructis conduce-
re in animo habuit. Im morte aũt optimi pontifi-
cis & doctiſſimi om̃es fere collacrymarunt. Idq; in
põpa funeris q aderãt fletib⁹ & gemitu p̃ ſe tulere.

## Clemens VI

CLemens. vi. patria Lemouicenſis pe-
trus antea vocatus: primo monach⁹
deinde archiep̃s Rhotomagenſis: po
ſtremo pontifex Auenione creatus
eſt. Fuit autem vir multæ doctrinæ
compoſiteq; eloquentiæ: liberalis ĩ omnes comis
& perhuman⁹. Electus itaq; nonis maij. Milleſimo
cccxlij. coronatur. xiiij. Kal. Iunij. Sequentibus ve-
ro ieiunijs põtificatus ſui anno primo octo preſby-
teros cardinales creat: diaconos duos. ſ. fratrem ſu-
um monachum Turellenſis pfeſſionis: & Guliel-
mum ex ſorore nepotẽ. Ex his p̃terea quos p̃ſby-
teros creauit vnus ei affinitate cõiunctus fuit. Se-
quenti aũt anno duos item creauit quorũ altere-
ius erat ex altera ſorore nepos: Petẽtibus ſiquidẽ
Romanis: vt quemadmodum Bonifaci⁹ octauus
olim conceſſerat: vt centeſimo quoq; anno quod
ſeculum antiqui appellabãt: vnde ludi ſeculares
nominati ſunt: plenam peccatorũ oĩm remiſſionẽ
viſitantibus limina Apoſtolorum Petri & pauli
quinquageſimo quoq; anno id faceret libenter an-
nuit: cum dicerent ętatem hoĩm iubileũ illũ cẽtũ
annorũ attingere non poſſe. Verum cum intelli-
Annus iubilei. geret totam Italiam in tumultu eſſe ſolos Luchi-
nũ & Ioannẽ Vicecomites vicarios inſubrię con-
firmauit: de reliquis Italiæ prĩcipibus nulla men-
tiõe habita: exiſtimabat em̃ ſolos Vicecomites ba-
uaro reſiſtere poſſe ĩ Italiã (vt ip̃e p̃dicabat) deſcẽ-



ſuro. Qui viciſſim: vt par pari pontifici redderet
in ditiõe eccleſiaſtica multos vicarios impiali au-
ctoritate confirmauit. Nam Ioãnẽ de vico vrbis
p̃fectum viterbij: Galeotũ Malateſtã & fratres A-
rimini pẽſauri Fani: Antoniũ Feletrariũ Vrbini:
Nolphũ & Gallaſium fratres callij. Alegretũ cla-
uellũ Fabriani: Bulgarutiũ Matelicæ: Iſmedutiũ
ſancti ſeuerini: Gẽtilẽ Varraneũ camerini. Michae-
lẽ montis milonis. Põgoniũ cĩgoli. Nicolaũ boſca-
retũ eſij. Guidonẽ polẽtenſem Rauẽnę Franciſcum
& Synebaldum Foroliuij & ceſennę: Ioannẽ Man-
fredũ Fauẽtiæ dños cõfirmauit. Licet añ quidã ex
his loca ip̃a p̃tĩ vi p̃tĩ beniuolẽtia ciuiũ adepti fue-
rant: vt ĩ Bñdicto diximus. Interĩ vero Freſcobal-
di florentini ciues admodũ potentes a ciuibus ſu-
is pulſi Piſanos ad arma cõcitant iniquo quidẽ tẽ-
pore. Florẽtini. n. Parmã a Scaligeris ẽpturi tum e-
rant & ob eã rẽ filios obſides iã Ferrariam miſerãt
quĩgẽta milia numũ auri polliciti. Sequeſter. n. ad
eam rẽ cõficiendam Ferrarienſis ab vtroq; elect⁹
eſt. Verũ cũ Florẽtini alia ſup aliã clade tũ a piſa-
nis tũ ab eorũ ſocijs afflictati eſſent omittere tan-
tam emptionẽ coacti ſunt. Ferre tñ auxilium Lu-
cenſibus a Piſanis obſeſſis nõ obmiſere adiuuãti-
bus etiã ſocijs: copiarũ duce Malateſta Ariminẽſi
cognomẽto Vngato. Qui piſanos a ceruicib⁹ Lu-
cenſiũ armis q̃dẽ repulit. Tum vero Robertus flo-
rentinorũ amicus Sociorũ calamitatibus p̃motus
Gualteriũ quẽdam gallum Athenarũ ducẽ appel-
latũ cum paruo eq̃tatu ĩ hetruriam miſit: qui arti-
bus exquiſitiſſimis deiecto Malateſta vt imperito
belli duce: ita gratiam Florentini populi aucupa-
tus eſt, vt breui copijs eorum & vrbi preficeretur

deiectis & extictis omnibus vrbis magiſtratib9.
Huius quoq; fortunã iuuere Aretini Piſtorienſes
& volaterrani qui homini ſeſe ſtatĩ dedidere. At
cũ Acci9 corrigieſis Parmãvrbẽ quã ipẽ tueri nõ
poterat Obicioni Eſtẽſi dediſſet, Philippinus gon
zaga bello ob ipſo Obicione laceſſitus compara
to exercitu ĩ agroRhegieſi hominem inuadẽs col
latis ſignis tanto impetu fundit: vt fugientem fer
rariam vſq; pſecutus ſit. Tum vero Obicio deſpe
ratione rerũ motus Parmã ipſã quã retinere non
poterat Luchino vicecomiti tuẽdam tradidit an-
no dñi milleſimo.ccclxvi. Cum aũt Florentini fer
re Gualterij tyrannidẽ diutius non poſſent: neca-
renturq; quotidie multi: in eum ob libertatẽ con-
iurantes Angelus Acciaiolus vrbis eps̃ ciues ar
matos in ep̃atum propere ad ſe vocat patriam in
libertatẽ vindicaturus. Quare tyrannus ĩ parem
ſe ciuibus videns ep̃o ipſo pacis ſequeſtre adhibi
to incolumis cũ militibus & rebus ſuis decimo ty
rãnidis ſuę menſe abijt. Verum plebs ip̃a ĩgrata,
vt ſemper, nobiles ciuitatis quorũ cõſilijs & armis
libertatẽ conſecuta erat exules facit: direptis eorũ
bonis ędibuſq; euerſis. Et ne qud deeſſet ad ptur-
bandam totã Italiã: In regno quoq; Neapolitano
magnæ diſcordiæ exortæ ſunt. Rex em̃ Robert9
ſine ſtirpe virili moriẽs Ioãnã filiã Andreæ nepo-
tis ſui karoli regis vngarię filio vxorẽ dedit. Nea
polĩ em̃ illis diebus adoleſcẽs venerat: verũ Ioan
na hominẽ ſocordẽ peroſa eum ĩ vrbe aduerſa

Ioãna maritum interficit

per ĩſidias ĩterimit: alteriq; fatrueli nubit Lodoui
co olĩ Tarẽtini pricipis filio: quẽ Roberti quoque
fratrẽ fuiſſe conſtat. Tũ vero Lodouicus rex Vn
garię primi mariti frater tm̃ ſcelus vlturus: cum



paratiſſimo exercitu ĩ italiã veniẽs primo ſulmo-
nẽſes reſiſtere auſos oppugnare adoritur. Interim
autẽ Romæ creãdorum Senatorum ex auctorita-
te apoſtolica commutata rõne: Nicolaus rentij ci-
uis Romanus publicus ſcriba vir quidẽ erecti ad
libertatem excelſiq; animi occupato armis capi-
tolio tm̃ ſibi beniuolẽtiæ & auctoritatis apud oẽs
cõparauit: vt facile quo vellet mentẽ populi Ro
mani flecteret. Is aũt quo magis aĩos hominũ cõ-
moueret: hoc titulo vſus eſt. Nicolaus ſeuerus &
clemẽs libertatis pacis iuſtitię tribunus: ac ſacræ
Romanę reipub. liberator illuſtris. Hac autẽ ver
borũ põpa tãtã de ſe & admirationẽ & opinionẽ
cõcitauit vt oẽs Italici nominis p legatos pacẽ a-
micitiãq; ab eo petierint. Fuere & quędã externę
prouĩciæ quę ad romani imperij gloriã renaſcen
tem (vt ipẽ putabãt) reſpicerẽt. Sed parũ inoleuit
fucata gloria: nã dum pti ciuiũ cõſulit parti ad-
uerſatur repente ex patrono tyrãnus eſt habitus.
Hãc ob rẽ ſeptimo magiſtratus ſui mẽſe ſpõte ſua
ignaris oĩbus mutata veſte p obſcurã noctẽ Ro-
ma abiẽs ad karolũ Ioãnis filiũ in Boemiã pficiſ-
citur: quẽ Clemẽs põtifex ob multarũ lĩguarum
literarũq; peritiã in Bauari etiã cõtumeliã ab ele
ctoribus ĩ Cęſarẽ deſignari pauloãte fecerat. Ca-
ptus itaq; tribunus a karolo & auenionem miſſus
pontifici dono dat̃. Lodouicus aũt Sulmone poſt
lõgã oppugnationẽ potitus regnũ deiceps facile
occupat Abeũtibus ĩ prouinciã Narbonẽſem ob
timorẽ Ioãna & adultero lodouico relicto ad re-
gni cuſtodiã duce Dyrachino Roberti regis nepo
te: quẽ karolus prelio ſuperatũ & captum vltimo
ſupplicio affecit. At vero cũ fere ĩ tota Italia pe-

Nicolaus Rentij.

L

ſte laboraretur Karolus relicto ſatis magno præ-
ſidio tertio menſe ī vngariā reuertit: Eo maxime
tempore quo Ioānes archieps̄ magni animi cōſi-
liique vir mortuo fratre Luchino Vicariatū Me-
diolanēſem a pōtifice ſuſcepit. At clemēs retētoi
vīculis Nicolao cardīales quoſdā Romā miſit: q
ſtatū vrbis cōponerēt: ad quos Frāciſcus Petrar-
cha perſcribēs eis perſuadet vt promiſcue Sena-
tores ad tollendā ſeditionē ex plebe ip̄a creent:
cū nō ſatis cōſtet ī ip̄a vrbe roma q Senatorū q̄q̄
plebei ordīs ſint: q̄ oēs fere pegrini ſint & ignotis
parentibus orti. Declarati itaq; ſenatores ſunt, Pe-
trus Sarra colūnēſis & Ioānes Vrſi filius: quo qdē
tēpore peſtis adeo triennio totā Italiā peruagata
eſt: vt vix decimus quiſq; ex mileſimo hoīe ſup-
fuerit. Nec id quidē mirū cū ob iubileū cōtagiōe
hoīm & multitudine vndique romā cōmigrātiū
ſqualore: ſitu pedore: oīa īficerētur. Venere autē
tum in poteſtatem Florentinorū collis oppidū &
Geminianū. Venit & ī poteſtatem archiep̄i Me-
diolanenſis Bononia ciuibus ip̄is vltro dedenti-
bus. Quare pōtifex cōmotus miſſo in Italiam le-
gato Florentinos & Maſtinum Scalā in Viceco-
mitem cōcitat. Sed mortuo Maſtino archieps̄ ca-
nengrādem Maſtini filium omneſque Flammi-
nię & herruriæ Gibellinos in fœdus amicitiamq;
ſui pelliciens Barnabouem nepotem Bononiam
miſit qui ciues in fide cōtineret. Interim vero flo-
rentini nemine vetante Piſtorienſes ac Pratenſes
aggreſſi eos tandem in poteſtatem ſuam armis
redigunt. Verum poſtea ab archiepiſcopo vexa-
ti duce copiarum Ioanne Aulegio vix tum qui-
dem ſe mœnibus tutati ſunt. Defeciſſe tum An-

Inaudita peſtis apud Italos.



glare & Burgum ſancti Sepulchri Eccleſię oppi-
dum ad vicecomites cōſtat. Pugnaſſe tum etiā le-
gitur Genuenſes & Venetos inter ſe bello naua-
li in quo primo victi Genuēſes ſunt: mox victo-
res pręfecto claſſis Philippo Auria & chium in-
ſulā de venetis cepere & Euboiā quam Necro-
pōtum vocāt magnis cladibus vexarunt. Clemēs
autem quieti Italię tādem conſulturus Lodouicū
Tarentinum principem regem Neapolitanū de-
creuit: pacē cum Vngario īſtaurat. Vrbem Aue-
nionenſem a Ioāna regina emit: eius enim patri-
moniū habebat. Perſoluitur precium feudi per-
mutatione: tantundem enim & eo amplius ob re-
gnum Neapolitanum eccleſiæ Romanę debebat.
At vero dum Anglerianus Vicecomes Scarpe-
riam in mugello obſideret: Senenſes Aretini Pe-
ruſini ſuis rebus timētes nouam ſocietatem cum
Florentinis cōtra vicecomites ineunt. Sentire cū
Vicecomitibus Piſani aperte non poterāt ob gā-
bacurtos Familiam potentem Florentinis amicā.
Qui reſiſtere Vicecomiti nequeuntes Karolum
imperatorem in Italiam vocant. Hāc ob rem mo-
tus pontifex veritusq; ne italia ferro ac flāma va-
ſtaretur: quemadmodum ſe facturum imperator
minabatur & Vicecomitibus Bononiam hac le-
ge permittit vt duodecim milia numū auri quo-
tannis eccleſiæ: perſoluerent: & pacem inter Vice-
comites & Florentinos componit his conditioni-
bus: vt neuter iſtorum piſanos: Lucenſes: Senen-
ſes: Peruſinos vexaret. vtque Burgus ſancti ſe-
pulchri eccleſiæ obtemperaret: libertatēq; Corto-
nenſium vicecomites tuerentur. Pacem quoque
& fœdus cōponere inter philippum regē franciæ

& Eduardum Angliæ annixus eſt: ſed fruſtra adeo erãt ab bellum animati in quo Eduardus victor cęſis viginti gallorum milibus caleſium vndecim menſibus obſeſſum vi tandem cepit. Eadem quoq; fortuna ſuperantur Scoti ab his qui Eduardi auſpicijs in Scotia tum militabant. Pontifex autem boni paſtoris officio functus cum foris prodeſſe chriſtianis non poſſet domi eccleſiaſtico Senatui conſuluit. Aliquot enim præſtantes viros in cardinales legit. Maxime vero Aegidiũ Hiſpanum archiepm Tolletanum: Nicolaum cappocium Romanum ciuem: Rainaldũ vrſinum eccleſiæ Romanæ pthonotarium. Nepotem quoq; ſuum huic numero aſcripſit. Qui poſtea pontificatum adeptus eſt & Gregorius vndecimus appellatus. Sunt qui ſcribãt hunc pontificẽ in ſanctos retuliſſe yuonem preſbyterũ & cõfeſſorem Britannicum. Põtificatus autem ſui annno decimo menſe. vi. die vigeſimooctauo. m. ccclij. mortuus Auenione ſepelitur adhibita a Cardinalibus qui tum aderant honeſta funeris pompa.

Cędes gallorũ ab anglis.

B. Yuo in ſctõrũ aggregatur cõſortio.

## Innocentius VI.

INnocentius ſextus patria Lemouicenſis Stephanus antea vocatus põtificij ciuiliſq; iuris vir cõſultiſſimus procurator primo: mox epiſcopus Claromontanus deinde Cardinalis pontifex tandem creatur. Anno domini milleſimo tercenteſimo quinquageſimo ſecũdo. xvi. kalend. Decembris. Fuit autem vir ĩtegerrimę vitę magnęq; conſtantiæ & ſeueritatis. beneficia autẽ eccleſiaſtica non niſi probatiſſimis ſacerdotibus cum vita tum doctrina dedit. Poſt vero coronationem ſuam multas reſeruationes a Clemẽte factas ſuſpendit: cõſtituitq; ſtatim: vt omnes prælati omneſq; qui beneficia habebãt ad eccleſias ſuas ſub anathematis pœna proficiſcerentur. Dicebat em̃ oues paſcuas a proprio paſtore non a mercennario cuſtodiri debere. Impenſam quoq; domeſticam quæ magna erat imminuit familiã ſuam ad certum & honeſtum redigens numerũ. Nec domi voluit niſi viros probatiſſimos. Idem vt facerent Cardinales acerrimo edicto mãdauit Dictitans ſuam ac omnium eccleſiaſticorũ vitam cæteris exẽplo eſſe debere ad imitationem Saluatoris noſtri cuius tota vita ad inſtitutionẽ humani generis reſpiciebat. Præterea vero ſacri palatij auditoribus ſalaria inſtituit ne muneribus corrumpi in decernendis litibus ob inopiam poſſent. Dicebat enim famelicos non facile etiam ab alieno cibo abſtinere: ſi ſit oblata quouis modo edendi facultas. In victu parcus eſt habitus ĩ ſumptu bellico largiſſimus dum bello repetit quę a tyrannis ſuperioribus temporibus occupata fuerãt. Aegidium nanq; Hiſpanum e gente Karilla Cardinalẽ Sabinum virũ inſignem e latere ſuo in italiã miſit: qui bello tyrannos perſequeretur ditionemq; eccleſiaſticam tutiorẽ redderet: eo maxime tempore quo imperator conſtantinopolitanus: Aragonum rex: & veneti contra Genuenſes fœdera inter ſe iniere. Ii autẽ cõparata claſſe numero nauium & copia militum ſuperiores: Genuenſes inter Conſtãtinopolim & calchedonem aggrediũtur loco ipſis genuẽſibus iniquo vẽto aduerſante: Pugnatum eſt ab aurora vſq; ad veſperam ac tandem Græcis in fugam verſis veneti ac Cate-

Norẽt põtifices.

Bñficiatos cogit ĩ bñficijs reſidere.

Aegidius cardialis.

lani magna ex parte cum præfecto claſſis cędunt pagano auria duce. Veneti autem tantam cladem & ignominiã iniquo animo ferentes: redintegrata cum Catelanis claſſe Nicolao piſano venetę claſſis pręfecto ſequēti anno non lōge a corſica Genuenſes fundũt eorumque triremes quadraginta viris onuſtas demergũt .hac clade perterriti Genuenſes archiepō Mediolanenſi ciuitatem ac ſua dedũt qui venetos bello aggreſſus patauinum principem veronenſem: Ferrarienſem Mātuanum & florētinos ĩ ſe cōcitat veritus ne ſuperatis venetis ad ſe demum iretur. Pugnabatur terra mariq; ſed genuenſes præfecto pagano auria mira fœlicitate nauali pugna vſi apud ſapientiam pelopōneſi promōtorium venetos ſuperant eorumq; pręfectum Nicolaum piſanum captum cum quinque milibus hominum Genuam perducũt anno domini mileſimo.ccclıııį. Verum ſequēti anno mortuo archiepō Mediolanenſi veneti ac ſocij magna cura liberati ſunt. Bernabos & galeatius ex Luchino fratre nepotes patrui hęredes fuere. Sola genua ab his defecit inito cum venetis fœdere inchoato prius a Bernaboue & Galeatio ſuadēte pontifice Aegidioq; eius legato. Interim vero kaloioānes Cōſtantinopolitanus imperator in patriam redijt pulſo armis catacuſino imperij cōtra ius faſque occupatore. Id autem factũ eſt franciſci Gataluſij genuenſis opera viri rerum maritimarum peritiſſimi: cui Mitylenen cum Leſbo dono dedit grati animi ſignum præ ſe ferēs. Quã certe inſulam ſuperioribus annis thurchus Gataluſijs ipſis vi abſtulit, occupata prius Conſtantinopoli totaq; thracia: nec romæ certe minor per-

Genuēſes mediola-nēſibus ſe dedunt.



turbatio q̃ cōſtantinopoli tum fuit. Frāciſcus em̄ Baroncellus Romanus ciuis admodũ potens pulſus e Senatoria dignitate Ioanne vrſino & petro columnēſi, Tribuniciã dignitatem ſibi vſurpat cum his titulis franciſcus barōcellus Scriba Senatus dei gratia almę vrbis tribunis ſecundus ac Romanus conſul. Tum vero Innocentius pōtifex re cognita ad comprimendam hominis audaciam Nicolaum Rencij qui eodem modo dominatum appetierat e Carcere Auenionenſi ductum Romã mittit ad tribunatum repetendum. Is itaq; vrbē ingreſſus adiuuante nobilitate ac magna plebis parte Baroncellum e capitolio deiectum interficit ac ſolus tribunatu potitur. Verum cum nō ita diu priſtinæ conditionis immemor nobilitatem perſequeretur maxime vero columnenſes a porta exquilina in Hernicos cum cliētela proficiſcētes magno incōmodo pulſus in capitolium ſe recepit: vnde fugiens inſtantibus hoſtibus mutata veſte: cognitus ac ciuibus romanis obtrũcat̃. Tũ vero auctoritate apoſtolica Guido Iordanis vnicus ſenator ad annum creatur. Imperator autem regis Boemiæ filius perbenigne a carrarienſibus Gonziacis vicecomitibus ſuſceptus Mediolani coronam argenteã (vt mos eſt) accipit. Inde vero piſas abiens legatos ſenenſium volaterranorum totiuſq; fere hetruriæ obuios habuit qui dicerent ſe paratos eſſe eius mandata facere. Idem feciſſent florētini niſi prius data ingenti pecunia ſe ab eius manibus redemiſſent. Romã aũt ꝓficiſcēs hac cōditiōe a duobus cardĩalibus ad eã rē miſſis coronat̃: vt neq; romæ neq; in Italia diutius immoraretur. Quo quidē in germaniã abeunte ægidius

legatus oĩa fere oppida breui recepit quæ tyrãni
inſtigãte Bauaro ĩ Flãminia quã Romãdiolã vo-
camus in Marchia Anconitana: ĩ patrimonio ſcti
Petri occupauerãt. Eos tñ vicarios in oppidis ſuis
cõfirmauit: quos viderat eccleſię Romanę obſe-
quentes Vtpote galeotum malateſtã & guido-
nem Polentanum in Flamminia: varranenſes in
piceno. Ordelaphos autem nequaquã eccleſię Ro
manę obtemperãtes bello biennio perſecutus eos
tãdem e foroliuíj Foroq; popilíj ac Ceſemna de-
turbauit. Potuiſſent íj quidem aliquã partẽ dña-
tus retinere adiuuãte Iacobo cardinali Colũnen-
ſi viro huic familiæ amiciſſimo: ſed maluere totũ
cõſtãter amittere ꝙ partẽ turpiter retinere. Aegi
dius autem pacata Flãminia adeo foroliuíj dele-
ctatus eſt: vt & ærariũ eccleſię & pecuniã ab Aue
nione miſſam vnde arces Italiæ ædificarentur eo
loci repoſuerit: & inſtitutiões quaſdã ibi cõpoſue
rit quibus adhuc prouĩcia ipſa vtit̃. Cũ aũt Aegi-
dius italiam pacaſſet arceſq; in ditiõe eccleſiaſtica
plures pernéceſſarias ædificaſſet: oẽſq; italos prin
cipes ac populos ad officiũ redegiſſet, Ad annũ
quintũ legatiõis ſuæ ſucceſſorẽ habuit Arduinũ
Burgundũ abbatẽ Ciſtercieẽſem hoĩem rebus a-
gẽdis nequaq; idoneũ. Hãc ob rẽ abeũte ægidio
oẽs italię prĩcipes ac populi arma capiũt. nã & Pi-
ſani Florẽtinos adeo vexauere: Vt cũ nemo ꝓdi
re obuiã auderet agrũ omnẽ florẽtinũ diriperent
capto figino ſupioris arni caſtello incenſiſq; villis
oĩbus quę paſſim ĩ agris ædificatę erãt. Dux aũt
florẽtini exercit⁹ pãdulph⁹ malateſta tũ erat quẽ
populus abdicate ſe magiſtratu coegit quia nun-
quã cõgredi cũ hoſte auſus eſt. Tum vero Piſani



elatiores facti nõ tã ſpe ſpotiundæ vrbis ꝙ ĩferẽ-
dę cõtumelię cauſa Leuibus aliquot ꝓlíjs aũ por-
tas cõmiſſis cum magna ꝑda domum redeunt in
ſtante iam autũno: & Bernabos quoq; Bononiam
bello agitatam acriter eam defendẽte abbate clu
niacenſi multis caſtellis ſpoliat. Erat quidem Bo-
nonia (vt antea diximus) Vicecomitũ dominatui
ſubiecta: ſed aulegianus eam abbati cluniacenſi ꝓ
didit firmum ĩ mercedẽ proditionis accepturus.
Verum dum Bernabos & regiũ Bononiam bel-
lo ꝑmit legatus apoſtolicus accitis in ſocietatẽ bel
li Philippino gonzaga cane Veronenſi: Nicolao
Eſtenſi in Brixianos mouet. tum Bernabos Brixia
norum ꝑiculo motus Relicta Bononia Regio in
hoſtem ꝓficiſcens apud montem clarũ tanto ꝓlio
ſupatur vt ægre deiceps vrbis mœnia tutatus ſit.
Eodem fere tꝑe Florentini galeoto Malateſta du-
ce Piſanos ſuperat illectis prius ad ſe eorum mili-
tibus pecunia. Hanc ob rem piſani in gambacur-
tos ciues ſuos ꝑponentes omne crimen coníjciẽtes
ꝙ auare maligneq; ſtipendia militibus ꝑſoluerẽt
ioannem Agnellum exulem Bernaboui amicum
& gambacurtis aduerſantem reuocant qui ciuita
tem breui in poteſtatem ſuam redegit ſublatis e
medio aduerſę factionis amicis. Verum compoſi
ta a pontifice inter Piſanos & Florentinos pace io
annes haucut piſannorũ ſtipẽdíjs militare ſolitus
milites om̃es paſſim ꝑ oẽm italiam ſparſos colli-
gens magnum oĩbus terrorem iniecit tumultuan
te potiſſimum ciuitate Romana in creandis ſena-
toribus. Quam diſcordiam ĩnocentius optime ſe
dauit externo Senatore ad vrbem miſſo Raimũ-
do Ptomeo ciue ſenenſi qui annum integrum ma

gistratum geſſit. Anno dñi milleſimo.ccclix. Nō
quere aut compoſitis etiam hoc moribus Roma-
ni nam pulſo Senatore ſeptem ciues crearunt cū
ſumma poteſtate quos reformatores totius reipu.
vocarunt. Hanc ob rem Innocētius Vgonem Lu
ſignaneū: Cypri regem ad bellum quod ī thurcos
gerebatur ꝓficiſcentem Senatorem creauit man
dauitq; vt magiſtratum reformatorum omnino
aboleret. Erat aūt tum maxime intentus abolen-
do bello quod īter anglos & gallos gerebat̄ quo
oībus ꝓficiſci in Thurcum liceret. Verum cū an-
gli pitiriēſi agro gallos ſuperaſſent cepiſſentq; re
gem cum Philippino filio rē difficiliorē factu fe-
ciſſe videbantur. Cum Edoardus magnitudine a
nimi motus captiuos oēs hac conditiōe liberat ne
amplius contra ſe bella gerant qui non ita multo
poſt pacis fœdera rumpentes Edoardum capere
arma & obſidere Pariſios īpellunt. Parare & claſ
ſem contra hoſtes xpiani nominis Innocentius cō
ſtituerat cū & Piſani qui rē nauticam optime no-
rant cum Florentinis et veneti qui claſſe plurimū
valebant cum Lodouico Vngariæ rege bellatū
gererent. Taruiſium.n. rex magnis copijs tum ob
ſidebat nec ſeditionibus īteſtinis Veneti carebāt.
nam Marinus dux affectatę tyrānidis conuictus
ſecuri percutitur. In tantis vero aī pturbationib9
afflictatus Innocentius pontificatus ſui anno nono
mēſe octauo die ſexto moritur eo potiſſimum tē-
porę quo & bartholus ſaxo ferratus: vir illa ętate
omnium conſultiſſimus. Ante vero pōtificis mor
tem tanta ſolis defectio facta eſt quanta nunq̄ an
tea Viſum itaq; omnibus eſt tantæ mortis plane-
tas etiam ſigna aliqua dediſſe.

Rex francię ab anglis capit.

Barthol9 iuris ciuilis lucerna



Quidam aiūt hunc toxico vitam in mor-
tem commutaſſe.

Vrbanus V

VRbanus.v. pria Lemouicenſis Guliel
mus griſa ātea vocatus ſcti victoris
Maſſiliēſis abbas abſēs etiā oim cōſē
ſu pōtifex creat̄. Legati onē.n. tū a-
pud vicecomites ī italia fūgebat̄. vo
catus ita ꝗ Auenionē pōtificatū iiēs vir ſigularis
virtutis īgētis aī: īnocētiſſīeq; vitæ ſtati ad tuēdā
libertatē ecclīaſticā animū adiicit eorūq; opera vti
tur q ad eā rē animati erāt. Aegidiū.n. hiſpanū vi
rū pſtātē (de quo ātea diximus) ī italiā cū ſumma po
teſtate mittit. Qui ita Lodouicū Gōzagā Nicolaū
Eſtenſem Franciſcū Carrarium initis fœderibus in
Bernabouē cōcitauit vt ꝑlio ab his ſupatus & ſau
cius ęgre aufugerit amiſſo ī bello filio captiſq; an
drea pepulo Bononienſi exule: Sinebaldo ordela
phō Paulo Mirādula: Guidōe Foliano: Azone cor
rigiēſi Gulielmo Canalcaboue egregijs copiarū
ſuarū ducib9. Permoti aūt calamitate Vicecomi-
tū Frāciæ Anglię: ac Cypri reges legatos ad Ae
gidiū miſere oratū vt vicecomitib9 pacē redderet
nō diſceſſere reīfecta legati reddita ſiq̄dē pax eſt
q nō diuīna fuit. Ioānes em̄ haucut vicecomitib9
militās cū Florētinos bello laceſſeret eorū copias
apud Miniate oppidū grauit̄ ꝓfligauit. Hāc ob rē
Aegidi9 legat9 Thomā obicionē egregiū copiarū
ducē cū trib9 milib9 eqtū & ſatis magno peditatu
Florētinis auxilio mittit. Pugnatio eſt īt Aretiū &
Cortonā dubio marte quatuor horis. Atq; demū
thomas ita hoſtes ſuperat adnitēte peditatu vt ex
ſex milibus eqtū qui cū Anglico militabāt pauci

euaſerit:atq; ipe dux ĩ deditionem venerit. Hu-
ius aũt tantę victorię fama pmoti qui ab eccleſia
defecerãt ſtatim deditionem fecere. At vero cum
vrbanus ad quartum ſui pontificatus annum in
italiam veniſſet componẽdarum rerum cauſa: ei
legatus Aegidius corneti fit obuiã:rationẽq; ad-
miniſtratę prouinciæ reddens: dum corneto Ro-
mam proficiſcitur liberatus tantę legationis one-
re quieturus ob ſenium viterbiũ rediit vbi & ter-
tio menſe poſt moritur: vir certe ſingularis virtu-
tis pſtantiſq; animi quiq; dignitatem eccleſiaſticã
dum vixit mirifice tutatus eſt eius autem corpus
Aſſiſium delatum ĩ eccleſia Beati Franciſci tumu-
latur ſepulchro a ſe cõdito dum viueret. At vero
cum Karolus imperator ĩtellexiſſet Vrbanũ Ro-
mam pfectum eo & ipſe quoq; cum vxore et libe-
ris ſtati aduolans ĩ itinere. Lucam in piſanis: mini-
ate oppidum Florẽtinis adimit ſibiq; vendicat. p-
fectus ne ſit Romam haud ſatis conſtat cum ab in-
nocentio. vi. pontifice Romano coronam ĩperii ac-
cepiſſe dicatur. Cardinali hoſtiẽſi Romam ob eã
rem miſſo. Accepta aũt a Florentinis ingenti pe-
cunia ne eos bello vexaret: tertio mẽſe poſteaq̃ ve-
nerat italia ceſſit. Anno milleſimo. ccclxviii. Vr-
banus vero apoſtolorum capita diu quęſita tandẽ
ĩuenit: deſiderant. n. ĩ honore eẽ pp̃ter deſuetudi-
nem & ĩ hõratione hoĩm apud vero Sctã ſanctorũ
repta at locellis argenteis recondita ad altare ma-
ius baſilicę lateranẽſi cum maxĩa veneratiõe & ce-
lebritate collocantur aſtante clero populoq; Ro-
mano. Idem quoq; põtifex ędes põtificias tum in
vrbeveteri tum ĩ mõte flaſcone cõſtruxit: vt ei ac
cęteris põtificibus eo proficiſci liceret vitandi vr-

Laudes Aegidii.

Capita apoſtolorũ ĩuenta.



bani ęſtus cauſa breui aũt ĩ Galliam reuerſurus io-
annẽ haucut egregiũ copiarũ ducẽ e carcere miſ-
ſum copiis illiſo ĩbus pfecit q̃ ãtea ſub Aegidio mi-
litauerant vt tãdiu ditionẽ eccleſiaſticã ab hoſte
tueretur quoad ipſe reuerteretur. Redire nãq; ad
Italiam ei aĩo fuit. Verũ dũ in Gallias proficiſcitẽ
pontificatus ſui anno octauo menſe quarto Maſſi-
liæ moritur vel (vt alii volunt) Auenione vitã fi-
niuit: maxĩe tpe quo Brigida deuotiſſima chriſti-
mulier Suetiæ princeps Romam voti cauſa vene-
rat: motuſq; nonnulli in Apulia exorti ſunt mor-
tuo Nicolao acciolo eiuſdẽ puinciæ gubernatore
viro ſtrenuo ac in rebus agendis ſapientiſſimo.

## Gregorius XI

GRegorius. xi. patria Lemouicenſis.
Petrus belfortis antea vocatus ſã-
ctę Marię nouę diaconus Cardina-
lis Auenione pontifex omnium cõ-
ſenſu creatur. Hunc em̃ adoleſcen-
tem vix. xvii. annum attingentẽ Clemens. vi. ci9
patruus cardinalem creauit. Et ne videretur car-
ni ac ſanguini magiſq; eccleſiæ cõſuluiſſe eundem
ad exquiſitiſſimos doctores maxime vero ad bal-
dum qui tum Peruſii legebat diſciplinæ gratia ſta-
tim miſit. Vbi tm̃ ĩ quouis genere doctrinæ pro-
fecit: vt idem Baldus eius auctoritate in cõfirmã-
dis rebus dubiis plerumq; vteretur. Fuit pterea tã-
te innocentię & placabilitatis adeoq; humanus &
pius vt ab omnibus vnice diligeretur. Eo itaq; tẽ-
pore quo pontificatum iniit Romę ſenator ſingu-
lo ſemeſtri a pontifice datus ius populo dicebat.
Vrbis aũt cuſtodiam totamq; reipu. adminiſtra-
tionem & curam Bandereſiitum gerebant. Ban-

Hic cardinalis ĩ xvii anno creatus.

Baldus iuris ſubtilitas

dereſij em̄ appellati ſunt germanico verbo a ve-
xillis quibus in bello vtebantur. Singulę em̄ decu
rię ſigno īternoſcebantur ſuo: capita regionū nūc
vocantur qui vrbis tribubus p̄ſūt. In ciſalpina au
tem principes illi quos diximus ī vicecomites cō
iuraſſe Rhegium a vicecomitib⁹ poſſeſſum prodi
tione occupant. Superat arx per quam Bernabos
vrbē ingreſſus hoſtes primo impetu fundit. Regi
umq; libere recipit: lucio theutonico duce inde de
turbato. Agebantur hæc in Italia cum Perinus cy
pri rex petro genitori in regnū ſuffectus magna-
rum diſcordiarum inter Genuenſes & Venetos
cauſa fuit. Nam dum Famaguſtę coronationis ſuę
pompam duceret: adeſſetq; Genuenſis & venet⁹
baiulus ita em̄ appellāt mercatorum p̄tores: vel-
letq; vtriq; ac dextram regis incedere tantus re-
pente tumultus exortus eſt: vt Cenuenſes cæſi ac
pulſi p ignominiam ſine rege in venetos magiſq;
in genuenſes inclinante. Hanc ob rē genuēſes pe-
tri Fregoſi auſpicijs Dominici Fregoſi ducis fra-
tris comparata quadraginta triremium claſſe Cy
prum hoſtili animo inuadit. xiiij. millibus homi-
num in inſulam poſitis qui oīa ferro ac flamma
vaſtarent ob violatum ius gentium. Rex vero ab
omnibus auxilio deſtitutus ad miſericordiam cō
fugiens didita Famaguſta quadraginta millia nū
mum auri quotannis genuēſibus pollicetur ſi pa-
cem reddiderint. At vero cum legatus pontificis
in italiam veniſſet reſque eccleſiaſticas recenſeret
inita cum vicecomitibus pace initium perturban
di omnia a Pratenſibus ortum eſt. ij enim vindica
re ſe in libertatem a populo Florentino quęrentes
exercitum eccleſiæ permittente legato in hetruri-

Perinus rex Cypri

Cyprus a genuenſibus inuiſitur.



am vocant. quem ita Florentinus populus pecu-
nia corrupit vt eorum auxilio Pratum ingreſſus
& coniurationis capita vltimo ſupplicio affecerit.
& multa vexilla libertatis litteras & nomen prę
ſe ferentia pluribus cohortibus diſtributa ad op
pida trāſmiſerint populos vt dominos cohortan
tes: vt libertatis memores eccleſiæ iugum reijce-
rent. Primi autem Typhernates quos caſtellanos
vocant ab eccleſia deſciuere hos deinceps Peruſi
ni Tudertini Spoletini Eugubini Viterbiēſes Aſ-
culani Foroliuienſes ſecuti ſunt. Occupauerat tūc e
tiam Aſtorgius Manfredus ſub Bauaro tyranni-
dis dulcedine guſtata Granariolum agri fauenti-
ni caſtellum: ad quem opprimendum e Bononia
legatus Ioannem haucut cum aliquot cohortib⁹
mittit. Tutati ſunt Aſtorgium florentini & Bono
nienſes qui excluſo haucut cum omni præſidio in
libertatem ſe vindicauerant. Haucut vero cer-
nens fauentininos ad rebellionem ſpectare & ci-
uitatem crudeliter diripit cæſis paſſim omnibus
quos obuios miles habuit; & ſolum vrbis vigin-
ti milibus numum auri Nicolao & Alberto Eſtē
ſibus fratribus vendidit: occupatoque Bagnaca
uallo vbi impedimenta exercitus ſui ad tempus
repoſuit. Tum vero pontifex cognita tanta rerū
permutatione Cardinalem gebennenſem lega-
tum cum ſex milibus equitum Britonum in Ita-
liam mittit: qui per Taurinos deſcendentes ſine
vllo maleficio vſque ad Bononiæ portus perue-
nere vrbem obſeſſuri. Sed legatus cognito floren
tinorū aduētu qui Rodulpho varraneo duce bono
niēſibus ſuppetias ferebāt: cū copijs ſuis Ceſēnā
hyematū cōceſſit: ī qua vrbe ita tumultuatū ē ob

Typhernates caſtellani eiecti.

Britones.

ſuperbiam gallorũ: vt ſexcenti Britones interfe-
cti ſint reliqui vrbe eiecti. Qui poſtea ꝑ arcem in
greſſi aucti numero cædibus & rapinis oĩa cõple
uere: neq; his quidẽ parentes quorũ ętas ſupplica-
ret veniã petit. Solæ virgines & iuniores matro-
næ ad iniuriam reſeruatæ ſunt. Foroliuienſes au-
tem veriti ne a legato inopia conſilij & guberna
toris opprimerentur Synebaldũ Pinum ioannem
Theobaldũ Ordelaphos dños in vrbẽ recipiunt:
quorũ virtute ab impetu Britonum defenſi con-
ſtantiſſime ſunt. Exiſtimans aũt Gregorius ponti-
fex hæc oĩa mala qui in Italia committebãtur ſua
abſentia fieri naufragiũq; tã diuturnũ abſente gu
bernatore cõmitti de ꝓfectiõe ſua ad Italiam vir
bonus diu multumq; cogitare cœpit: ſed hoĩem ꝑ
maxime mouere cuiuſdã epĩ verba qui interro-
gatus a pontifice dum ſimul inambularẽt cur nõ
rediret ad eccleſiam ſuã: quã haud par erat tãdiu
ſine paſtore nudam relinqui. Cur inquit tu ſũme
pontifex cęteris exẽplum daturus tuum epãtum
non repetis? Eccleſiamq; Romanã? Motus his ver
bis pontifex. patriſq; ĩ rhodano vna & viginti tri
remibus alio ſe iturum ſimulans: ne a Gallis reti-
neretur ſi ſe profecturum ad vrbem intellexiſſẽt
(ipſam namq; curiam emolumenti cã in gallia vo
lebãt) Genuam itaq; prĩo ĩde cornetũ cõtẽdit: vñ
terreſtri itinere nauigationẽ pręſus hyeme ꝓſertĩ
Romam ꝑuenit. Anno dñi milleſimo. ccclxxvi. i-
dibus Ianuarijs. Pontificatus ſui ſeptimo Migratio
nis vtro Romanæ curiæ in gallias anno ſeptuage
ſimo. Quo aũt appatu quãq; ĩcredibili populi ro
mani lęticia ſuſceptus ĩ Vrbem ſit honorato quo
q; obuium ꝓdeunte non attinet dicere: cum vul-

Gregoriꝰ xi. ex auinione Romã venit.



tu geſtu acclamationibus omnẽ lætitię ſpẽm effu
derit: vt filij ſolent redeunte peregre exoptato pa
rẽte. Indigebãt oĩa aduentu põtificis. Nã & mœ-
nia & baſilicę & publica ac primara ædificia vbi-
que ruinã minabant. Quę certe magna ex ꝑte re
ſtituit: vt turris ſuo iuſſu ædificata ad ſactã Mariã
Maiorẽ indicat: Labefactati etiã ita ciuitatis mo-
res erãt: vt nihil vrbaĩtatis habere videret: vtq;
illi mores aliũde petẽdi eſſent: quę totũ orbẽ ter-
rarũ quondã ad vrbanitatẽ redegerat. Colloca-
ta itaq; ĩ vrbe ſede ſua põtifex: vt bonum paſto-
rẽ decet oĩa circũ ſpicere cœpit de medelaq; vul-
neribus ĩferenda cogitare: pax igitur qua ſanari
nondum obducta vulnera poterant ſibi diu mul
tumq; cogitandi oblata eſt. Legatũ itaque primo
ad florentinos mittit qui ad arma ſpectabant: eoſ
que adhortatur, vt æquas pacis conditiones non
detrectent. Ii vero pontificis potentiam ſuſpectã
habentes ne ad pacem cogerentur cum Bernabo
ue hoſte paterno auitoque fœdus & amicitiam
ineunt. Poſtea vero Ioannem haucut pecunia &
pollicitationibus corruptum ab eccleſia in partes
ſuas trahunt: quo ſucceſſu elati nullũ iniuriæ con-
tumeliæq; genus prætermittunt quod in pontifi
cem transferri poſſet: qua ex re anathemate nota-
ti hac inſolentia vſi ſunt vt etiam ſacerdotes ſuos
quibus a ſacris interdictum erat, celebrare con-
tra ius faſq; coegerint. Tum vero pontifex a pre-
cibus ad arma conuerſus conciliatis prius Bono-
nienſibus qui ſuo nomine vrbem gubernarent.
Varraneum mercede cõducit hac in re Florenti
norum artibus vſus: eiq; exercitum eccleſiæ com
mittit: paulopoſt in Florẽtinos mortuo. Id ne vt

deſtinauerat ſtatī faceret diſcordia inter genuenſes & venetos orta effecit. Veritus em̄ eſt ne aliqua externa vis Italiā inuaderet ſi ipſe quoq; cū Florentinis decertaret. Nam dum Andronicus genuēſiū auxilio fretus quibus tenedō inſulā mercedē facinoris ꝑmiſerat patrē Ioānē conſtātinopolitanū imperatorē regno deturbaſſet: venetieūdem ī patriā reduxerūt ac Tenedō īſulā ab eo accepere. qua ex re indignati genuēſes ī aliud tēpus vindictā diſtulere viriti pōtificis anathema. Qui vtriq; populo interminabatur niſi ab armis diſcederēt. cum diceret neutri eorum bellū illud cōpetere. Sed dū vir ſanctus accuratē agit oīa quæ ad pontificem pertinent intolerabili veſicæ dolore moritur pontificatus ſui anno ſeptimo, mēſe quinto. Quinto Kalend. aprilis Mileſimo. ccclxxviij. Sepeliturq; in baſilica beatę Mariæ in via noua ſepulchro marmoreo quod adhuc viſitur: tanto omnium cum gemitu & lachrymis quāto nunquā antea quiſquā ſepultus eſt: parēte enim & vnico genitore priuati omnes videbantur. Lugebātq; non modo pręſentem: verum etiā futurā calamitatem in quā ſublato optimo pontifice ob patriū diſcordiam incidere.

## Vrbanus VI.

Huius tēporibus oritur Sciſma vigeſimum ſecundum omnium Sciſmatum. peſſimum & ſubtiliſſimum. nam adeo perplexum fuit vt etiam doctiſſimi viri & conſcientioſi non valerent diſcutere cui eſſet magis adhærendum: & fuit continuatum vſque ad Martinum quintum.



MOrtuo itaque Gregorio cum de creando nouo pontifice mentio haberetur: clerus populuſque Romanus ad Cardinales concurrunt eoſque rogant vt vnum aliquem virum præſtantem deligant e natione italica qui & eccleſiam Romanā & chriſtianam rem pie integre ac ſancte gubernet. Aliter de chriſtiano nomine illo maxime tempore actum eſſe: niſi optimus paſtor tum deligeretur. Italum autē requirebant ne ſi gallus deligeretur Romanæ curiæ iterum migrare vltra montes neceſſe eſſet: cum maximo vrbis Romæ totiuſque Italiæ detrimento & damno: qui dicerent abſente pontifice omnem prouinciam vrbemque Romam tyrannicis ſeditionibus continuo vexari: eccleſiaſque Romanas neglectas & incultas ſitu ſqualore iam magna ex parte prolabi: tolliq; ob eam rem populorum pietatem Romam continue proficiſcentium cum videāt & ſedē pōtificiā & titulos Cardinaliū & monaſteria: ac ſacratiſſima martyrū loca ſine tecto corruētibus iā parietibus pecoribus & brutis animalibus patere: æquū eſſe vt eo loci pontifex reſideat vbi petrus ſedē pōtificiam relicta patria ſua relicta natiōe volēte deo collocauerit. Auxeritq; martyrum confeſſorū ſanctiſſimorum pontificū cineribus ac ſanguine: vnde paſtores eccleſiæ vnūquaq; circūſpicientes mādatorum xp̄i memores: incitatiq; maiorū exēplis quorū martyria & res geſtas ante oculos haberent ſaluti hominum conſulerent: patrimoniumque beati Petri recuperarent: quod pontificum abſentia, in hetruria, in ſabinis, in hernicis, in vmbris, in piceno, in flāminia a tyrannis quibuſdam occupatū fuerat. Reti-

cere ſe impræſentiarum ꝙ imminuta ſit hominũ pietas & peregrĩatio ad vrbem Romã : immo ad ſanctorum corpora & reliquias viſendas ob põtificum abſentiã : quæ adhuc redintegrari poſſet ſi pontifex Italicus creatur. Reſpõdere tum Cardinales ſibi curę fore vt virum optimum deligerẽt qui eccleſiæ dei pręeſſet nulla ꝑſonarũ aut nationum acceptiõe habita: ad imitationem ſaluatoris qui ad apoſtolatum viros ex omni natione delegit. Irent ipſi & bono animo eſſent. Arbitrarenturque ſe nil acturos quod non totum ad honorem dei: ad vtilitatem eccleſiæ Romanæ totiuſq; chriſtiani populi pertineret. Diſpoſito deĩde apd ſanctum petrum cõclaui collocatiſque ĩ vaticano militum ſtationibus ne tumultu aliquo tãta electio impediretur. vbi de ineũdis ſuffragijs mentionem faciũt magna cõtentio ſubito exorta eſt. Tredecim erant Cardĩales Gallici ij põtificem e ſuo corpore volebãt. Quatuor erãt Italici quorum vnus ex gente vrſina ad põtificatum maxime aſpirabat. Inclinabat autem ĩ gallos quippe q̃ plures erãt res ipſa. Sed forte fortuna ĩter lemouicẽſes & reliquos gallos orta diſcordia cum vtraque pars e ſuis aliquẽ creari vellet effecit vt Bartholomęum Batẽſem archiepiſcopũ patria Neapolitanum vel (vt alibi legitur) piſanũ extra collegium Cardĩalium põtificẽ crearẽt abſentẽ quã uis Vrbanumq; ſextum appellaret. Prius tamẽ q̃ in publicum prodirẽt, Scitumq; ſit vrbanum põtificẽ creatum eſſe, calumniari galli electionẽ illã fraudibus & metu exortam inſtãtibus Romanis vi & armis vt Italus aliquis crearetur. Cardĩales aũt e cõclaui ꝓdeũtes partim in Adriani molem



partim vero ad montana loca cõfugere imperiũ populi furẽtis vitaturi. Seceſſit & ad vicouarum cardĩalis vrſinus ĩ tãta diſcordia magnã ſpẽ conſequẽdi põtificatus collocãs. Verum nõ ita multo poſt cardinales pœnitẽtia ducti ad vrbem venere, vrbanumque ante electum cõfirmarũt conſalutaruntque, vt verum pontificẽ decebat. Poſt menſem vero tertium ĩ calores vrbanos galli culpam reijcientes a põtifice petiũt: vt ſibi proficiſci Agnaniã cum bona eius venia liceat aerem mutaturi peſtilentem æſtate præſertim maxime vero gallis. Sed re vera ſeueritatem vrbani veriti abiere. Nam ſemel atque iterum eos ad ſe vocatos admonuit vt manus abſtinentes haberent: nõ dona aliqua non munera acciperent: dum cauſas agunt dum patrocinium ſuum beneficia petenti prẹſtant. Interminatuſque eſt ſe acerrime punitu rum in ſimonia deprehẽſos aut iniuſtas cauſas fouẽtes. Prẹterea vero oñdit ſibi placere: & ita velle vt pompã dimitterẽt tantãq; familiarium turbam & equorum. Cum id quod in tales ſumptus conſumerẽt eccleſiæ Romanę pernicioſos pauperibus & reſtituendis corruentibus baſilicis deberetur. Sed deinceps bonorum delectum habiturum dicebat affirmans malos ſuorũ flagitiorum pœnas laturos niſi ſententiam mutarent. Et quia ſentiebat cardinales gallicos de reditu curię Romanę in prouinciam ſuam aliquando mẽtionem facere. Aperte oſtẽdit ſe romę mãſurũ: neq; cuiq; ſuadẽti vt inde abiret obtemperaturum: ꝙ diceret fundamẽtum vniuerſalis eccleſię fideiq; chriſtianæ romæ iactum & auctum ad culmen eſſe. His itaque rationibus moti cardinales Gallici &

Fūdoſcurrunt.

hi maxime qui theſauros eccleſiæ In morte pontificum expilauerant:quique pro arbitrio animi ſui omnia prius agebant: Anagniam primo mox fundos confugere:vbi primo in vrbanum vt falſum pontificē inuecti ſunt: qui dicerent hominē vi creatum vi etiam coronā pontificatus accepiſſe,cum electio illa & coronatio ī loco minime tuto ſit habita in qua liberę deberēt eſſe hominum volūtates libera ſuffragia:cum cōtra ipi a po.ro. coacti ſit italicū potiuſquā gallicum eligere.Has autē ob cauſas ſede vacante vt ipſi dicebāt octo nāq; erant ioāna regina fauente:gebēnenſem cardinalem qui ante legatus in Italia fuerat pontificem deligunt: eiq; Clementi ſeptimo indicta appellatio eſt. Hinc magna diſcordia in eccleſia dei orta & diuturna quā ſciſma vocant.cū pars chriſtianorum principum vrbano pars Gebenenſi faueret.Neq; hoc malo contenti ſeditioſi cardiales Britones qui multa eccleſię caſtella multas vrbis villas iam diripuerant arceſque occupauerāt in pontificem &romanos mittunt. Ad pontē Salariū Romanus populus hoſti incompoſito agmine obuiam factus ſuperatur & cæditur : verum cū poſtea apud Marinum pugnam magna animorum concitatione iniſſent adeo Britōes cædūt vt vix nūcius tāte cladis ſuperfuerit:Q ui ī arcibus erāt ſe aliquandiu ac ſuos tutati ſunt.Maxime vero arcis Surianę pręfectus qui poſt multos annos Martino pontifici deditionem fecit. Interim vero Genuenſes odium quod in venetos mente conceperant oſtendunt accito in ſocietatem belli Lodouico vngariæ rege Franciſco carrarianſi patauino domino: Auſtrię duce Patriarcha Aquileiēſi

Clementem.vij. Pontificē diligunt. ſciſma.britones.



Sentiebāt tum cum venetis perinus Luſignaneus Cypri rex & bernabos vicecomes. In primo autē cōgreſſu nauali prę lio ſuperiores veneti fuere: in littore Antiatum victore Piſano claſſis pręfecto: ex decē nāq; genuenſium triremibus quinq; amiſſę ſunt. Tum vero marchiones Carreti adiuuāte Bernaboue albinga vnum quod nūc arbnigam vocant Naulum & caſtrum francum de genuenſibus occupant. Verū non ita diu in gratiā cū genuenſibus redeūtes oīa reddidere. Genuēſes pręterea cōiecto ī carcerē Dn̄ico Fregoſo duce eiuſque fratre petro & nicolaū Cualchum ducatui & Lucianum Auriam claſſi maritimę pręficiūt. Bernabos vero qui filiam regi Cyprio ī matrimoniū collocauerat:eam cum duodecim triremibus ſex catelanis & totidem venetis honorifice ad maritum in cyprum miſit quibus triremibus Perinus deinceps terra marique Famauguſtā oppugnat: ſed fruſtra acriter qui in præſidio erant vrbē defendentibus diſiectaq; etiā ventis & procellis claſſe. Nō ceſſabāt hinc veneti hinc genuenſes maria ipſa tum inferum tum ſuperum vexare. Nam dū Karolus Zenus claſſis venetę pręfectus tyrenum mare Genuenſibus infeſtū reddit:Lucianus auria hadriacum cum magno venetorū detrimento diſcurrit ab Iadera vbi ſtatiōes habebat in venetos mouēs. Iadera nāque regis vngarię erat. Ob hāc autem iniuriā cōmoti veneti cum allicere ad certamen Lucianum non poſſent Catarum & Sibinicum ipſius regis oppida incēdunt. Interim vero mortuo galeatio vicecomite anno dn̄i Mileſimo. ccclxxix. tota fere īſubria ad bernabouem īclinatura videbatur:qua ex re maximā volupta-

tem cepere veneti ſed fruſtra. Nã & dimidia pars regionis primo deinde tota Ioanni Galeatio nepoti obtigit. lucanus autem genuẽſium pręfectus Polam mouens claſſem venetorum in portu ipſo ſuperat & capit. verũ dum incaute nimiũ in hoſtẽ fugientẽ ruit lancea tranſfixus moritur. Vtraque claſſis & victrix & victa Iaderã perducitur: quo ſtatim genuenſes Petrũ auriã in demortui fratris locũ miſere cum triremibus nouẽ alíſq; nauigíís cõpluribꝰ: qui victoriam fratris recẽſens ad duo milia captiuorum inuenit deprehẽditq; multos i prȩlio & in vndis períſſe. Oppugnabãtur & terra veneti a carrariẽſi eiuſq; ſocíís quos ãtea commemoraui. Quibus veneti albricũ Barbianũ cunη comitẽ egregiũ copiarũ ducẽ oppoſuere. At Petrus auria Genuenſiũ præfectus ſexaginta triremium totidemq; nauigiorum cõparata claſſe venetias contendẽs Gradũ comaclum caprulas vi capras incendit. Inde vero clugiam mouens a prȩſidio veneto aliquãdiu egregie defenſam tandem eam vi capit Patauino tyranno cõmeatum ſubminiſtrante. Cecidiſſe ea oppugnatiõe ad ſex milia hominũ conſtat: & ad noningẽtos & quinquaginta ex venetis captos Iaderãq; miſſos. Muliebri tamẽ pudicitiæ in tanta clade ignotum eſt. Fracti autem tanta calamitate veneti cum nec terra nec mari auxilia ſperarent Captiuis genuẽſium e carcere liberatis eiſq; clugiam ad prȩfectum genuenſium impetrandȩ veniæ cauſa miſſis pacem petiuere: eas accepturi leges quas victor impoſuiſſet. Genuenſes vero ſuperbia elati vt victores facere conſueuerunt venetos reíjciũt niſi ſe ac ſua omnia dedentes: Qui ad tuendam



patriam conuerſi deductis ante portus fauces cathenis ferreis diſpoſitiſq; in littore portus tricẽtis equitibus totidẽq; peditibus ad vnum aliquẽ ex ciuibus ſuis reſpiciunt quẽ bello p̃ficerẽt. At vero dũ fluctuarent ĩ tanta ꝑturbatione quẽ potiſſimũ deligerẽt ĩcerto auctore vox audita eſt vnicũ victorẽ Piſanum. Qui Genuenſes optime noſſet idoneũ eſſe qui tantæ rei p̃ficerẽt. Non eſt audita temere ea vox quaſi auſpicato emiſſa ad carcerẽ cõcurrunt om̃es (eo em̃ deductus fuerat ob rẽ male ad polam geſtam) eductũq; bello maritimo ſolum p̃ficiunt. Inſtabant Genuenſes & captis circũquaq; caſtellis ĩgredi vrbẽ parabant quos poſt lõgam pugnã Ioannes Barbadicus armatus lembis quibuſdam perfacile repulit cũ ꝓgredi vlterius ĩ ęſtuaríís illis triremes Genuenſium non poſſent. Hac etiam arte Barbadicus vſus eſt ĩuentatum primum a quodam theutonico bombarda fuit a ſono & tonitru ſit dicta. nulla erat ſcapha ventorũ nullus lembus qui nõ duas bombardas & eo amplius haberet: quibus multi Genuenſes vt a re inſolita nec ad p̃cauendum ſcita opprimebantur. Sĩgulæ. n. bõbardȩ vno ictu binos ternos ve plerũq; necabant cum p̃ſertim in triremibus declinare ictus vt in terra non liceat. Adhortabãtur autem Veneti bernabouem Vicecomitẽ ſociũ & amicũ ita genuenſes bello p̃merȩ vt obſidione tam graui liberarentur: iam. n. comeatibus carebant. De venetis tũ quidẽ actum fuiſſet ſi vt carrariẽſis admonebat genuenſes cauiſſent ne comeatus mari venetis ĩportari poſſent. bernabos autẽ venetis aliqua ex parte ſatiſfacturus exercitum ſuum in genuenſes mittit: q vallȩ Pulcepheræ dep̃datus: ac-

ceptiſq; decē & nouē milibus numum auri omiſ-
ſis Genuēſibus auro cum Bernaboue nō ferro de
cernētibus Onuſtus p̄da īſubriā rediјt. Nō ē vſus
ea fœlicitate aſtorgius Fauentinus eo cū equitatu
a Bernaboue miſſus: Vbi.n.appropinquat abe
rumpente populo genuenſi funditur fugatq; æ-
gre quidē Aſtorgius euaſit ruſtico cucullo indu-
tus. At callo Ioannes imperator grecorum cū ve-
netis ſentiens peram genuenſium conſtantinopo
li vicinam oppugnare adoritur. Videbat em̄ Ge
nuenſes pluribus bellis & quidem grauiſſimis im
plicitos. Sed Andronicus eius filius patri ac Ve-
neto æque hoſtis: Thurcorum Burgatorumq; p̄-
ſidijs & ſocietate fretus eam acerrime defēdit: eo
q; terroris partem deduxit vt in partes genuenſi
um ſtatim tranſiret. Interim vero Vrbanus non
intentus componēdę paci inter chriſtianos vt par
erat ſed iniurias a Ioanna regina acceptas vlciſci
cupiens Lodouicum Vngariæ regem impulit vt
andreaſij fratris mortem ſe adiuuante vlciſceret.
Qui Karolum filium in Taruiſinis contra vene-
tos dimicantem in ioannā concitans res venetorū
prope afflictas meliuſculas fecit. Supuenit & Ka-
rolus zenus venetus vir bello nauali egregiꝰ; qui
dep̄ſſis duabus honorarijs nauibus an̄ portū clu-
gienſem eo neceſſitatis genuenſes p̄duxit: cū edu-
cere naues ſuas non poſſent Clauſis reliquis hoſti
is vt ipſi obſidentes q̄ obſeſſi maiore rerum oīm
penuria laborarent. Sed nihil æque genuenſes af-
flixit q̄ Petri aurię mors ictu bombardę interfe-
cti cū munimenta Clugię acriter defendit ī cuius
locū Mattheus ruffus ſtati ſuffectus dū clugiā pe-
teret cū nouis triremibus apud Māfredoniā Tha-



deum Iuſtinianū cum ſex triremibus annona Ho
nuſtis capit. His vero cladibus Agapitus Cardi-
nalis colūna & genuēſes & venetos ſępe ac fruſtra
ad pacē adhortaus eſt. Sed ij de vita & ſāgnine nō
de iperio īter ſe dimicātes ſanis bn̄ admonēſiū cō
ſilijs nuſq; obteperarunt. Poſtremo itaq; Genuen-
ſes clugię obſeſſi cū erūpere non poſſent p̄mente
veneto habere ve comeatus nequirent a Mattheo
ruffo patauinoq; dn̄o qui id ſe facturos breui pol
licebātur: deditionē fecere kalendis Iulij Milleſi-
mo.ccclxxx. Capti ſunt ea deditione ex hoſtibus
ad quatuor millia tricenti & quadraginta plures
aūt fame & ferro in oppugnatiōe perijſſe conſtat.
Non quieuere tn̄ tanta clade Genuēſes q cum tri
remibus octo & triginta Tergeſtinos deficere a
Venetis ad patriarcham Aquileienſem compu-
lere: cepere & Iuſtinopolim excepta dūtaxat ar-
ce. Aucta deinde claſſe venetias iterum conten-
dunt: ſed cum nemo ad certamen prodiret ī Iſtri-
am redeuntes polam vrbem vi captam incendūt.
Multę vtrinq; cædes inuicem acceptę datęq; ſunt
veneti tn̄ bello terreſtri carrario opprimebātur.
Licet Iacobus caballus egregius copiarū dux eos
acerrime tutaretur: dum Taruiſium oppugnatur
quod fame in hoſtiū poteſtatē fere venerat. Verū
cum feſſus & defatigatus iam vterque populus tā
diutino & atroci bello eſſet Dux Sabaudiæ pa-
cem inter eos hac formula componit octauo Ka-
lendas ſeptēbris. Milleſimo: ccclxxxi. Vt regi vn
gariæ decimo quoq; āno Veneti ſeptem milia nu
mum aureorum perſoluerent. Si nullum piratam
in ſuis Dalmatiæ locis tutū eſſe pateretur: ſicq; nu-
libi ſalem fieri fineret vtq; patriarchæ Aquileien

ſi in foroiulio eadem maneret conditio quę ante
bellum fuerat. Venetis aūt & Genuenſibus īpera
tum ut captiuos alterutrum īcolumes dimitterēt
de p̄da vtrique capta nulla mentio. Mandatū Pa-
tauino vt ab obſidione Taruiſij recederet: vtque
arces & turres ī ſtagnis & ad fluuiorum hoſtia ex-
citatas ſtatim demoliretur. Termini inter venetū
& Patauinum poſiti. Interea vero Karolus quē di
ximus a pontifice ex vngaria contra ioannem ac-
citum cum octo milibus equitum in Italiam veni
ens Aretium primo ī poteſtatē ſuā redegit Guel
phorum & Gibellinorum ſeditionibus diu agita
tum. Inde vero in Florentinos mouens a ioanne
haucut qui tum ſtagiæ erat ꝓpellitur. Sed floren
tini veriti ne ſuſtinere tanti regis īpetum nō poſ-
ſent pacē a rege datis quadragīta milibus numū
auri redimunt qui Bagnacaualū Nicolao Alber
toq; Eſtenſibus vendidit: quo facilius retinere Fa
uentiā ī poteſtatee ſua poſſet: quā tn̄ haud ita mul
to poſt amiſere Aſtorgio Manfredo eā quidē pro
ditione adepto. Carolus vero ſalutato Romæ vr-
bano regnum ingreſſus ſuperatis etiam ioāne du
cibus Neapolī dedentibus ciuibus capit. Obſide-
batur ī caſtello nono regina cū aretini guelphi tu
multu excitato iacobū carazolū Neapolitanū ci-
uē eo a rege miſſum fugere in arcē cōpellūt. con-
fugere eo gibellini quibus & vir æquus nō certe
magis quā guelphis conſulebat. Volebat em̄ om
nia pari iure in ciuitate agi. Accito itaq; ob acce-
ptam īiuriā alberico barbianoe tudertinorū fi-
nibus vrbem ingreſſus dum guelphos ad officiū
redigere conatur gibellinorum quoq; bona diri-
pit. Ferrabac aūt alter copiarum dux Albrico ſe-



cutus quod reliquum ſupfuerat ī Aretio abraſit.
Dum hæc neapoli & Aretio: agerentur noua bel
li nubes Italiā inumbrauit. Nā Lodouicus Ande
gauēſis a regibus Francorum originē ducēs italiā
ingreſſus cum trigīta milibus equitum nō lōge a
Bononia cōſederat: a Clemēte ātipapa īpulſus nō
tam vt reginam Ioannā obſeſſam liberaret: q̄ vt
Vrbanum armis pōtificatu deijceret. Hanc ob rē
karolus omiſſo Aretio Albricum & Ferrabac ad
ſe vocat. Florentini quoq; ioannē haucut rogatu
Vrbani ad Karolum miſere. Lodouicus autem p
marſos iter faciens ad caſinenſem ſaltum iam per
uenerat. Adhuc. n. ad duodecī milia equitum ex-
pectabat: qui italiam ingreſſi duce Andegranij p
placētinum Lucenſem Florentinum Senenſem a-
grum iter facientes: Aretium iam pueuerant vr
bemque a guelphis introducti poſt illatam ab al-
brico cladem diripuere. Defendebatur arx guel-
phorum pręſidio que diebus quadraginta oppu-
gnata in gallorum poteſtatē propediem ventura
erat: niſi Lodouici Andegauenſis mors īteruenil
ſet. Tum Adegranius re cognita hortantibus A-
retinis in arce obſeſſis vrbē Florentinis vendidit:
in galliaſq; redijt: Andegauenſes aūt milites mor
te ducis conſilio carentes bini ternive mēdican-
tes etiam in patriam rediere. Tum vero vrbanus
terrore gallico liberatus Neapolim ſe conferēs a
rege petit vt ſibi liceat creare nepotē ſuū cāpanum
pricipē: q cū īpetrare nequiſſet hō ſub ſpecie iuſti
& honeſti minus vrbanus re nulli gratus ac miſe
ricordias conuerſus eo iracundiæ regem compu-
lit vt cuſtodijs adhibitis per aliquot dies prodire
in publicum nequiuerit. Verum diſſimulata ad

Lodouic⁹ andegauē ſiſa clemē te antipa-pa īpulſus

tēpus iniuria Nuceriam ad vitandos ęſtus(vt ipē
dicebat)cū bona regis venia ꝓfectus communita
qꝫ firmis pſidijs vrbe & nouos Cardinales creat &
ſeptē ex veteribus ī carcere cōiicit: quod diceret
eos cum rege & antipapa contra ſe cōiuraſſe. Pre-
terea vero & ꝓceſſū(vt iſtorum more loquar) cō
tra regē inchoauit:miſſa de more citatione:q bre
ui ſe venturum nuceriam reſpondit diluiturūqꝫ
obiecta crimina nō verbis mō verumetiā armis.
Nuceriā itaqꝫ cū ſatis magno exercitu veniēs vr-
bem obſidet. motus aūt hac ī dignitate Raimun-
dus balcianus e gente vrſina cōitis Nolai filius q
poſtea tarentinus princeps eſt habitus ſuis copijs
fretus quas ſub rege ductauerat vrbanum cū to-
ta curia proximum litus deductum Genuenſium
triremibus ad id inſtructis paratiſqꝫ impoſuit:q-
bus dum genuam pontifex defertur ex ſeptē car-
dinalibus nucerię captis quicqꝫ ſaccis inuolutos in
mare demerſit. At vero mortuo Lodouico vnga
riæ rege proceres vngari karolum ſtatim per le-
gatos acceſſunt;qui eo profectus dum cōuētū ad
res componendas celebrat curante regina que o-
dium diſſimulauerat obtrūcatᷓ. Anno milleſimo.
ccclxxxv:Quo tpe ioānes galeatius bernabouē
vicecomitē cui erat ex fratre galeatio nepos ca-
ptū ī carcere modoecię cōiicit ac cōiectū vſqꝫ ad
mortē detinet:eiuſqꝫ ditione potiẗ:prius.n.dū pa-
trimoniū diuidūt papia verſellę nouaria:dertona
alexādria &c. & ad appēninū alpeſqꝫ ptinētia Ga
leatio placētia vero Cremōa pma lauda Brixia &
bergomū Bernaboui ſorte obtigerāt. Mediolanū
aūt vtriqꝫ commune erat. at vrban⁹ circūacto an
no quo ſe genuam contulerat intelligens eccleſia

Vrbanū cum tota curia ī mare demerſit.



ſticas ciuitates a florētinis ad libertatem vt antea
incitari. Lucam primo mox ſenas & peruſiū pue
nit. confirmatis deinde aduentu in ciuitatibus de-
ſiderio(vt ipē dicebat) videndi neapolim ferenti
num vſque proficiſcitur. Ea mente re vera vt La
diſlaum admodum puerum & Ioānē Karoli filios
hęreditate paterna deturbaret. Multi em̄ ꝓceres
Lodouico Andegauenſi ſtudere ſoliti potiūdi re
gni ſpē ei pſtabant. Sed magnā vſi fide Caietani
pueris ī vita retētis regnum quoque cū ſūma lau
de ſeruauerunt. Pontifex itaque re infecta Romā
rediēs cū magno apparatu honoreſque pluſqꝫ di-
ci poteſt a po. Ro. in vrbē ſuſcipitur licet haud ita
multo poſt a Bādereſijs inſidias ꝑpeſſus ſit quas
certe omnino deuitauit & ſuſtulit creatis vna die
xxix. Cardinalibus quorum de numero Roma-
ni tres ſunt habiti. Reliqui vero fere omnes Nea-
politani fuere. interea vero Antonius Scala vero
nenſis & Franciſcus ſenior patauinus domin⁹ gra
uiſſimo inter ſe bello contendere. Ioanne Vbaldi
no carrij & Ioanne ordelapho ſcaligeri copias du
centibus. Verum galeatius vicecomes inſtigante
carrario ſuperatis ſcaligeris verōa vicētiaque po
titur. Neque hic quidem contentus Galeatius pau
corum menſium obſidione Patauiū capit. ac fran
ciſcum Carrarium ī carcerem modoecianum cōii
cit. Eius vero fili⁹ Franciſcus iunior fuga ſalutem
ſibi quęſiuit:florentini quoque augendę ditionis
cupidi polidianum Lucinianum oppida ex vete-
ri Senenſium dominatu arte magis qꝫ virib⁹ ī po
teſtatē ſuā redegere. ꝑterea vero Karolum berna
bonis filiū & Antoniū ſcalā cū quinque milibus e
quitum in agrū ſenēſē hoſtili aīo immittunt. Hāc

Vna die nouē & viginti cardīales creat.

Patauium capitur

ob rē galeatius motus legatos ad Florētinos mit-
tit qui ſuo nomine cōquerantur Carolum viceco
mitē & Antonium ſcalā hoſtes ſuos a populo flo-
rentino quo cum ipſe pacē antea inerat & fœdus;
mercede cōductos eſſe vexariq; ab eis bello Senē
ſes amicos & ſocios cōtra ius faſq; legatis itē man
datum eſt vt niſi ab iniuria ſenēſium diſcederent
exauctorarētq; ſuos belli duces Florētino populo
bellum īdicerēt: quo minus vero id ſtatī galeatiꝰ
fecerct petri gābacurtę Piſanorum tyranno ꝑci-
bus factum eſt qui galeatio & Florētinis amicꝰ rē
inter vtrūq; cōpoſiturum ſe ꝑdicabat. interī vero
vrbanus pontifex pōtificatus ſui infœliciter actꝭ
anno.xi.menſe.viij. Romę moritur. Sepeliturq; ī
beati Petri baſilica paucis admodum eius mortē
vt pote hominis ruſtici & inexorabilis flentibus;
Huius autem ſepulchrum adhuc viſitur cum e-
pitaphio ſatis ruſtico & inepto.

## Bonifacius IX

Bonifacius Nonus patria Neapolitanꝰ
Petrus cognomento Tomacellus antē
a vocatus Romæ cardinalium omniū
conſenſu pontifex creatur. Anno dñi
Milleſimo.ccclxxxix. Hic & ſi ānorum circiter tri
ginta eſſet dum pontificatum inijt. ita tñ deīceps
vixit in tam Florida ætate & tanta petendi licen-
tia vt nulla ei libido nulla voluptas impigi velo
bijci poſſet: iuuentē certe cū ipa ſenectute commu
taſſe videbatur. Fuit ꝑterea tanti animi conſilijq;
vt prius populi Romani vim omnē ī pontificē trā
ſtulerit: creatis ſuo nutu magiſtratibus oībus mu-
nitaq; ſancti Angeli arce ī mole Hadriani ſita ad
tyberis pontē quo ab vrbe ī vaticanum itur. Mu-

Hic annorum circiter triginta pontifex ordinatur.



nitiſq; itē pōtibus quibus in trāſtyberim Romani
cōmeāt. Verum dum Bonifacius.ix. adhuc ī pon
tificatu eſſet galeatius Florētinos & Bononienſes
bello aggreditur: Ioāne vbaldino & Iantedeſco
petramala copiarū ſuarū ducibus qui vallem ar-
ni ſuperioris īgreſſi oīa lōge ac late populabātur.
Iacobuſq; vermes Bononienſem agrum ſuo no-
mine īgreſſus ciuitati quoq; multa dāda ītulit. Tū
vero Florētini ad pręcauēda mala ſoliciti: & Ioan
nem haucut & Karolū Bernabouis filium & An
toniū Scalā cū quatuor equitū peditū duobus mi
libus Bononiēſibus ſocijs & amicis auxilio miſe-
re. Solicitare pręterea literis & nuncijs Stephanū
Bauariæ ducē ad quē frāciſcus Iunior cōfugerat:
& Iacobū Armeniaci comitē magna mercede cō
ductum: vt ī Italiā cōtra vicecomitē deſcēderēt:
eumq; a ceruicibus ſuis ad propria tuēda auerte-
rent. His cohortationibus motus Frāciſcus iunior
mutata veſte fauētibus venetis ſecreto tū Pataui
num īgredit̄ vrbeque potit̄: ſubſecutus vero Ba
uarię dux vrbē ingreſſus oppugnare arcē non de
ſtitit. Veronēſes autē harū rerū permutatiōe mo-
ti pulſo vicecomitis pręſidio Antoniū ſcalā ad ſe
vocāt qui fere his diebus ī hetruria mortuus erat
relicto vnico filio in prima pueritia adhuc ſuper-
ſtite: Qua qdē re cognita pœnitētia ducti īprimis
Vgolotum blācardum qui in Cremonenſi agro
cū exercitu galeatij erat ad ſe vocāt īpetrata priꝰ
errati venia: perſolutiſque aliquot milibus numū
auri ad redimēdā tāti erroris culpā ingreſſus vr-
bem blācardus retinere milites a direptione tam
opulētę vrbis nequaquā potuit. Vxor vero ga-
leatij tātę ciuitatis ciuitatem miſerata triduo poſt

militibus direptionē inhibuit. At dux Bauariæ
cōqueſtus ſe mercede a Florētinis defraudatum
ab oppugnatiōe Patauinæ arcis in germaniā di-
ſceſſit. Tum florentini præbēte aditum Alberto
Eſtenſi qui iā pridē ab amicitia galeatij diſceſſe-
rat Ioānem haucut carrarienſi ſocio auxilio miſe-
re cuius fortitudine & aſtu arx patauina in dedi-
tionē breui recepta eſt. Vnde galeatij copiæ quæ
eo recuperādę vrbis cauſa venerāt ī vicētinos ſe
ceſſere. Deſcēderat iā tum etiā comes Armeniaci
a florētinis mercede cōductus p̱ Taurinos ī italiā
cum viginti milibus equitū caſtellatiūque ī Ale-
xādrinis vi captum diripuerat: Quare galeatio
neceſſe fuit copias ſuas e vicētinis reuocare: quas
hoſti opponeret: In ſuburbio alexādrino cōſede-
rant Mediolanenſes: in quos delati Armeniaciſi-
ne vllo ordīe excidium ipſis militibus & ciuibus
minabantur: pugnatum eſt pro portis aliquādiu:
& ab Italis tandiu: protracta pugna eſt donec ſui
quos circūacto itinere ad carpēdum extremū ho-
ſtium agmen miſerāt nil tale opinātes aggrede-
rentur. Dum pugnatur ſuperuenere illi: atq; ita a
tergo, a lateribus, a frōte cæſi prius pene oppreſſi
ſunt ingēti cęde. oppidanis etiā ſuperuenientibus
q̄ꝫ diſcrimen in quod delati fuerāt cognouerint.

Comes armeniaci moritur.

Comes ipſe armeniaci tāti exercitus dux captus
ex vulnere ī pręlio accepto ſtatim moritur. capti
& Rainaldus Ianfigliatius & Ioannes ricius florē-
tini equites qui armeniacum ī italiā duxerāt. Tū
vero galeatius tanta victoria fretus: partē copia-
rum in hacutum mittit qui ea mēte Ateſim & mi
nutum traiecerat vt ſecū armeniacos cōiūgeret:
verum haucutus re cognita quanta maxime ce-



leritate potuit in patauinos mouit nō paucis ſuo-
rum in itinere amiſſis ob deriuatas paſſim a ruſti
cis aquas ne redire hoſti impune liceret. at floren-
tini bello preſſi a Iacobo verme qui eo a galeatio
cum duodecim milibus equitum peditum qua-
tuor miſſus fuerat haucutum reuocant: qui hoſtes
florentinorum quibus par eſſe aperto marte non
poterat miris artibus ludificatus eſt. Interim ve-
ro hortante Bonifacio pontifice & antonioto a-
durno genuenſium duce: pax æquis conditioni-
bus inter galeatium & florentinos genuę compo
ſita eſt. Sed dum vnum incendium extinguitur
alterum exardeſcit. Nam & frāciſcus cognomē-
to vicus vrbis præfectus viterbium pōtifici p̱di
tione abſtulit: & petrus gambacurta piſarum do
minus a Iacobo appiano publico ſcriba: & oīm cō
ſiliorum ſuorum participe cū filijs occiditur: ipſe
que Appianus dominatu potitur. Mortuo autem
Alberto Eſtēſi Accius & ipſe Eſtenſi familia or-
tus iā pridem patria pulſus adiuuātibus cunij co-
mitibus redire in patriā inſtituerat. Sed tutores
Nicolai pueri Alberti filij ſumptis armis accium
Ferraria ſummouentes Lucam & conſilicē oppi-
da Ioanni cunio promiſere ſi accium interficeret.
tum ioannes compoſita fallacia virum accio per-
ſimilem interficit, & acceptis oppidis verum ac-
cium in publicum producit. Non commiſiſſet tā-
tum facinus Albricus ex eadem familia ortus cui
plus Itali debent qui omnibus ducibus qui tū fue-
re. Primus enim docuit Italos bella gerere iam
pridem arma ferre deſuetos: quibus ſe deinceps
ab inteſtino externoque hoſte tutati ſunt. Prius
enim ſi quid gerere Itali vel īter ſe vel ī barbaros

Itali ab Albrico bella deſueta ediſcunt.

voluiſſent accire externũ militem opus erat: Sed
tãta militũ copia hoc duce breui ſuborta eſt: ſub
vexillo ſancti gregorij vt & Britones qui prouin
ciam noſtrã & eccleſiæ caſtella euerterãt: theuto-
nicos anglicos poſtremo õnia vaſtãtes Italia ex-
pulerit: hinc Brachiani & Sfortiani milites origi-
nem habuere: quorum armis italia apud exteros
tantum nominis cõſecuta eſt: vt aut exteri timo-
re perculſi quieuerint: aut aditum ad nos tentan-
tes magnis cladibus ſupati ſint. Interea vero mor
tuo clemente. vij. adulterino pontifice in eius co
cum a cardinalibus tãti ſciſmatis auctoribus Pe-
trus luna. Bñdictus. xiij. appellatus Auenione ſuf
ficitur. Succeſſit tum etiã Karolo imperatori Ro-
mano Venceſlaus filius a quo ioãnes galeatius vi
cecomes Mediolanenſis ducatus titulum accepit
miſſo oratore Petro Philargi Mediolanenſi archi
epiſcopo qui poſtea Romanum pontificatum ade
ptus quintus Alexander appellatus eſt: galeatius
autem mortuo Ioãne haucut Florẽtięque ſepulto
quo vno duce in rebus bellicis tum mãxime Flo-
rentini vtebãtur: mittere Albricum cum ſuis co
pijs in hetruriã cõſtituit qui florẽtinos appianum
piſanorum tyrannum bello laceſſentes in officio
cõtineret. Erãt in eo exercitu Paulus vrſinus: Ce-
colus: Brolia, Brãdolinus, Paulus ſabellus, Lucas
canalis: cohortiũ pręfecti inſignes: qui ſimul con-
iunctis copijs animiſque oppugnare Florẽtiã ad-
horti ad monaſterium cãtuſienſe caſtra poſuerãt:
vnde crebris incurſionibus tum agros tum ciui-
tatem Florẽtiã continuo vexabãt cædibus rapi-
nis incẽdijs oĩa cõplentes. anno domini mileſimo
cccxcvij. Quo quidẽ tẽpore & Bonifacius Peru-



ſium ſe contulit nobilitaaem plebis raſpantibus
cõciliaturus: Sed plebs pręſente pontifice præter Monopo-
datã fidem arma capiens interfectis ab octuagin liũ piſano
ta ex optimatibus Biordum & Michelottum ple rum.
biarum partiũ principes in vrbẽ intromiſſos do
minos cõſtituunt. Indignatus autẽ ob eã rem Põti
fex Aſiſſium Petens inde ad ducẽ galeatium ora
tores miſit qui eum adhortarentur: vt oppugna
re Mantuã deſineret quã tum aqua & terra obſi-
dione premebat accito in ciſalpinam galliã ad id
bellum Albrico barbiano. Hãc autem ob rem ex
fœdere florẽtinis licuit & venetis belli ſocijs Man
tuano auxilium mittere. Karolo malateſta Man-
tuani ſororio tãtarum copiarum duce: qui ingen
ti clade galeatij exercitum apud gouernolũ pro-
fligauit. erat tum quoq; in animo Forentinis Piſa
nos bello perſequi: ſed eos a tanta re auertebant
pupij balneiq; comites & vbertini rebelles: Qui
Florentinę ciuitati exitium minabantur: ſi in piſa
nos mouerent. Verũ mortuo non ita multo poſt
iacobo Appiano: filius gerardus patri ſuccedens:
cum retinere piſas in poteſtate ſua non poſſet.: ob
ſeditiones a florẽtinis excitatas vrbem ipſam ga-
leatio vicecomiti vendidit: plũbino oppido tan-
tummodo ſibi ac ſuis retento Mileſimo. cccci. In-
terfecto autem Biordo lanthedeſchi inſidijs peru
ſini vindicare ſe in libertatem conati ſunt. Verũ
cum vgolinus tricius Fulginas põtificis vicarius
eius nomine peruſium in ditionem eccleſiæ trahe
re conaretut Indignati ciues galeatio ſeſe dedũt:
qui poſt menſes duos Bononia quoque luca fal-
ſoque potitur. Hinc maior timor florẽtinos inceſ
ſit paſſim de ſe ac libertate ſua actum dicẽtes niſi

Galeatius morte e medio auferretur. appropin-
quante vero iubilei anno legati pontificem Ro-
manorum adeunt rogantes vt Aſiſſio Romam
proficiſceretur. Qui & ſi ad magnopere cuperet
tum diſſimulato deſiderio facturum ſe quod pe-
tebãt negauit: ꝙ diceret eos noluiſſe recipere ſe-
natores ex nobilitate extrema ſecundum conſue-
tudinem & inſtituta pontificum: ꝙꝗ camere cõ-
ſeruatores ſuopte ĩgenio elegiſſent homines qui-
dem parum idoneos & quorum licentia Bande-
reſijs omnia licerent. tum vero Romani vt rem
gratam pontifici facerent: & Bandereſios tollunt
& Malateſtam pandulphi filium Piraurienſem vi-
rum doctum pontificis nomine in Senatorem re-
cipiunt: pecuniaſque inſuper Bonifacio dant quo
ei proficiſci ad vrbem liceret. vrbem itaqꝫ ingreſ-
ſus munita mole Hadriani vt antea diximus mœ-
nib' & turribus dñatu vrbis ſenſim potitus eſt. ce-
lebrato deinde Iubilei anno mileſimo. cccc. quo i-
numera fere hominũ multitudo ad vrbem reli-
gionis cauſa venerat. Florentini galeatium a cep-
tis ſuis auertere cupientes Robertum Baua-
riæ ducem quem imperij electores abrogato ob
ignauiam veceſlao Boemo delegerant ac condi-
tione in Italiã vocãt: vt nõ prius promiſſam mer-
cedẽ accipiat: quã vicecomitis ducatũ attigiſſet.
qui Brixianum agrum ad benacũ ingreſſus par-
te pecuniarũ accepta cũ galeatij copijs cõgrediẽs
ſuperatur: ac tridentũ fuga petit. retinere hominẽ
veneti & Florentini multa polliciti quo minus i
germaniã rediret nequaquã potuere: tũ vero bo-
nifacius ſiue vicecomitũ potentiã veritus: ſiue au- Vſus an-
gẽdę ditiõis eccleſiaſticę cupidus: annatarũ vſum natarum.



beneficijs eccleſiaſticis primus impoſuit hac con-
ditione vt qui beneficium conſequeretur dimi-
dium anni prouẽtus fiſco apoſtolico perſolueret.
ſunt tñ qui hoc inuentũ Ioãni. xxij. aſcribant. Hãc
autẽ cõſuetudinem oẽs admiſere pręter anglos q Annatas
id de ſolis epãtibus cõceſſere ĩ cæteris bñficijs nõ angli non
adeo confirmata hoc modo pecunijs arce magi- admiſerẽt.
ſtratibus ſuo nutu in vrbe delectis ditiõe eccleſia-
ſtica põtifex: Ladiſlaum adoleſcentẽ Karoli Nea-
politani regis filiũ in regnum paternum reſtituit
a tyrannis & populis occupatum: qui Lodouici
Andegauẽſis partes ſecuti fuerant: quo autẽ faci-
lius & honeſtius id fieret priuationẽ Karoli ab vr-
bano. vi. Nuceriæ factã abrogauit: Cardinalemqꝫ
Florentinũ caietã miſit quę ſola in fide remanſe-
rat: vt eo loci adoleſcentẽ coronaret: vbi ſumma
cum fide ſeruatus fuerat. vicecomes autẽ redeun-
te in germaniã imperatore Roberto: copias ſuas
Albrico duce ad opprimendum Ioannẽ bentiuo-
lum miſit: qui bononienſem vrbem in ſuam rede-
gerat poteſtatẽ pulſo vicecomitum pręſidio: mili-
tabãt tũ in exercitu galeatij frãciſcus gõzaga cõ-
poſita iter eos pace: militabat pãdulphus malate-
ſta karoli frater aderat. & Ottobonus rubeus par-
mẽſis ciuis quorũ nominibus perterriti Florenti-
ni Bernardonẽ copiarũ ſuarũ pręfectũ bononien-
ſibus ſocijs auxilio mittũt: cuius aduẽtu bononien-
ſes aĩs aucti hoſti mœnibus appropinquãti occur-
rere audẽt: quo pręlio ſuperati omnẽ equitatum
cũ bernardone ĩ ipã pugna interẽpto amiſere. Ca-
ptus etiã eo prælio Iacobus carraria frãciſci gon-
zage precibus cõſeruat. Aufugerat tñ cũ paucis
Bẽtiuolus in vrbẽ quã dũ acriter nimiũ tutatur

in globum incidẽs cum viuus capi non poſſet ob
truncatur: potitus itaque deiceps nullo reſiſtẽte
bononia galeatius magnum terrorem florẽtinis
iniecit eo enim ſe belli moturum omnẽ belli ipe-
tum oſtẽdebat. Verũ morte adiuti: vt ipſi opta-
bãt nõ ita multo poſt tãto metu liberati ſunt. mor
tuo autẽ ex febre Ioãne galeatio apud meregna-
nũ cũ añ cometes tãte mortis indiciũ apparuiſſet

**Mors galeatii.**

anno. M.cccc.ij. multi repẽte tyrãni oborti ſũt: aut
ciuitatũ ſuarũ pricipes: aut cohortiũ prefecti a mi
litibus ducis ob largitionẽ ad occupãdas ciuita-
tes adiuti. Oborta tũ quidẽ infinita mala ſunt cũ
nemo vnus preeſſet q vitia hominũ impio & au-
ctoritate cõpeſceret. Innouata eſt etiã guelphorũ
& gibellinorũ pniciosa ſeditio. quæ ducẽtis & eo
amplius annis per Italiã vagata oẽs ciuitates ita
ad arma ciuilia cõcitauit: vt ferme ad iternecio-
nẽ certatũ ſit. Nã vgolinus caualcobos oppreſſis
gibellinis Cremone iperitabat. Parmã Otto ter-
tius interfectis ac pulſis Rubeis obtinebat Soardi
bergomum: Rusconij comum, Vignatæ laudam,
Vercellas, Alexandriam plurimaſque per eam
regionem oppida Fazinus canis dux copiarũ e-
gregius vi occupauerat. omitto reliquos tyrãnos
a galeatio pulſos qui tum quidem redeũdi ad ty-
rannidem & dominatum ſpem aliquã ſumpſere:
maxime vero gulielmus ſcala & Karolus viceco
mes bernabouis filius qui pricipes oẽs & populos
ad defectionẽ ſollicitabãt: hinc etiã pinus ordela-
phus patria pulſus Foroliuio potit̃ albricus quo-
que cũij comes fauẽtiã bello preſſam i ſui poteſta
tem redegiſſet niſi a ladiſlao adhortãte etiã pon-
tifice i regnũ accitus ꝓpere fuiſſet: magnuſq; co-



neſtabilis (vt eorũ vocabulo vtar) creat⁹ miſerat
& eo cũ ſatis iuſto exercitu fratrẽ ſuũ pontifex vt
regi auxilio eſſet neapolitanis repulſus Peruſium
mouẽs ciuitatẽ ipam i poteſtatẽ põtificis breui re
degit. At Baldeſar coſſa Neapolitan⁹ ciuis ſãcti
Euſtachij cardinalis Bononiẽſes aliquãdiu obſeſ-
ſos redire tandẽ ad eccleſiã cõpulit: Brachio mõ-
tomo copias eccleſiaſticas ducẽte: quẽ vt virũ i re
militari pſtãtẽ Albricus i flãminea reliquerat ſub
eo. n. ab ineũte ætate militauerat ordineſq; duxe-
rat. Idẽ etiã cõtigerat Sfortiæ e Cotignola Flãmi
niæ oppido originẽ ducẽte quorũ virtute militia
Italica ita breui creuit vt qui duce in re bellica de
inceps indigerẽt altero iſtorũ vterẽt. Hinc ille fa-
ctiones militares exorte ſunt ſexagita iã annis nil
ꝑpe geſtũ i Italia ſit quod non alteri iſtarũ aſcribi
poſſit. Qui. n. a Brachianis opprimebat̃ viciſſiq;
a Fortianis alterã factionẽ pcio cõducebat. Albri
cus aũt vñ tanq; ex equo troiano innumerabiles
belli principes emanarũt Neapolim diu oppugna
tam tandẽ in ptãtẽ Ladiſlai recepit. Qui victoria
moti oẽs regni pricipes ciuitateſq; ſtati i deditio-
nem regis puenere. At vero Ladiſlaus regnandi
cupidus priuſq̃ fundamẽta regni Neapolitãi con
firmaſſet accit⁹ ab vngaris ad illud q̃ regnũ iure
hereditario ſuſcipiẽdũ cũ copias traiecſſet Iadera
niq; obſideret: Certior ab amicis fit Neapolitanos
& aliquot regni proceres ad defectionẽ ſpectare.
Iadera itaque potitus eademque venetis diuen-
dita Neapolim redijt: reuocatoque e Flãminia al
berico (eo namque ad ſuos viſẽdos profectus erat)
omnes proceres dominatu priuauit recuſãtes aũt
parere e patria deiecit. In Seuermatũ vero fami-

liam crudeliter animaduertit primatibus ipſis vl
timo ſupplicio affectis. Bonifacius aūt ī tanta re
rum ꝑturbatiōe diu afflictatus dolore lacerū tan
dē morit̄ pōtificat⁹ ſui āno.xiiij.mēſe.ix. M.cccc v
ſepeliturq; in baſilica petri ſepulchro marmoreo

Mors bo-
nifacij.

vermiculato opere diſtincto quod adhuc cernitur
cum gentilicijs inſignibus. Quę itē indicant mul
ta ædificia tum ī mole Hadriani tūī capitolio tū ī
palatio Vaticani huius iuſſu & īpenſa edificata tū
fuiſſe. Huic autē pontifici ad ſummā gloriam nil
certe defuiſſet niſi affinium & cognatorum affini
tatibus obtēperans aliquā notam cōtraxiſſet. Mul
ta em̄ crimina ꝑſimoniacam prauitatē cōmitte
bantur petentibus contra ius faſq; omīa tum fra
tribus tum cognatis quorū magna m̄ltitudo quę
ſtus gratia Romam venerat. Indulgētiæ vero &

Indulgen
tiarum vē
ditio

quidē plenariæ ita paſſim vēdebantur vt iam vi
leſceret clauium & litterarum apoſtolicarum au
ctoritas. Reuocare hæc omnia Bonifacius conatus
cognatorum ꝑcib⁹ eo idētidē redire cogebatur.
Vn̄ melius actum cum ecclia dei cenſerē ſi ponti
fices reiectis affinibus & cognatus vl̄ ſaltē in me

Nota

diocri fortuna collocatis pōtificię dignitati poti
us quā carni & ſanguini cōſulerēt. Maxime vero

tāburlan⁹

hoc tp̄e quo mortuo Tamburlano qui thurcos ſu
perauerat eorumq; regē cathenis victum ſecū tra
hebat Armenios ꝑſas egyptios. Aſſirios ſine gu
bernatorib⁹ reliquerat qua ex re facile xp̄ianis tū
fuiſſet hieruſalem ac ſctm̄ dn̄i ſepulchrum recupe
rare. In noſtros em̄ conuerſus Albos ſuo pontifi
catu nouam ſuperſtitionem introducentes perſe

Superſti-
tio alborū

cutus eſt. Ex alpibus namque deſcendiſſe in italiā
anno ante iubileum preſbyterum quendam cum



magna hominum multitudine ex patre meo qui
hominem viderat intellexi. Is quidem albo indu
tus pannotā tam modeſtiam vultus ac verbi prę
ſeferebat: vt ab omnibus ſanctus haberetur in. Ita
taliam itaque deſcendens magnum hominum ac
mulierum multitudinem in ſententiiam ſui ipſi-
us breui deduxerat lintheis albis circundati om-
nes ſine diſcrimine mares ac fœminæ ruſtici an ci
ues ſerui an liberi eſſent paſſim veluti pecora vbi
nox oppreſſiſſet dormiebant. Publice in vicis e-
pulabantur perlatis vndique certatim quaſi ad
ſacrum epulis. Crucifixum ſacerdos ipſe pręſefe-
rebat: quem lachrymari: ob hominum errata di-
ctitabat. Id quotiens accidiſſet ſubclamabant om
nes veniam a deo petentes. Laudes beatæ virgi-
nis canebant euntes & ſtantes hymnis ad id apte
compoſitis. ex Ciſalpinis autem in Flamminiam
hetruriam Picentes aucta opinione ſanctitatis
veniens non plebem: modo rudem & credulam
ſed & principes & epiſcopos ciuitatum in ſenten-
tiam ſuam facile pertraxit. Subſtitit Viterbij cum
magna multitudine labore itineris feſſus Ro-
mam inde (vt ipſe dicebat) adviſenda loca ſancta
ſanctorumque corpora venturus. Sed Bonifaci-
us fraudem ſubeſſe veritus qui diceret hominem
ſuperſtitioſum pontificatum appetere adiuuan-
te illa multitudine milites aliquot pręmittit qui
hominem comprehenſum ad ſe perducant: ſunt q
ſcribāt huius fraudem quęſtione detectam fuiſſe:
hominemque in tanto facinore deprehenſum me
ritas pœnas luiſſe igne. ſ. quo exuſtum ferunt. Sūt
etiam qui dicant nil fraudis in homine deprehen-
ſum fuiſſe. Sed id factum a Pontifice l abolendo

rumori quo hominē ꝑ inuidiā captū & necatū af
firmabant: Verū verius ſit deus nouit. Hoc tñ cō
ſtat poſt tātā colluuionē q̃ ꝑtim hac ſupſtitiōe ꝑti
frequētia Iubilei obuenerat magnā hoīm multitu
dinē peſtilētia cōſūptā fuiſſe, In tāntis aūt malis q
bus prouincia noſtra afflictabat vnū tñ bonum ī
Italiam auectum eſt. Ad nos Chryſolora Biſan
tius litteras græcas attulit q̃ annis iā quingentis ī
italia cōtinuerāt. hic gręcę latineque linguę ſcho
lę exortę ſunt Guarino victorino Philelpho Am
broſio monacho Leonardo Aretino Karoloque
ac pleriſque alijs tāq̃ ex equo troiano in lucē pro
deuntibus quorum æmulatione multa īgenia de
inceps ad laudem excitata ſunt.

Floret roma literis

## Innocentius VII

INnocentius. vij. Patria Sulmonen
ſis coſmatus antea vocatus ſācte cru
cis preſbyter cardinalis Romæ pon
tifex creatur. Tumultuante tota ita
lia. mortuo em̄ ioāne Galeatio duo
bus filijs ſuperſtitibus ſed adoleſcētibus adhuc to
ta italia ad arma reſpiciebat. Ioānes maria maior
natu (id eī ei nomē erat) ducatū Mediolani ſibi vi
dicat. Philippꝰ vero maria minor natu Papiæ do
minatū cuius comes iure habebatur facile obtinu
it. Reliquę ciuitates (vt antea dixi) ad quinq; eni &
viginti fuiſſe cōſtat ab īperio Vicecomitū defice
re. Nā & Paulus Guiniſius ciuis Lucēſis patriæ do
minatū ſibi vſurpauit: & Franciſcus carrarius ſu
blato e medio tanto duce cuius arma mirum in
modum timuerat augendæ ditionis in magnam
ſpē veniēs veronā Brixiā Bergomū Cremonam
legatos ad ſolicitādos ī ꝑtes ſuas guelphos miſit.



Verū vbi vbi videt Gulielmū ſcalam & karolū
vicecomitē qui īperia ciuitatū ſuarū deſiderabāt
poſſe conatibus ſuis obſtare, Gulielmo veronę ka
rolo Mediolani acceptis ab eo mutuo triginta mi
libus aureis dñatū pollicitus eſt. Reducto itaq; ī pa
triam Gulielmo eodēq; nō ita multo poſt veneno
ſublato verona ipē potitur. Eadē quoq; fraude Ka
rolum aggreſſus eſt; cū is īſtaret vt non apparen
tibus ꝓmiſſis pecuniam ſaltē mutuo datā ſolue
ret. Litteris quoq; Franciſcū Gōzagā admonet vt
deſcēdere ī ꝑtes ſuas ſpōte velit amplectiq; eius a
micitiam & ſocietatē: ſin ſecus eſſet aīatus habitu
rum ſe eū ꝓ hoſte facturumq; vt breui eius ꝑtina
ciæ peniteat fieri ꝑfacile id poſſe dicebat cum ve
ronam Mantuanis finitimā adeptus Brixiam quo
que ī poteſtatē ſuam breui ſit redacturus: vnde ꝑ
commode Mātuanos bello p̄mat. Nil rñdere Frā
ciſcus īſtituit priuſq; venetorum legatos audiret:
quos ī via ad ſe euntes intellexerat. Veneti eī car
rariorum potētiam ſuſpectam habētes Vicētiam
dedentibus vltro ciuibus ī deditionē & tutelam
recipiunt q Frāciſci arma veterēt: qque ſub quo
uis alio q̃ ſub Patauino dño eē mallebant: quippe
cum inter patauinos & vicētinos īmortale odium
intercedebat. Admonet tum Franciſcum Carra
riam venetus ne vicentinos vectigales ſuos bello
attingat vtque ab expugnāda colonia quam ſuæ
ditionis eſſe rebantur abſtineat. Aliter venetos
bello perſecuturos illatas īiurias: Reſpondet Fran
ciſcus mirari ſe venetorum impotētiam qui cum
nullū ius in continēti habeant leges tñ merito im
perantibus velint p̄ſcribere irent & ęſtuarijs ſe ac
paludibus cōtinerēt; eoſque p̄eſſe ciuitatibus fini

rent qui eam facultatem a maioribus ſuis accepiſ-
ſent. Indignati mirum in modum veneti legatos
ſuos qui in via erant admonent: vt fœdus & ſocie
tatem cum Franciſco Gonzaga ineant eumq; pri-
mum copiarum ſuarum ducē deligāt addita pecu
niarum ſumma que ei' ſtipendij nomine quotan-
nis daretur tum vero Franciſcus icto fœdere ma-
turandum ratus ꝙ iam hoſtes' potitos colonia in-
tellexererat conſcripto magno militum numero
veronenſes ad eam partem adoritur qua ad Ma-
tuanos vergūt: Idem faciunt veneti ex vicenti-
nis eo mouentes quo impetu veronenſes perter-
riti cum nulla ſpes auxilij ſubeſſet deditionem fe
cere. Oderant etiam ciues Franciſcum Carrarien
ſem q Guilielmum ſcalam veneno necaſſet eiuſq;
filios occupata fraude verona in carcerem conie-
ciſſet. Dum vrbem vero iuſtructis aciebus ingre
diuntur ne qua fraus ab hoſte ſubeſſet: Iacob' car
raria qui ibi cum pręſidio erat repente cum mili-
tibus aliquot hoſtiliam ꝓfugit. Sed dum padum
traijcit captus venetias mittitur. Munita autem fir
miſſimo p̄ſidio verona. inde cum oībus copijs ve
neti patauiū mouentes vrbem pręaltis muris ac ꝓ
funda foſſa munitam defenſamq; firmo p̄ſidio ob
ſident & tandem poſt aliquot menſes interclu-
ſis vndique comeatibus in deditionem accipiūt:
confugerat in arcem Franciſcus cum filijs ac ne-
potibus quam tamen veneti non ita multo poſt
cepere vrgente eos qui in p̄ſidio erant: ad dedi-
tionem fame: Franciſcus autem captus ac veneti
as miſſus vna cū fratre necatur. hunc exitum & fi
nē habuit qui humanā cupiditate ſecutus ſp̄ta pa
ce oīa bello occupaturus videbat. Neq; in hoc q-

Frāciſcus
carrariæ
vna cū fra
tre necat̃.



dem malorū oīm finis fuit. Nam vel ignauia pō-
tificum qui interdictis antea minis: armis poſtre-
mo tollere diſcordias conſueuerant vel ſciſmate
potius quo tum eccl'ia dei multum laborabat eo
ventum erat vt viliſſimus quiſq; tyrannus poſt
mortem Ioannis galeatij vnūquoq; facinus quan
tumuis magnum aggrederet̃. Innocētius. n. dum
cardinalis adhuc eſſet: carpere negligentiam & ti
miditatem priorum pōtificum conſueuerat: ꝙ di
ceret eorum ſocordia factum ne ſciſma eccleſię ro
mane totiuſq; reipu. xp̄iane pernicies hactenus ex
tinctum & ſublatum eſſet. verum ipſe pontifica-
tum adeptus ſecutiſq; in quibuſdam vrbani & bo
nifacij veſtigia quos priuatus carpebat non mo-
do quod tantopere laudabat effecit verumetiam
ĩiquo aīo ferrebat ſi quis apud ſe ea de re verbum
vllū feciſſet. p̄terea vero adeo tumultuoſe oīa gu
bernabat: vt cū ſemel romam reſtituit in liberta-
tē reddiq; ſibi capitoliū pōtē miluium & arcē ha-
driani peterēt iſtarētq; itē vt Sciſma rē pniciosi ex
empli de eccleſia tolleret bella extīgueret & ſe-
ditiones rege gallorū ad eā rē cōficiēdā operā ſu
am pollicente ac petro luna Antipapa nequaq; tā
tam concordiam obnuente. Romanos ipſos pōti-
fex ad Lodouicum nepotē diuertentē apud hoſpi
tale ſcti ſpiritus via ſaxia tanquā ad certum carni
ficem miſerit. Vn̄ cum ei ciues reipu. ſuę labēti ne
gligētia pōtificis cōſulturi ſtatī necant̃ e feneſtriſ
q; deijciunt̃: ꝙ diceret eo modo tolli ſeditiones &
ſciſma non alio quidem poſſe. Hac autem ſęuitia
motus ppl's Romanus accito Ladiſlao Apulię re
ge arma capit ſupplicium de Lodouico ſumptu-
rus. Verū pōtifex declinaturus populi Furorē vi

Petrus lu
na antipa
pa.
Sęuitia ĩ
nocentij.

terbium cũ Lodouico citato greſſu ꝓficiſcit. Tũ
vero populus cum ſęuire ĩ auctorẽ tanti facino-
ris non poſſet ĩ Aulicos iram cõuertit quorũ bo-
na magna ex ꝑte direpta ſunt Seruati tñ quidam
dñr in ędibus Cardinalium Romanorum q̄ adiu
uantibus clientibus ęgre tñ ad ſe cõfugientes tuta
ti ſunt. Capto deinde capitolio occupatoq; ponte
miluio arcẽ hadriani oppugnare fruſtra conati ſũt
adiuuantibus etiam Romanos Ioanne colũna co-
mite Troiæ Gẽtile Monterano comite Carrarię e
gregiis tum copiarũ ducib⁹ & Ladiſlai regis auſ
piciis militantibus. Verum ſuꝑueniente paulo vr
ſino mandato põtificis cum moſtarda e Ceccho
lino turmarum p̄fectis ĩ pratis Neronianis Ioãnẽ
colũnã & reliquã Ladiſlai militiam fundunt. Hanc
ob rem Romani multis q̄dẽ incommodis circum-
uenti cũ & hoĩes & eorũ pecora abigerẽt reſidẽte
etiam ira iam antea cõcepta põtificẽ ĩ gratiam re
cipiunt rogantque vt ad vrbẽ redeat. Erat eñ na
tura comis & blandus adeoque pontificii ciuiliſ-
que iuris peritus vt facile homines tum rationib⁹
tum ſuauitate dicendi in ſui ipſius ſñiam alliceret
rebus. itaque hoc modo cõpoſitis Romam veniẽs
plures cardĩales delegit quorum de numero fuit
Angelus carrarius patria venetus tituli ſancti mar
ci preſbyter Cardinalis ĩ pontificatu Gregorius
xii. appellatus. Fuit & petrus Philardi natiõe Cre
tenſis baſilicę duodecim apoſtolorũ p̄ſbyter Car
dinalis alexander quintus deinde creatus. Terti⁹
habitus eſt Oddo colũna natus e principibus ro-
manis: ad vellus aureum ſancti Gregorii diaconus
cardinalis martinus quintus poſtea vocatus. con-
firmato aũt hoc modo pontificatu ſuo Lodouicũ

Roma ĩ põ
tificẽ ĩ gra
tiã recipi-
unt.

Angelus
carrarius
Gregori⁹
Alexãder
quintus.
Martinus
quintus.



nepotẽ agri Piceni marchionẽ creat: eundemque
firmanũ prĩcipem cõſtituit. ipe vero nõ diu poſt
Romæ moritur põtificatus ſui anno. ii. Sepelitur-
que in baſilica Petri ĩ ſacello quod olim põtifici-
bus dedicatũ creat quodq; vetuſtate & ſitu cor-
ruẽs Nicolaus quĩtus poſtea reſtituit Notato etiã
in hoc epitaphio hominis ſepulchro. Innocẽtio ſe-
ptimo põtifici maximo: cũ neglecti eius ſepulchri
memoria ĩterriſſet nicolaus quĩtus põtifex maxi.
reſtitui curauit. interĩ autẽ cũ & vero põtifice &
optimo imperatore carerent Itali vnicuiq; ſcele-
rato peccãdi licentia data eſt. Nam cabrinus fun-
dulus cuius opera Karolus caualcabos multũ &
belli & pacis artibus vtebatur ſpe occupandæ ty
rãnidis elatus: q̄ ei non ſecus ac karolo magiſtra
tus omnes atque artium pręfecti parerent: Rede-
untem Lauda Pompeiana karolũ ad Machaſtur-
mam ab vrbe cremona decẽ milia paſſuum cum
fratribus & cognatis obtruncat. Inde vero pro-
pere antequã res in vrbe ſciretur: cũ aliquot mili
tibus Cremonã properãs occupata arce ac portis
omnibus forum armato ĩgreſſus milite: quos vi-
det conatibus ſuis obſtare poſſe, aut obtrũcat, aut
pellit. Obtinendę autẽ tyrãnidis cauſa nullum ge
nus crudelitatis omittit. erat tũ quoq; ĩ armis Me
diolanẽſes principes ne dicas eorũ opera tyrãnos
opprimi potuiſſe: inſtãte pręſertim gucecaldo ge
nuę præfecto regis gallorum nomine q̄ tum redi
gere Mediolanũ ĩ poteſtatẽ regis conabatur. Con
tra vero Fazino cane egregio tum copia tum du
ce retinere Ioãnẽ Mariã in dñatu paterno conãte.
Otto quoq; tertius ꝑmenſis dñs ad colloquiũ ſpe
cõponẽdę pacis cũ Nicolao eſtẽſi pellect⁹ ad Ru-

Epitaphiũ
Innocẽtii.

beram(id caſtelli nomen eſt)obtruncatur. Cuius
quidē cædis Sfortia Cotignola iubēte nicolao au
ctor habitus eſt. Mortuo autē Ottone regio ſtatim
& parma dedētibus ſpōte ciuibus qui oderāt Ot
tonis nomē Nicolaus potitur. Ladiſlaus vero oc-
cupata Roma (vt antea dixi) acceptaq; ī deditio-
nē Perusia quā tum armis Bracchius vexabat in
hetruriā hoſtili animo mouet: quæ certe induſtria
& auſpicijs Malateſtæ Piſauriēſis egregie defenſa
eſt. Repulſus enim inde Ladiſlaus in regnū trepi-
dus ſeſe recepit maiore prope accepto q̄ illato ho
ſtibus incōmodo. Liberati autem tanto hoſte flo-
rentini in piſanos cōuerſi poſt lōgā oppugnatio-
nem piſas tādem capiunt Tarralia & Sfortia du-
cibus. Anno domini Mileſimo.ccccvi.

## Gregorius XII.

AT vero dū ſciſma in eccleſia dei lon-
gius protraheretur: cū pernicie xpi-
ani nominis altero pontifice Romæ
creato: altero Aueniōe pricipes Gal
liç duces, ſcilicet Bituricēſis Burgū-
dus Aurelianus qui tū ob valitudinē regis: galli-
as gubernabāt: calamitatē eccleſiæ tādē miſerati
auenionē ad petrū lunā Bñdictū.xiij. appellatum
perueniūt hominēq; rogāt, vt collabenti eccleſiæ
tādē cōſulat: etiā ſi abdicare ſe pōtificatu neceſſe
eſſet quēadmodū in conclaui ſe facturū pmiſerat
iureiurādo īterpoſito dum pōtifex creat̄. Spōdēt
præterea alterū pōtificē qui tū Romæ crearetur;
poſt mortē Innocētij idē facturū. Ita em̄ hic inter
pricipes & qui in Italia erāt reip. xpianæ amātiſſi
mi cōuenerat vt abrogatis duobus de pōtifica-
tu cōtēdētibus quorū alter gallicæ: alter Italicæ



factonis haberetur vnus aliquis poſtea deligeret̄
oīm nationū pater & pōtifex. Rñdet Bñdictus ſe
quidē grauiter deū offenſurū: ſi eccleſiā dei deſe
ceret cui patronus' & publicus pater cōſenſu bo-
norū nō furtī ſed publice aſcriptus eſſet. Nolle ſe
in dubiū ponere qd̄ iuſtis ſuffragijs ſibi demāda-
tū fuerat. qui dicerēt ſublato ſciſmate de cōcor-
dia agēdū eſſet ſibi admodū placere modo id ī lo
co fieret libero ne coactus quiſpiā potius q̄ ſpō-
te facere aliquid videret̄: Vnū tñ ſe polliceri: idq;
iureiurādo affirmare: ſi aliter tolli Sciſma nō poſ
ſet: depoſiturū omnē pontificiā dignitatē mō idē
eodē tpe ab altero antipapa ſtatī fieret. Ppricipes
itaq; cognita hominis volūtate: cōſultare inter ſe
cœperūt quonā modo Bñdictū in ſentētiā ſuā p-
ducerēt: Quorū colloquia & cōſultatiōes bñdi-
ctus veritus pōtificias ædes armis & comeatu o-
ptime muniuit: in quibus aliquot mēſes obſeſſus
tandē paratis ad fugā triremibus per Rhodanum
in Catelonia vnde oriūdus erat adnauigauit. Sūt
autē qui ſcribāt pricipes gallos: id molitos ī Bñdi
ctum eſſe inſtātibus cardīalibus gallicis qui eum
oderāt q̄ alterius natiōis eſſet & nō gallicę. nā cū
poſt mortē Clemētis de creādo pōtifice gallico
inter eos nō cōueniret: hūc poſt lōgā altercationē
crearūt: vt virū bonū & reipub. chriſtianæ aman
tiſſimū qui eos ſæpe admonuit: vt honeſte ac ſan-
cte viuerent: vtque a ſimoniaca prauitate caue-
rent: aliter ſeſe ī eos grauiter animaduerſurū: hu-
ius itaq; mores ferre nequeuntes principes gallos
in virum optimum & conſtantis vitæ concitaſ-
ſe. At vero Cardinales qui poſt mortē Innocen-
tij Romæ tum erāt: cognita trium priorum pon-

Bñdictus a Catelonia oriundus.

tificum in tollendo ſciſmate negligẽtia cognitoq;
etiã diſcrimine in quo reſpub. chriſtiana vbiq; ter
rarum maxime vero ĩ gallia verſabatur: in vnũ
cõuenientes cõclaui ad ſanctum petrum in vati-
cano habito: iurarũt ſinguli maximis execratio-
nibus ĩterpoſitis abdicaturos ſe ſtatim põtificatu:
ſi ei deligi ad tãtũ magiſtratũ cõtigiſſet: hac cõdi
tione tamen vt id quoq; ab antipapa fieret. Vene
re autem in hanc ſententiã vt & gallicę nationi ſa
tiſfacerent: quę ob impotentiã creandi antipapę
conſuetudinem introduxerat: a qua remoueri nõ
ſine ignominia videbatur: niſi id quoq; ab Italis
fieret: vtq; in ſententiam Benedicti venirent qui
hac vna ratione non alia ſanari eccleſiam poſſe di
cebat. qui ſi eis cõtigiſſet vtrũque abrogari vnũ
verum pontificem omnium qui tum erant cardi
nalium conſenſu creandum eſſe: cui omnes reges
& principes obtemperarent. Creatus itaque Ro-
mę anno domini mileſimo. ccccvi. pridie kalend.
Nouẽbris angelus corarius venetus tituli ſancti
Gregori- Marci preſbyter cardinalis: q (vt dixi) gregorius
us, xij. xij. appellatus eſt. ſtatim quod ante pontificatum
promiſerat ſe facturum ſcripto adhibitis etiã no-
tarijs & teſtibus cõfirmauit: ſuaq; manu ſcripta ra
bellionũ notauit. cum vero de eligẽdo loco quo
ſine diſcrimine vterq; venire poſſet mẽtio habe-
retur neque ea de re ſatis inter eos cõueniret: col-
luſores & fidefragi ab vtroque cardinalium con
uentu ſunt habiti: qui piſas hinc Roma hinc Aue-
Gregoriũ nione adnauigãtes vno cõſenſu gregoriũ & Be-
et Būdictũ nedictum dignitate põtificia priuarunt: cõſenti-
priuarũt. entibus in tam grauem ſentẽtiã oĩbus nationibus
pręter hiſpaniã citeriorẽ: regẽ Scotię: & comitem



armeniaci qui Bñdicto fauebãt. Inita deĩde cre-
andi noui põtificis ratiõe: qui bñ ac ſancte ſine vl
la ſeditiõe eccleſiã dei gubernaret: venere in hãc
ſententiã vt Alexãdrum. vᵘ crearẽt. Dum autem
gregorius abeſſet creandique Alexãdri ratio ha
beretur armis oĩa Romæ circũſonabãt. Ladiſlaus Ladiſlaus
enim rex occupata Hoſtia pedeſtribus naualibuſ- rex.
que copijs adeo romanos incurſionibus vexauit:
vt inita pace honorifice poſtea in vrbẽ receptus
tanquã dñs: & magiſtratus mutauerit: & portas
ac mœnia pro arbitrio animi ſui operibus & cu-
ſtodijs firmauerit. verum ſuperueniẽte Paulo vr
ſino eccleſiaſtico duce apud ſanctũ Iacobũ ĩ ſepti
miano accertime pugnatũ eſt multis vtriq; deſi-
deratis. In trãſtyberi nãq; rex ſuos tũ continebat:
arbitratus ſe illo ĩ loco tutiorẽ eſſe ob nauales co
pias quas hoſtia Romã ſubuexerat. Is vero dein-
ceps cedẽs potiꝰ q̃ fugiẽs vt ſine factiõi quę ĩ dies
magis magiſq; augebatur Neapolim proficiſcitᵉ.
Debilitata pręſertim factiõe ſua ob ſuperatos añ
ingreſſum ſuum colũnẽſes: Ioãne colũna: Baptiſta
Sabello, Iacobo vrſino, Nicolao colũna ducibus:
qui occupata ſancti Laurẽtij porta vrbẽ iã ingreſ
ſi erãt. Verũ ſupueniente Paulo vrſino ſuperati
(vt dixi) & capti magna ex parte fuerãt. Ex his ca
pitali ſupplicio duo affecti ſunt quorum alter ga
leotus Normanus eques inſignis: alter vero Ri-
cardus ſanguineus eſt habitus e familia nobili ac
vetuſta originẽ ducẽs. Reliqui vero ĩcolumes di-
miſſi fuerant hac tamẽ conditione ne amplius La
diſlai auſpiciis militarẽt. his autẽ perturbatiõibꝰ
adeo romæ annonę caritas inualuit vt menſura
tritici quã rubium vocant florentinis. xviij. ven- Floreni

decem & octo. dereter propter abacta pecora & ruſticos partim
captos partim necatos vt in bello fieri conſueuit.

## Alexander V.

ALexander. v. natione Cretenſis
petrus antea vocatus: ordinis mi
norum frater archieps Mediola
nenſis vir doctrina & ſctitate vi
tæ pręclarus oĩm Cardinaliũ cõ
ſenſu qui cum in cõcilio piſano
erãt põtifex creatur. hãc ob rem gregorius ĩ au
ſtri ciuitatẽ profectus quaſi ꝓfugus de cõcilio ge
nerali mentionẽ fecit. Verũ cum eo ĩ loco nequa
quã ſe tutum arbitraretur Ariminum profectus
a Karolo malateſta perbenigne & ſplendide eſt
habitus. Benedictus autem poſt habitum ĩ Perpi
niano conciliũ quo tutior eſſet: ad caſtellum Pa
niſcholæ locum munitiſſimũ cõfugit vbi diutius
immoratus eſt. Vterq; autẽ licet in Piſano cõcilio
exauctorati eſſent tãquã veri põtifices cardiales
crearunt: maxime vero gregorius qui dũ Lucæ
eſſet de cõſenſu cardinalium qui nõdum ab eo di
ſceſſerãt gabrielem cõdelmarium cardinalẽ cre
at: qui poſtea ĩ põtificẽ electus Eugenius. iiij. ap
pellatus eſt. Ad Alexãdrum redeo virum in o
mni vita & ætate pręſtãtem. Hic em̃ ab adoleſcẽ
tia ordinẽ minorũ ingreſſus adeo Pariſius libera
libus ſtudijs thæologicæq; diſciplinæ vacauit: vt
breui & publicã ſcholã habuerit: & in libros ſen
tentiarum docte & acutę ſcripſerit. Magnus quo
que Orator: magnus prædicator eſt habitus: hãc
ob rem a Ioãne galeatio duce mediolanenſi acci
tus primum locum in conſultationibus ſuis ha
buit. Creatur deinde rogatu galeatij vincentius



epiſcopus: poſtea Nauarienſis mutato loco: po
ſtremo pręſul Mediolanẽſis factus ab Innocentio
ſeptimo Cardinalis baſilicę. xij. apoſtolorũ creat.
quo quidem gradu pontificiã dignitatẽ adeptus
merito Alexãdri nomen cõſecutus eſt cũ & libe
ralitatẽ & magnitudine animi: cũ quouis optimo
pricipe cõferri poſſet. Adeo enim munificus erat
in pauperes & viros ſua benignitate dignos: vt
breui nil ſibi reliquerit. Vnde per iocum dicere
interdum ſolebat ſe diuitem epm̃ fuiſſe pauperẽ
cardinalem mẽdicũ põtificẽ. In eo em̃ defluit illa
habẽdi cupiditas quæ vna cũ re & ætate accreſcit
ſimul. Sed hoc vitiũ cadere ĩ viros bonos & rerũ
humanarũ contẽptores nõ poteſt: qui quo magis
cõſeneſcũt: eo minus viatici ĩdigere ſe cognoſcũt
& ob hãc rem cupiditates ſedãt refrenãt auaritiã
ac cæteras animi labes expellunt. Tãti prætera
animi Alexãder fuit vt Ladiſlaum regẽ tũ potẽ
tiſſimũ qui ditionẽ eccleſię põtificibus abſentibus
diu multũq; vexauerat: oppidaq; aliquot vi oc
cupauerat in cõcilio Piſano approbãtibus qui tũ
aderãt regno priuauerit iuſq; illud lodouico an
degauiæ: duci cõpetere declararit. Soluto aũt cõ
cilio Piſano põtifex Bononiã proficiſcitur: cui ci
uitati tum pręerat Baldeſar coſſa ſancti Euſtachij
Cardinalis quẽ Alexãder in legatione cõfirma
uit: q eius induſtria ac præſidijs Piſanum conſiliũ
habitum fuiſſet quodq; etiam vir erat qui per cõ
mode tyrannis rem eccleſiaſticã occupare co
nantibus obijci quouis tempore poſſet: in homine
tamen plus ferociæ pluſquã audaciæ & ſeculari
tatis (vt ita dicã) erat q̃ eius ꝓfeſſio reqrebat: mi
litaris prope habebat eius vita: militares mores

adeo vt multa etiā quę loqui fas non eſt ſibi lice-
re arbitrareť cū vero Alexāder grauiter ægrota
re cœpiſſet:noſſetq̧ mortē propere īſtare Cardi-
nales ad ſe venientes ad cōcordiā & pacē ad tuē-
dā eccleſiæ dignitatē adhortať. Teſtatus prętetea
eſt per eā mortē quā añ oculos ſe cōtinuo cernere
dicebat: nec reformidāte cōſciētia bñ actę vitæ
motus ſe exſtimare & credere quę ī cōcilio piſa-
no decreta fuiſſent recte atq̧ ītegre facta eſſe oīa
ſine dolo malo fraude ve. Cū hęc dixiſſet lachry
mātibus oībus qui aderāt illud ſaluatoris verbū
ægre proferēs pacē meā do vobis, pacē meā relin
quo vobis: ſtatim moritur pōtificatus ſui menſe
octauo. Sepeliturq̧ Bononiæ ī eccleſia fratrū mi-
norū. Laboratū eſt autē hoc anno fame ac peſte.

## Ioannes XXIIII.

Baldiſar coſſa.

IOannes. xxiiij. patria Neapolitanus
& nobilis baldiſar cognomēto coſ-
ſa antea vocatus Bononiæ omniū
cōſenſu pontifex creatur. ſunt autē
qui ſcribūt id factum violēter eſſe,
q̧ & legatus Bononienſis eſſet & armatos milites
tum in vrbe, tum in agris pro ſtatione habuerat
vt ſi precario id obtinere non poſſet minis & ar-
mis tandem conſequeretur. Vtcūq̧ eſt cōſtat eū
pontificem creatum fuiſſe ad eamq̧ dignitatem
ſemper aſpiraſſe. Nam cū adoleſcens eſſet ac Bo-
noniæ aliquot annis iuri ciuili operam dediſſet,
aſſumpto & nūc fit doctrinæ gradu Romam iter
inſtituit. Interrogatus autem ab amicis quo pro-
ficiſceretur ad pontificatum reſpondit. Romā ita-
que veniens a Bonifacio nono in cubiculum ſe-
cretum recipitur. Creatus deinde ſancti Euſtachij



cardinalis legatus e latere Bononiā mittitur quā
breui cōducto milite vna cū magna flāminię pte ī
ptātem eccľiæ redegit. Pulſis q̧quſdā tyrānis: aliȷ̄ſ
q̧ extremo ſupplicio affectis. Verū poſt nouē an
nos cū lōga pace ciuitatē bononienſem mirū īmo
dum auxiſſet grandēq̧ pecuniam ſibi cōparaſſet:
mortuo alexandro largitione vſus maxime vero
erga cardinales a Gregorio creatos pauperes ad-
huc pontifex creatur. Quo facto oratores ſtatī ad
electores īperij miſit eos oratum vt Sigiſmundū
Luciburgum vnguarię & boemię regē imperato
rem crearent virum ſtrenuū (vt ipe dicebat) & ad
oīa fortiter agenda prōptiſſimū. Hac eñ ratione
hominis gratiā aucupabatur. vbi vero hoc ei ex
ſnīa accidit: tū ī conuentu piſano conſtitutum eſſet
vt ad certum tp̄s concilium haberetť: ne alibi trāſ
ferretur celebraturū ſe Romę predixit: & quo li-
berius eo pficiſci omnibus liceret placare Italiam
conatus eſt maxime vero Ciſalpinam in qua bel-
lum in dies magis magiſq̧ creſcebat Fazino cane
diſcordias ſuſcitante qui mercennarios milites re
tinere ſine bello apud ſe nequaquā poterat. Eos. n
rapinis direptionibus vrbium paſcere conſueue
rat. Forte tum accidit vt Papienſes quos Philip-
pus ob tenellam adhuc ętatem retinere in officio
non poterat ſtudio partium concitati ad arma cō
currerent hinc Gibellini beccaria familia duce Fa
zinum cum exercitu in vrbē ītroduxere pacti for
tunas guelphorum. verū his cū armato milite in
greſſus neutri in diripendis fortunis pepcit. Que
rentibus aūt gibellinis ſua quoq̧ bona contra da-
tam fidē diripi rn̄dit ac egregie quidē Gibellīos
ſaluos fore eorum vero bona q̧ guelpha eſſēt mi

litibus ſe ī p̄dam conceſſurum deridēs vtriuſq; fa
ctionis ſtultitiam & cupiditatē. Inde vero abiens
relicto in portis & ī arce firmo p̄ſidio tutelam phi
lippi donec adoleuiſſet p̄ ſe ferēs contra pandul-
phum Malateſtam duces Brixianos & Bergoma
tes incurſionibus rapinis vexat nec a Cremonen
ſibus quidem abſtinuit: quibus tum Cabrinus Fa
dulus imperabat. Dum hæc autem in brixano a
gerentur vngariæ rex iturus (vt ip̄e p̄dicabat) Ro
mam libero itinere ad accipiendam imperij coro
nam .xij. milia equitū peditū octo ī venetos mit-
tens cap proprio impetu foriulio Taruiſium oppu-
gnat. Huic vero tanto exercitu veneti Karolum
malateſtā obiiciunt qui cōtando magiſq; dimicā
do exultantem victoria hoſtem remoraretur. Pa
rum etiā abfuit quin veneti eodē anno veronam
quorumdam proditione ciuiū amitterēt ad rapi-
nā magis quā libertatē ſpectantiū. De nocentib9
pœna ſūpta ac ſtatim ſedata ſunt omnia. Mortuo
autē eodē anno Fazino cane coniurati quidam Io
annem mariam Mediolani ducem interficientes
Bernabouis filios & nepotes in vrbem recipiunt.
Tum vero philippus perſuadentibus amicis bea
tricē viduā ob Fazini mortē ditiſſimam & cuius
auctoritate q ſub marito militauerant admodū
mouebantur duxit vxorē q̄ ex re & ciuitates om
nes que Fazino paruerant ſtatim in deditionē ac
cepit & carmignolam ſiccūq; Montagnanāque le
gionem mortuo Fazino per ſeditionem diuiſe-
rant in ſuam militiam perſuadente Beatrice per
traxit: quibus ducibus Philippus poſtea vſus A-
ſtorgium Bernabouis filium Mediolano pellens
in expugnatione Modoeciæ interfecit. Ageban-



tur hęc ī inſubria cum ioannes Franciſcus Gonza
ga Franciſci iam mortui filius cum ſatis iuſto equi
tum peditumq; numero Bononiam pręſidij cau-
ſa proficiſcitur mandato ioannis pontificis cuius
auſpicijs tum militabat. Nam malateſta Ariminē
ſis Ladiſlai regis mercenarius vrbem ipſam gra-
ui bello tum premebat. Is itaque adiuuātibus bo-
nonienſibus grauia aliquot pręlia cum hoſtibus
fecit: quibus ſuperior factus vrbem acerrime tu-
tatus eſt. Sequenti vero hieme Ioannes pontifex
a Ladiſlao bello vexatus Roma Florentiam atq;
inde Bononiam veniens haud ita multo poſt Mā
tuam proficiſcitur vbi ſplendide ac magnifce a
ioanne Franciſco Gonzaga ſuſceptus eſt. Quem ī
de abiens cum magna parte copiarum Laudam
pompeianam: quo venturū vngariæ regem ſcie-
bat ſecum ducit. Multum em̄ huic prīcipi fidebat
cuius fidem & integritatem Bononienſi bello op
time norat quamuis pollicitationibus & donis in
partes regias a malateſta ſolicitaretur. Cum ita-
que pontifex ac rex haud quaq̄; ſecuros Laudę ar
bitrarentur: Ioannem Franciſcum Mantuam quo
ſe velle ire dicebant ad parandos comeatus diſ-
ponendamque vrbem quam recipi commode tā
ta multitudo poſſet propere mittunt: q breui pa-
tis rebus oībus cremonam quo iam p̄uenisse pon
tificē ac regē intellexerat redijt. Hos autē inde Mā
tuam abducens pplō omni fere obuiā effuſo opi-
nionē omnium benignitate & gratia ſuperauit.
His vero conuentibus qui Laudæ Cremonæ Mā
tuæ ſunt habiti: depellendo ex Latio vmbria he-
truria Ladiſlao qui Romam et multa eccleſię op-
pida occupauerat eſt actum. Videbant. ij. Italiam

Ioānes ad concilium citatus

incendijs belloꝝ̃ aliter liberari non poſſe. De im
penſa bellica nō Mantuæ ſed Bononiæ cū̃ eo ve-
niſſent agendū̃ cenſuere. Verum maior eos cura
inceſſit ad conciliū̃: nāq; Ioannes omnium nationū̃
cōſenſu citatus ad tollendū̃ ſciſma: duos Cardi-
nales ſtatim in germaniam miſit: qui vna cū̃ prin
cipibus gallicæ & germanicę nationis locū̃ conci
lio idoneum deligerent Conſtantia Maguntinę ꝓ
uinciæ ciuitas ad id potiſſimum idonea eſt viſa: eo
itaq; ad certum diem ex inſtituto ꝓficiſcunt̃ om-
nes & ꝓficiſcitur & Ioannes pontifex admonenti
bus tn̄ quibuſdā ne id faceret: ꝙ vererētur ne cū̃
pontifex accederet priuatus reuerteretur quod
etiam contigit. Eo nāq; ꝓficiſcēs cū̃ viris quibuſ
dam ī omni genere doctrine p̄ſtantibus diu mul-
tumq; Germanos diſputationibus īcertos & ābi-
guos tenuit quod potiſſimū̃ decernerēt. Verū̃ ſu
ꝑueniēte Sigiſmūdo: factaq; oīb⁹ dicēdi quod libe
ret poteſtate multa crimina: & quidē grauiſſima
pōtifici obiecta ſunt: quoꝝ̃ cauſa mutato habitu
familiaq; cōſtantia clāculū̃ ſcaphuſę ſe cōdidit ve
ritus ne quid grauius ī ſe cōſuleret̃. Erat Scaphu-
ſa federici Auſtrię ducis ciuitas quo etiā plerique
cardinales a ſe creati fuga ꝑuenere. verū̃ is poſtea
concilij auctoritate reuocatis Ioannes ſcaphuſa fri
burgū̃ confugit iturus inde ſi tuto fieri poſſet ad
Burgundię ducē ſed curante concilio Ioannes ca
pitur & ī inſula ſcti Marci ꝓpe cōſtantiam in car-
cerē cōiicit̃ pōtificatus ſui anno. iiij. mēſe. x. Cām
fugę diſquirere cōciliū̃ tum cœpit certoſq; iudices
viros grauiſſimos & doctiſſimos delegit q̃ crimi
na Ioanni obiecta diſcuterēt eādēq; cōcilio ex or-
dine referrent. Ad. xl. capitula & eo amplius con

Scaphuſā aufugit



tra hominē ꝓbata ſunt quoꝝ̃ aliqua cū̃ in eo no-
mine īmutari poſſēt (adeo erant īueterata) contra
fidē iudicata ſunt aliqua vero xp̄ianis oībus ſi nō
dānarent̃ ſcādalū̃ paritura. Venientibus itaq; om-
nibus in eādē ſnīam Ioānes merito e pōtificatu de
iectus ſentētiam in ſe latā cōprobat. Quo facto ſta
tim ad Lodouicū̃ Bauarū̃ q̃ cū̃ Gregorio. xij. ſen-
tiebat cuſtodiēdus mittitur: donec aliud decerne
retur. In haldeberga caſtello munitiſſimo triēnio
ſine vllo cubiculario famulo ve italico diligenter
aſſeruatus eſt Theutonici erant cuſtodes oēs qui-
bus cū̃ ioannes nutu & ſignis loq̄bat: cū̃ nec ipe li
guam theutonicā nec illi viciſſ ī italicā ſcirēt. Ab-
rogatū̃ ioāni pōtificatū̃ ab his tm̄mō q̃ cū̃ eo an-
tea ſēſerant ferunt. Nōdū̃. n. q̃ cū̃ Gregorio & Bn̄
dicto ſentiebant cōuenerāt ij igr̄ vt abrogationē
a ſe factā veram & integram iudicarēt oēs Syno-
dicum decretum ꝓmulgarunt quo affirmabant
cōciliū̃ gn̄ale legitie cōgregatū̃ hr̄e ſtati a xp̄o po
teſtatē hoc q̃dē fū̃damēto cōceſſo ipm etiā ponti
ficē cōcilio ſubijciebāt quare grego. necēe fuit ſua
dente etiā imperatore Sigiſmundo v num aliquē
ad concilium mittere cū̃ ipe proficiſci recuſaret q̃
ſuo nomine concilij ſentētiam approbaret. Miſſus
itaq; karolus malateſta vir certe inſignis cum vi-
deret omēs in hāc ſnīam venire vt gregori⁹ quo
que pōtificatu ſe abdicaret: in publicū̃ ꝓdiēs ac ī
ſede Gregorij nō aliter extructa ac ſi ipſe adeſſet
collocatus plecta renunciandi facultate: Gregori
um pontificatu abdicat. quē ſtati cōuentus omnis
ꝓ tam libera abdicatione agri: piceni legatū̃ cre-
at. Is itaq; nō multo poſt recaneti moritur dolore
animi (vt aiunt) propter ſubitam abrogationem:

Ioannes ſē tentiam ī ſe latā cō probat

Gregoriū̃ pōtificatu abdicat.

*Reſtabat Bñdictus xiij. Sigiſmundus.*

ante conſtitutum tp̄s a Karolo factā. In longũ tā rē protrahi volebat ī mora ſpē aliquā ponēs. Mortuus igitur añ Martini pontificatũ in Recanetenſi eccl'ie ſepelitur. ſublatis duobus pontificibus tertius ī quo abrogando maior difficultas incrat: reſtabat Petr⁹ luna Bñdictus. xiij (vt antea dixi) vocatus. Vt aũt is etiā nolens abdicare ſe magiſtratu cogeret: Sigiſmundus īperator vna cũ Oratoribus concilij ad Franciæ & Anglie reges puenit: eoſq; adhortatus eſt vt p̄ ſalute xp̄iani nois iam obſcīma piclitantis in abrogādo Bñdicto ſublatis alijs duobus eius ſequeretur ſnīam. grato autē rñſo accepto īde Narbonā p̄perat ad ferdinādũ Aagonũ regē: cuius pp̄li magna ex parte Benedicto obtemperabant quo cum inter alia capitula hoc pactus eſt vt Bñdictum rōnibus moueret ea facere que Gregorius & Ioannes in concilio conſtantię legiſſet. Id vero ſi facere recuſaret populos cogeret ab eo ad concilium conſtantienſe deficere. Bñdictus aũt in caſtello Paniſcholę loco munitiſſimo ſe cōtinens moueri pſuaſionibus e ſnia ſua non poterat q̄ diceret & ſe verum xp̄i vicariũ eſſe & Conſtantiam non eſſe locum libertati eccleſiaſticę conuenientē cum ioannes. xxiij. ab his etiā abdicare ſe pontificatu coactus fuerat qui partes ſuas antea ſequebantur. Tum vero principes hiſpanię cernentes pertinaciam. Bñdicti concilij opinionem ſecuti in reliquorum ſententiam venere. Gerebantur res in concilio quinq; nationũ ſuffragijs Italica. Galica: Germaīca: Hiſpanica & Anglica. Quicquid vero harum nationum ſuffragijs decernebatur id ita ratum erat atque per pręconem aut per notarium publicum pro curia enũciabāt:



*Bñdictus tandē priuatur.*

ſi oim cōſenſu: poſtea cōfirmatum fuiſſet qua quidem auctoritate Benedictus diſcuſſa aliquandiu re pontificatu tandem priuatur. abſentibus reiectiſq; nationibus quę cum eo ſentiebant maxime vero Scotis & comite Armeniaci. In eodem quoq; concilio condemnata eſt ioannis vigilis hęreſis & duo ex ſectatoribus eius cōbuſti ſunt ioannes hus & Hieronymus eius diſcipulus tanquan hęreſiarchę q̄ iter ceteros errores dicerent eccleſiaſticos ad imitationem chriſti pauperes eſſe debere cum ex tanta rerum copia et luxu populi omnes ſcandalizarentur. Rebus autem hoc modo compoſitis cum deſtituenda eccleſia emendandiſque moribus Clericorum mentio haberetur: fieri id non poſſe exiſtimatum vacante ſede. Vnde de eligendo nouo pontifice ſermo eſt habitus: quo decreta concilij maiorem deīceps auctoritatem haberēt. Cũ igitur hac de re verbum haberet[illegible]. Placuit ex vnaquaq; natione viros ſex deligi & quidem p̄batos qui vna cum Cardinalibus conclaue ingreſſi pontificem deligerent. Anno igitur milleſimo cccc xvij. vi. Idus Nouēbris cōclaue īgreſſi cōſentientibus Cardinalibus duobus & triginta: nationibuſq; omnibus p̄ter oīm ſpem & opinionē cũ iā quadriennio vero pontifice caruiſſet eccleſia mītiq; ſciſmatici tum intereſſent iij. Idus Nouembris in celebritate beati Martini hora tertia Oddo columna Romanus princeps ſancti Gregorij ad velus aureum diaconus cardinalis pontifex creatur. tanta omnium lætitia: vt p̄ gaudio loqui vix homines poſſent. Effuſus nimio gaudio īperator nullo habito dignitatis ſuę diſcrimīe cōclaue īgreſſ⁹: & gratias omibus egit qui tm̄ virũ & tā neceſſariũ

reip. xp̃ianę ꝓpe extinctę delegiſſent & ante pon-
tificẽ proſtratus cum ſumma veneratione eius pe-
des exoſculatus eſt. quẽ contra põtifex amplexus
non ſecus ac fratrẽ in p̃cio habuit eiq́ꝫ gratias egit
ꝙ ſua opera & ĩduſtria pax tandẽ eccleſię dei red-
dita eſſet. Vocari aũt Martin9 voluit ꝙ ea electio
in Martini celebritate habita fuiſſet. Interim vero
dum hęc Conſtantiæ agerentur mortuo etiã La-
diſlao cõtra Florẽtinos ꝓficiſcente Romæ ad ar-
ma & libertatẽ conclamatum eſt: cogitur a popu-
lo Petrus Matheus etiam nolens gubernacula re-
ip. ſuſcipere qui poſtea magiſtratu ſe abdicauit:
cum intellexiſſet legatum a ioanne pontifice iam
antea deſignatum paulo poſt affuturum cum Se-
natore ciue Bononienſi: Qui vrbẽ ingreſſi & pau-
lum palonium & ioannẽ Cicium ſeditioſos ciues
capitali ſupplicio affecere. Sequẽti vero anno Bra-
chius Montonius Romam cũ exercitu veniens vr-
be potitus opugnare arcem ſancti Angeli ador-
tus eſt q̃ firmo ioannę reginę p̃ſidio defendebat:
Nam ioanna Ladiſlao fratri ĩ regnum ſucceſſerat
verũ ſupueniẽte Sfortia militum reginę duce nõ
ſolum brachium ab oppugnãnda arce dimouit:
ſed etiam hoĩem pugnantẽ cõtinuo ad vrbe ex-
pulit Romanis in neutram ptem inclinantibus. In
ea pugna occiditur ioannes colũna a milite quio-
lim cum paulo vrſino militauerat quem Lodoui-
cus colũna cum brachio militans in agro Fulgina-
ti interfecerat. Erat autem militi in animo Lodo-
uicum obtruncare vlciſcendę pauli necis cã. Sed
ioannes Lodouicum defenſurus innocens mori-
tur. Dum aũt Roma hoc modo fluctuaret ĩ varias
partes declinans creato Martino aliquam exopta-



tæ quietis tandem concepit.

Martinus V.

MArtinus. v. patria Romanus Oddo co-
gnomento columna prius vocatus non
magis ſuo q̃ꝫ eccleſię iã labẽtis ſpe põti-
fex in cõcilio creatur: nationum omnium & car-
dinalium cõſenſu. Is enim a teneris annis cura pa-
rentum moribus & literis imbutus vbi adoleuiſ-
ſet iuri põtificio Peruſij operam dedit: vnde ad
vrbem rediens ob integritatem & doctrinam vr-
bani. vi. Referendarius factus eſt: quod munus tã-
ta cum humanitate iuſtitia & manſuetudine geſ-
ſit: vt diaconus Cardinalis ab Innocẽtio. vij. crea-
tus ſit. Nec ob eã quidem rem a natura ſua diſceſ-
ſit. Humanior enim q̃ꝫ antea factus patrocinium
ſuum omnibus pręſtabat ita tñ vt in rebus pu-
blicis nõ multum ſe ĩmiſceret. nam cum ĩ cõuen-
tu cõſtanciẽſi multæ ĩ vtrãq́ꝫ partem altercatiões
haberentur propter diuerſa factionum ſtudia ipſe
medium quoddam tenuit quod in alterutrã par-
tem inclinare nullo modo videbatur cõi vtilitati
ſemper cõſulẽs. Hanc ob rem & imperatori & car-
dinalibus ac deniq́ꝫ oĩbus gratus põtifex creatur.
quo in magiſtratu nõ ſomno & ocio ſed negotio
& ſolicitudini deditus audire refellere approba-
re ſuadere diſſuadere hortari deterrere acceden-
tes ad ſedẽ apoſtolicã cõſueuerat cognita peten-
tum honeſtate vel ſecus. mira enĩ vtebať facilita-
te & honeſta petẽtes ea ſe voti cõpotes dimitte-
bat in cõſultatiõibus autẽ mirę prudentię vir eſt
habitus. Nã & ꝙ agẽdum & ꝙ vitãdum eſſet ſta-
tim re ꝓpoſita acutiſſime dijudicabat. Breuis in
dicẽdo cautior ĩ agẽdo a deo vt prius rẽ factam

cernerēt hoīes ꝙ ab eo excogitatam putarēt eius autē ſermo plenus ſentētijs erat: ex ore eius nullū verbū tā crebro ꝙ̄ iuſtitiæ nomen prodibat. Ad ſuos pſæpe cōuerſus maxime ad eos qui ꝓuincias & ciuitates gubernabāt His verbis vtebatur. Dirigite iuſtitiā q iudicatis terrā. Indigebat tū ꝓfecto tali pontifice eccleſia dei: qui nauiculā Petri ſciſmatis & ſeditionū omniū fluctibus quaſſam redigere ī portū ſalutis gubernaculo admotus ſciret & poſſet. Adeptus itaq; tm̄ magiſtratū cū reſtare adhuc caput renaſcētis hydræ cerneret: Bn̄dictū lunā cū aliquot Cardīalibus & prelatis peninſulæ tāquā ī arce ſciſmatis ſe cōtinentē: quibuſdā Aragoniæ populis ī vtrāq; partē īclinarēt adhuc titubātibus approbāte cōcilio Alamānū Ademarium virū doctiſſimū & cuius ſepulchrū in ſancta maria noua adhuc cernimus patria Florētinum ſancti Euſebij presbyterū Cardīalē legatum e latere ſuo in Aragoniā mittit: qui ſub pœnis & cenſura eccleſiaſtica petrū admoneret vt ſe pōtificatu abdicaret. Cardīales autē qui cū petro ſentiebāt intelligētes vltimā cōcilij & pōtificis ſententiā: petrū ipſum adeunt rogātq; vt de eccleſia dei tandē omne ſciſma tollat quo iā multis anis xp̄iana reſpub. magnis calamitatibus afflictata erat. Id autē ob ſalutē labētis eccleſiæ a gregorio & Ioanne factū eſſe. Reſpōdet Petrus cauillationibus quibuſdā id ſibi nequaquā ītegrū eſſe: ſibi autem cū Martino couēturum: ſi vera eſſent quæ de hominis ītegritate & humanitate dicerent. Sinerēt ſibi id negocij nec ea de re amplius ſoliciti eſſent. Ex quatuor vero Cardinalibus duo pertinaciā hominis īſpiciētes: ab eo ad Martinū ſtatī defecere.



Qui autem ī fide māſere Anticardinales ſunt habiti: quorū alter Carthuſienſis fuit, alter vero Iulianus dobla appellatus eſt. Martini quoq; auctoritate hiſpania oīs ſtatī ſecuta eſt. Idē fecere nō multo poſt & Scoti & Armeniaci atq; ita omnis reſpub. xp̄iana vna dūtaxat Peninſula excepta Martini auctoritatē ſecuta eſt. Cōpoſita autem ex ſentētia tāta re principū omniū eccleſiaſticorū & ſecularīū maxime vero Sigiſmundi imperatoris labore & īduſtria: de cōponēdis moribus nimia licētia iā labefactatis tam laicorum ꝙ clericorum mētio haberi cœpta eſt. Verū qr quadriēnio Cōſtantienſe cōciliū iā durauerat cum magno prælatorum & eccleſiarū incōmodo Martino placuit approbāte cōcilio rem tātā in aliud tp̄s magis idoneū trāſferre. Dicebat em̄ rē ipſam maturitate & cōſilio indigere: quia ex hieronymi ſententia vnaquęq; prouincia ſuos habet mores, ſuos ſenſus qui tolli ſine perturbatione rerum ſubito non poſſunt. Verū quia ſciſma ex ꝑua re ātea ortum fuerat: diutiuſq; cū magna calamitate xp̄ianæ reipu. durauerat: de celebrādis concilijs talem ſententiā promulgauit maxime vero vbi intellexit Ioanē xxiij. e cuſtodia lapſum aufugiſſe. Verebatur enim ne rurſum aliud conciliū inchoaretur. Eius autē ſentētia & decretū tale fuit: vt a fine cōcilij Conſtātienſis nō niſi ad quinquenniū vſq; cōciliū denuo celebraretur: vtq; a quīquenali ī ſeptēniū aliud trāſferretur: Ab hoc vero in decēniū res protracta legis haberet locū vt ſingulis quibuſq; decennijs generale cōcilium idoneo haberetur in loco: vbi de rebus oībus ad fidem & rempub. xp̄ianā pertinentibus mentio fieret. Ad hanc autem

Cōcilium quotānis celebrandum ſit.

inſtitutionem approbãdã patentibus literis quas bullas vocant cõprobari Martinus rem voluit in eius ſententiam cõcilio veniente. Oĩa autem decreta ante põtificatum ſuum in ſciſmate facta niſi ad fidem & bonos mores pertinerent omnino ſuſtulit. vt vero omnes intelligerent ſibi in animo eſſe cõcilium habere: locum ad id aptum publico cõcilio diſquirit, ac tandem approbãtibus omnibus Papiam ꝙ idoneũ habendi cõcilij locum decernit: literaſq; apoſtolicas in hanc fere ſententiã ſuper ea re edidit: Martinus eps ſeruus ſeruorum dei ad futuram rei memoriam. Cupientes ac etiã volentes huiuſce generalis cõcilij decreto ſatiſfacere cõcilio approbante & cõſentiente cum de loco ambigeretur vrbem papiam auctoritate noſtrarum literarum deſignamus: Nulli ergo hominum liceat huius noſtri decreti paginam infringere. Si quis autẽ hoc attentare pręſumpſerit omnipotentis dei irã beatorumq; Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noſcat incurſurum. Datum & actum cõſtantiæ in loco publicę ſeſſionis tanti concilij. xiij. kalend. maij põtificatus noſtri anno primo pręterea vero diſſoluẽdi cõcilij cupidus anno dñi. M. cccc. xviij. conuentum habuit publica ſeſſione quo ſublato cõſenſu omniũ maxime vero imperatoris Hęc verba mandante põtifice ab Ibaldo ſancti viri in macello diacono Cardinali audientibus omnibus enunciata ſunt. Deminiite in pace. Abeũdi itaq; oĩbus poteſtas facta eſt. Cũ autẽ põtifex hinc ab imperatore & Germanis rogaretur: vt ĩ germania aliquãdiu remaneret: hinc a principibus gallicis vt in galliam proficiſceretur oſtendit ſibi id nequaquã integrum eſſe: ꝙ diceret patrimoniũ eccleſiæ abſente põtifice a tyrannis quibuſdam in Italia occupatum diſtrahi & lacerari: vrbemq; romã religionis xpianę caput cũ rectore ſuo careret, pene ad interitum redactum eſſe peſte fame ferro igne ſeditionibus: de Baſilicis vero ac ſanctorum martyrum ſacellis nolle dicere quæ abſente põtifice aut iam corruerant aut paulo poſt collapſuræ viderẽtur: proĩde ſibi abeundũ eſſe dicebat: Ferrẽt æquo animo quod vellent ratio neceſſitas, paterenturq; eum ſedere in ſolio petri quem põtificem omnium cõſenſu decreuerant: Eccleſiam Romanam caput eſſe & matrem omnium eccleſiarum proinde in ea immorandum põtifici eſſe ne verus gubernator a puppi ad proram transferatur: cum magno nauigantium hoc eſt in chriſtiana repub. viuentium periculo & detrimẽto. Abiens itaq; Cõſtantia ac per ſabaudiam iter faciens dum Italiam petit Mediolanum peruenit: vbi a philippo duce populoque Mediolanenſi nullo nõ genere honoris adhibito perbenigne ſuſcipitur. Erat tum quidẽ Philippus in armis ditionem paternam repetens defendentibus ſe acriter tyrannis qui guſtata ſemel imperandi voluptate non ita facile de poſſeſſione pellebantur. Vrgebat tum Carmignola primus Philippi copiarum dux Pandulphũ Malateſtam: qui capto Bergomo prodente arcem præfecto pecunia & pollicitationibus corrupto ĩ Brixianos mouens eum omnido minatu breui ſpoliaſſet niſi a Venetis ingenti pecunia ac firmiſſimo equitatu eſſet adiutus: & a Martino pontifice qui auctoritate & gratia philippũ ad pacem cum Pandulpho malateſta in eundem perpulit: quæ poſtea Mãtuæ

Martino eo accedente Ioāne Franciſco ſequeſtro adhibito his legibus cōpoſita eſt: vt Pādulphus perſoluto quotannis tributo tandiu Brixia potiretur quoad ei viuere liceret: nulla inteſtando de ciuitate quę merito ad Philippum deuolueretur relicta poteſtate. Hanc vero pacē ſequenti ãno pandulphus diſturbauit annixus pecuniis & milite retinere Cabrinum Fundulum ī vrbe cremona quē armis Philippus continuo vexabat: ciuitatē paternę ditionis tot annis a tyranno poſſeſſam repetens. Erat tñ fama Pandulphum vrbem ipſam a cabrino emiſſe: Salodii riperiam (ita ripā Benacii vocāt) in precium pollicitus. Ab hoc autem bello Ioannes franciſcus deterrere hominem ob affinitatem conatus eſt miſſis legatis qui eum admonerent cōtra ius faſq; agere: ꝙ fœdera ſperneret: ꝙ tyrannum tutaretur ꝙ cōtra eum arma ſumeret a quo dominatu Brixiano donatus fuerat. Non eſſe contemnendam auctoritatē Martini de ſua nolle ducere cuius auctoritate pax erat compoſita. Si hominum auctoritatem contemneret deum ſaltem inſpiceret: quem teſtē ab eo violati fœderis dum pax fieret inuocauerant. Abiēs autem Mantua pōtifex quarto poſt acceſſum mēſe Ferraria ac per Flāminiam iter faciens Florentiā ꝓuenit vitata de īduſtria Bononia. quæ poſtea q̄ intellexerat Baldeſarem coſſam coactum eſſe abdicare ſe pontificatu pulſis eccleſiæ magiſtratibus in libertatem ſe vindicauerat. Inſtat tū acriter Carmignola iubēte philippo qui ſuo iure ducere exercitum in pandulphum poſſet: atq; breui capta magna Brixiani agri parte ad mōtem clarū caſtra locat: cū Ludouico Meliorato innocen-



tii ſeptimi nepote certaturus qui aduentare cum magno equitatu ī auxilium pādulphi dicebatur. affines namq; erant: & id Lodouicus neceſſitudini tribuebat. Cōſerto itaq; pręlio ac lodouico turpit fugato Carmignola haud ita multo poſt brixiā in poteſtatē philippi redigit, potitur & breui Cremona philippus. ac Cabrinū tyrānum ad Caſtellionem captum capitali ſupplicio afficit. Hoc tāto philippi ſucceſſu Nicolaus Eſtēſis motus ſpōte facturus id ad quod armis cogi potuiſſet Mediolanum profectus parmam quam mortuo Ottone tertio occupauerat philippo reddidit: retento Regio Martini pōtificis rogatu Feudi nomine. profectus & eo Ioannes frāciſcus Mantuanus princeps philippo gratulatum pro re bene geſta cum minus comi fronte inſpiceretur cūq; intelligeret philippo ī animo eſſe quicquid de cremonēſibus & brixianis teneret iure ſuo repetere ꝓpere Mediolano abiēs: venetorū deiceps & florētinorū amicitiā ac ſocietatē ſecutus eſt. Ii em̄ duo populi ſibi timētes vnū quēq; in ꝑtes ſuas blādiciis & pollicitatiōibus alliciebāt: ꝙ philippus regnādi cupidus ruptis legib⁹ initi fœderis & vltra Macrā ſarzanā oppidū lunēſis agri Thomæ Fregoſio dediſſet: quem e pricipatu vi & armis deiecerat. ne cū genuenſibus exulibus quicquā aduerſus ſe moliretur. & Bononienſes Florentini populi ſocios ad defectionē cōcitaſſet: eorūq; milites ſtipēdio cōduxiſſet: & forūliuii nūc hoc rebaldi pueri tenellā ætatē: nūc ob ferrarienſis pricipis gratiā (vt crebro dicebat) occupaſſet: cū fœderibus cautū eſſet: ne philippus Bononiā & flāminiā armis attingeret. verebātur item ne triū ſimul potētiſſimorū prin-

cipum Philippi Martini pontificis Alouiſij regis: quos ſocietatē iniſſe cōſtabat vi & armis oīa occuparentur. Cum cōtra Philippus oīm malorum crimina in Venetos & Florentinos reijceret. qui veneti retinere pādulphum in dñatu Brixiano ſint annixi: ꝙꝗ Florētini: & Genuenſes quoſdam hoſtes ſuos comeatu pecunia iuuiſſent: ꝙ Liburnum ditionis genuēſis quā tum in poteſtatē ſuam redegerat cētum milibus numis aureis emiſſent ſatis tum quidem ad cōcitādum bellum hęc diſcordiarū ſemina videri poterāt. ſed nihil eſt qđ æque Venetorū aīos ab bellū impulerit: quā auctoritas frācīſci Carmignolę viri bellica laude iſignis atqꝫ ea ętate clariſſimi: qui (vt ipe dicere ſolebat) ægreferēs Philippi īſolētiā ad venetos cū cōfugerat: eoſqꝫ ad bellū animauerat operā ſuam in ea re pollicitus. Quare ij duo populi aſcito ī ſocietatē belli pricipe Mātuano & Ferrariēſi: partitaqꝫ bellica īpēſa cū exercitu equitū duodeci peditū octo milibus cui Carmignola pręficitur cūqꝫ fluuiali & maritima claſſe philippū eodē tpe multis a lateribus oppugnare adorti. a guelphis Brixianis qui Philippo aduerſabātur ī vrbē vocanť: qua quidē ex parte occupata veneti tādē ſeptem mēſiū oppugnatione totā deniqꝫ ī ptātē ſuā redegere. Ducēte deīde Carmignola ad capiēda Brixianorū caſtella: Martinus pōtifex philippi ducis calamitate motus Cardinalē ſanctę crucis ad venetos mittit qui pacē īter philippū & Venetos cōponeret: qua īfecta ꝙ veneti & Florentini iniqua poſtulare viderētur: rurſum magnis viribus bellū vtrīqꝫ parari cœptū eſt. Pugnatū eſt ter eo āno collatis ſignis ad Gotolēgū Brixianorum caſtel-



lum ad ſummum Cremonenſem vicum qbus in locis ęquo marte vtrīqꝫ diſceſſū eſt. ad Machlodiū tertia pugna eſt habita: quo ī p̄lio ſupanť philippi copiæ capiturqꝫ Karolus Malateſta totius exercitus dux. Cōſtat aūt hāc tantā fuiſſe cladē: vt ſi milites captos retinere Carmignola voluiſſet: ſigna ꝙ ocius ꝑterritis inferre eijcere pricipatu philippū cōſternatū tanto accepto incōmodo haud magno negocio potuiſſe. Captus (vt dixi) eo p̄lio Karolus a Mantuano principe ob affinitatē īcolumis dimittitur. Interim vero dum Carmignola ad oppugnanda Brixianorum oppida quæ ī philippi fide ꝑmanſerant copias ducit: eidem philippo reſpirandi ſpacium dat. Nā & pacē cū Amedeo Sabaudiæ duce a quo bello p̄mebať datis ob id vercellis cōponit: & Sigiſmundum ac Brunorū Scalam in venetos concitat. Martinus aūt pōtifex philippi rē in maximo diſcrimine vidēs cardinalē ſāctę crucis ſecundo ad cōponendam inter Philiplippum & Venetos pacē mittit: qui Ferrariæ ſubſiſtens eo ꝓficiſcētibus cum mandatis principum ac ciuitatū Legatis ita pacem cōpoſuit: vt Brixiā veneti & oppida Brixianorum Cremonenſiū veque āte a ceperāt retinerēt. ꝑterea vt philippꝰ bergomum Bergomatēve agrū Venetis ex fœdere dederet: hac conditione ne ſocios Venetorū Florentinorūqꝫ bello laceſſeret: aut ad defectionem concitaret. Approbauit hanc pacem Martinus veritus ne Philippus oīno ducatu pelleret. Hoī enim amiciſſimo: cū ob religionē auxilio eſſe non poterat tum vel maxime ꝙ ſuperioribus annis ærarium pontificiū exhauſtum omnino fuerat: eo bello quod contra brachium geſſerat. Nam eo tempo-

re quo florentiam profectus eſt offendit Brachi-um Montonium virum in re militari preſtantem Peruſiam ducatum Spoletinum & magnam patrimonij partem ita occupaſſe conductis mercede quibuſdam tyrannis circumquaque poſitis vt ipſe tuto proficiſci Romã non poſſet. Cum vero admonitus Brachius redire ad ſanitatem nollet: armis ſpiritualibus hoc eſt cenſuris primo in eum pontifex vſus eſt: iterdictum enim a ſacris his omnibus eſt qui Brachio parerent: Vetitique Sacerdotes decreto põtificis eiſdem in locis celebrare. Hanc ob rem Florentini moti amici Brachij icõmodo de pace cum Martino agunt hac conditione vt Brachius ad pedes martini prouolutus veniam peteret quod etiã fecit. oppidaque aliquot eccleſiæ redderet. Vtque etiã ſtipendijs pontificis militãs Bononiã rebellem in Martini poteſtatem redigeret. Cuiquidem bello Gabrel condelmerius tituli ſancti Clementis præſbyter Cardinalis & legatus præfuit: cuius induſtria & Brachij virtute Bononia in poteſtatem eccleſiæ breui redacta eſt. Interimvero Dum hęc bononiæ agerentur Quatuor illi cardinales qui olim cum Petro luna adulternio põtifice ſenſerant. Florentiam ad martinum venientes: cum magno & honorificentiſſimo comitatu publico cõſiſtorio ſuſcepti dignitatum ſuarum titulos retinuere: tres em dyaconi Cardinales erant. Quartus vero q antea canonicus regularis fuerat pſbyter Cardinalis eſt habitus Dum autem Baldeſar Coſſa adhuc ĩ vinculis apud Heldeberg ĩ Germania comite palatino detineret: quidã Florentini ciues quorũ de numero Coſmus habit⁹ eſt rogare põtificẽ Martinũ

Cardinales petri lunę ĩ gratiam recipiuntur.



omnino nõ deſiſtebãt: vt tandẽ e carcere Baldeſarem liberaret. facturum ſe id pontifex pollicitus eſt. Verum dnm eo legatum ob eam rem mittit: Baldeſar morę impatiens trigĩta millibus numũ aureorum Palatino comiti perſolutis ſe e vinculis redimens in Italiam veniens vt recta florentiam proficiſceretur apud Petrum rubeũ agri parmenſis Baronem veterem amicum diuertens parari ſibi inſidias intelligit. Hanc ob rem noctu cũ legato pontificis qui eum in via conuenerat ad Thomã fregoſum veterem amicum cõfugiẽs magnam iniecit omnibus ſuſpitionẽ ne rurſum ſciſma innouaretur. Erat enim vir magni animi ſagaciſſimique ingenij: & qui priuatam vitam nequaquam pateretur. Non deerant preterea qui hominis audaciam ad res nouas moliendas concitarent adeo tum rebus nouis ſtudebatur. Sed deus omnipotens eccleſiæ ſue conſulturus baldeſarem impulit nullis pactionibus interpoſitis nulla requiſita cautione florẽtiam ad martinum proficiſci quo cum veniſſet admirantibus omnibus ex oſculato pontificis pede eundem audientibus omnibus omnibus vt verum pontificem & chriſti vicarium canonice electum ſalutauit. Mira pfecto hec res omnibus viſa eſt & dei potius quã hoĩm ĩduſtria eo deducta: q homo regnandi cupidus in ſummo rerum faſtigio ante collocatus ĩ loco libero vbi pluximum ab omnibus diligebatur amabaturque tanta vteretur manſuetudine. Quę certe omnibus pre gaudio lachrymas excuſſit: maxĩe vero his cardinalib⁹ q eũ prius vt põtificẽ ſecuti fuerãt. Martinus aũt viciſſitudĩe rerũ humanarũ motus poſt aliquot dies hoĩem innumerum cardinalium aſci-

Pontificẽ ſalutat baldeſar.

ſcens epm tuſculanum creat:atq; deinceps eo habuit in honore quo reliquos Cardinales tam publice q̃ priuatim. Verum baldeſar dolore animi vt putatur (ferre enim vitam priuatam non poterat) aliquot poſt menſes Florentię moritur: ſepeliturq; honorificentiſſimo ſepulchro ĩ tẽplo ſãcti io annis non longe ab eccleſia cathedrali magna adhibita funeris pompa eam rẽ Coſmo medice ꝓcurante: quẽ homines exiſtimant pecunia Baldeſaris opes ſuas ĩtm̃ auxiſſe vt & primarius apud florẽtinos ciues & ditiſſimus omnium apud Italos ac fortaſſe apud exteras quoq; nationes deinceps ſit habitus. Sepulchro hominis hęc verba fere inſcripta ſunt Baldeſaris coſſę ioannis.xxiij. quondam papæ corpus hoc tumulo conditũ: Interim vero dum hec Florentię agerentur oratores imperatoris Cõſtantinopolitani ad pontificem venere pollicentes gręcos quo ad fidẽ ptineret velle ĩ ſniam latinorum venire ſi ęquę cõditiones ꝓponerẽtur: hos & perbenigne ac ſplendide põtifex ſuſcepit & legatum e latere creauit Petrum fonte ſiccum ſãcti Angeli Cardinalẽ hominẽ hiſpanũ in quauis facultate doctum qui conſtantinopolim ad res cõponendas proficiſceretur. Verum prius q̃ virum integerrimum a ſe dimitteret eo pręmiſit fratrẽ Antonium Maſſanũ ordinis minorũ generalẽ gubernatorẽ q ĩperatoris ac grępcorũ explorata ſñia quid ea in re poſtea ſperandum eſſet pontificẽ admoneret. Inſtantibus aũt Romanis vt demum põtifex Romam proficiſceretur, Martinus cum bona Florentinorum gratia diſceſſurus ciuitatẽ honore metropolitico exornauit. Nam cum ãtea ab ipſa pene vrbis origine epatum tm̃ modo habuiſſet ĩ archiepatũ eorũ cathedralẽ eccleſiã trãſtulit: eiq; ſubiecit: vt matri Volaterranã. Piſtorienſem Feſulanã eccleſiam. Dedicauit ꝑterea ipſemet maius altare ſanctę Marię nouellę ordinis ꝓdicatorũ apud quã baſilicam iandiu diuertit q̃diu Florentiæ fuit. eſt.n. cõuentus ille ad recipiẽdos pontifices ꝑmaxime cõmodus. Abiens itaq; Florẽtia Romam tandẽ ꝑuenit effuſa obuiam oĩ vrbana multitudine effuſis principibus tantæ vrbis q hoiem nõ ſecus ac quoddam ſalutare ſidus vel vnicũ patriæ penitẽ expectabant. Diẽ illum ĩ Faſtis anotauere Romani.x.Kal.octobris. Anno dñi.M.cccc.xxi. Vrbẽ Romã adeo diruptã & vaſtatã ĩuenit: vt nulla ciuitatis facies in ea videretur. collabentes vidiſſes domos Collapſa templa. Deſertos vicos cœnoſam & oblitam vrbẽ laborantẽ rerũ omniũ caritate & inopia Quid plura: nulla vrbis facies: nullum vrbanitatis indicium in ea videbatur. Dixiſſes oẽs ciues aut inquilinos eſſe aut ex extrema omnium hominum fęce eo cõmigraſſe: ciuiũ itaq; ſuorum calamitate ꝑmotus pontifex optim9 animum ad exornãdã ciuitatẽ cõponendoſq; ciuiũ mores ita adiecit: vt breui cõualeſcẽs meliorẽ faciẽ pſe tulerit. Hanc ob rẽ ciuitas ipa eũ nõ mõ ſũmũ põtificẽ verumetiam patrię parentẽ appellauit. Sed ne tã publica lętitia diuturna eſſet ſine aliquã moleſtia ſequenti anno mẽſe nouẽbri in vigilia beati Andreæ adeo in immẽſum tyberis creuit vt per portam Flãminiã ingreſſus totam ĩ planoſitam inũdauerit tẽpluq; panteon vſq; ad altare maius repleuerit. Decreſcẽs aũt biduo poſt mlta animalia paſſim ſecum traxit: multaq; ciuibus damna intulit: qui non ſecus per vicos nauigabãt

Mors baldeſaris

De Coſma medice.

Epitaphium baldeſaris.

Florentia metropolis efficit.

Patrię parens Martinus appellatur.

Tyberis ĩundatio.

ac p̄ alueū tyberis facere conſueuerunt. Alouiſi9
aūt rex Lodouici regis filius eodē fere tēpore Ro
mam ad pontificem veniens regni Neapolitani
titulum a Martino conſecutus eſt cardinalium om
nium conſenſu. In regnum namq; per adoptionē
a regina Ioanna Ladiſlai ſorore vocatus ſine vllo
marte hoc modo conſecuturum ſe regnum puta-
bat, verum ſtudio partium ab vrbe Neapoli ſub
motus in calabriam ſeceſſit. Cum autem concilij
tempus inſtaret: vt ex decreto conſtantienſi inſti-
tutum erat: martino placuit ſentientibus ita etiam
Cardinalibus omnibus permittere quoſdam pre
latos qui Papiæ illud inchoarent. Is enim locus ad

Concilij i choatio.

eam rem omnibus permaxime commodus vi-
debatur. Miſſi itaq; eo ſtatim Petrus donatus ar-
chieps̄ cretenſis: Iacobus camplo epiſcopus Spole
tinus: petrus roſatius Aqleieſis dioceſis abbas fra
ter Leonardus Florentinus fratrum p̄dicatorum
gn̄alis concilium ichoarunt: Ad quod nemo qui
dem adhuc venerat p̄ter duos abbates Burgun-
dos. Differre itaq; rē i aliquot dies placuit donec
ex oī natione vnus aliquis ſupueniret ex Gallica
em̄ & germana natione nondū quis venerat. Par
ui nāq; momēti fore putabāt quod ſine iſtorū au-
ctoritate & ſuffragijs eſſet inchoatū. Sed ecce dū
hos expectāt tāta repēte peſtis Papiā iuaſit vt p̄ſi
dētes cōcilij mutare locum & tēpus ſint coacti. pla
cuit itaq; oīb9 ex ſnīa pōtificis Senas migrare quo
maior ex omni natione multitudo q̄ Papiam per
uenit. Alphonſus autem Aragonum rex Marti-
no infēſus qui titulum regni Siciliæ & Neapolis
habere nequiuerat datum (vt ātea dixi) Alouiſio
regis Lodouici filio oratorem ad concilium mit-



tit q & cōciliū in lōgum duceret & cauſā Petri lu
nę adhuc i Paniſchola ſuperſtitis reſtitueret largi
tione pollicitationib9 ambiēdo vnūquēq; ex his
q in concilio auctoritatē haberet. Hanc ob rem
martinus non ignarus quantam calamitatem ea
res eccleſię Romanę allatura eſſet: quātū q̄ peri-
culi in mora haberetur. Mandauit concilium ſta-
tim diſſolui approbatis decretis in concilio habi-
tis quę ad fidem pertinebant. Et ne ſubterfugere
conuentum xp̄ianorum videretur inſequens ſep
tēnium concilio adiudicauit quod in Baſilieа cele
braretur. Atq; hoc modo ſciſmatis & diſcordia-
rum ſemina a quibuſdam in concilio Senēſi iacta
& aſperſa ſublata hominis prudentia & aſtu ſunt.
Tum vero Alphonſus palam de Martino conque
ſtus q̄ diceret eius opera & ſe a regina ioanna ab
rogatum regno eſſe quem prius heredem inſti-
tuerat: & Alouiſiū regis Sicilię filium nouum hę-
redem inſtitutum. Refellebat quidem hęc crimi-
na perfacile Martinus q̄ diceret, Alouiſium hæ-
redem ioannę ab Alexandro. v. & ioanne. xxiij.
in regno prius confirmatum fuiſſe reijceret eam
omnem culpam in reginā non autem in ſe ad quē
pertineret feudatarios eccleſiæ confirmare non
autem tollere niſi aliquot grande facinus in ſedē
Romanam commiſiſſent. Se non videre cur Alo
uiſius ioannæ ſuo iuſſu coronatę legitimus hæres
eſſe non poſſit. At vero Brachius cum videret pō
tificem multiplici cura implicitum ob ſimulta-
tem cum Alphonſo contractam: multis oppidis
eccleſię per vim potitus Aquilam vrbem regni
Neapolitani graui obſidione premit. Hanc ob
rem motus pontifex comparato ſatis iuſto exerci

tu liberare. Aquilã annixus adiuuãtibus his q̃ cũ
regina & Alouiſio militabant nõ longe ab aqui-
la patenti campo brachium ſuperat & interficit.
aderant in eo p̃lio Sfortiani Franciſco duce Sfor-
tiæ filio qui ſuperioribus annis dũ piſcariã flumẽ
traiicit quod Aternũ veteres appellãt in vndis
perierat. Delatum itaq; Romam Brachij cadauer
in loco prophano extra portam ſcti Laurẽtij ſepe-
litur. Hac aũt victoria tanta deiceps tranquilitas
Pax ſũma — exorta eſt redactis ad ditionem eccleſiæ puſio tu-
derto aſſiſſio aliiſq; oppidis q̃ Brachius occupaue-
rat: vt Octauij Auguſti fœlicitas & pax rediiſſe
ſua ætate videretur. Licebat tũ frui ocio & libere
p̃ ſiluas noctu etiã ac tuto cõmeare. Nulli latro-
nes tum extabant: nulli ſiccarij & fures adeo hoc
hominũ genus pſequebatur. Sublato e medio Tar-
Tartalia et lauello Tyranni latrones — talia, lauello aliiſq; tyrannis qui latrociniis potius
q̃ militia vitam traducebant. Huic aũt fœlicitati
obſtare Boemi hęretici videbantur: qui hæreſi &
Boemi hę-retici. — armis Germanos catholicos cõtinuo vexabant.
Vt igitur ij quoq; rationi & eccleſiæ obtẽperarẽt:
cum bene monẽti parere noluiſſẽt legatos in Ger-
maniã miſit: qui Catholicos ad arma cõcitarẽt, ac
primo quidẽ ſeorſum tũ hẽricũ ſcti Euſebij Cardi-
nalẽ, Deinde Bartholomeũ Placẽtinum poſtremo
vero his reuocatis iulianum Cęſarinum ſcti ange-
li Cardinalẽ eo miſit: qui certe non ſua culpa ſed
ignauia militum magnum ĩcõmodũ ab hoſtibus
accepit. Martinus aũt ob eam rẽ haud aĩo cõcidẽs
maiora ĩ hęreticos parabat. Verum priuſq; tantã
rẽ aggrederetur ſedare Italorum diſcordias inſti-
tuerat. Nã pace (vt diximus) a Martino compoſi-
ta inter Philippum & venetos. Florẽtini ægre fe-



rentes Ladiſlaum Pauli Guiniſij tyrãni Lucẽſis fi-
lium ſuperiore bello ſub philippo militaſſe occa-
ſionem opprimẽdã lucæ nacti: q̃ ſuperiore pace
nil ſcriptis de Guiniſio cautum fieret ĩ agrum co-
pias mouẽt Nicolao forte brachio copiarum du-
ce. Captis itaq; nõ ita multo poſt quibuſdã caſtel-
lis circũq; poſitis vrbẽ obſidiõe cingunt. Tũ Phi-
lippus ſolicitatus Pauli precibus verituſque ne ſi
luca in florẽtinorũ ptãtem deueniret acriores eos
vt pote propinquiores haberet hoſtes: Frãciſcum
Sfortiã cum magno equitatu primo in parmẽſem
agrum mittit vnde pedeſtres copias cõſcriberet.
Qui quidem vere iã appetente Apẽninum trã-
greſſus tãtum terroris Florentinis iniecit: vt pri-
uſquã in vallem nebularũ (ita enĩ accolę vocãt)
deſcẽderet hoſtes mouere caſtra ac Lucã obſidiõe
liberare prę metu coegerit. Eius autẽ aduẽtus eo
gratior Lucẽſibus fuit:: quod pulſis hoſtib9 ac ca-
pto tyrãno liberi õnino frãciſci auxilio futuri vi-
debãtur. Verum frãciſcus acceptis quinquagin- — 50000 aureorum
ta milibus numum aureorũ ex ærario Florẽtino
depromptis Lucẽſes maiore in diſcrimine q̃ vn-
quã antea fuerãt reliquit pactus ob datã pecuniã
ſe eo toto ſemeſtri Philippi ĩperio nõ obtẽpera-
turum. Obſideri deinde Lucenſes acrius ſunt cœ-
pti. Quare Philippus inſtãte Martino põtifice: qui
Lucenſium quoq; vices dolebat Nicolaum Picẽ-
nium cum maximo equitatu eo ſtatim mittit: qui
fuſis ac fugatis hoſtibus nõ ſolum Lucã obſidiõe
liberauit verum etiã inde mouens ex Piſanis ac
Volaterranis multa caſtella vi cepit Senenſibus
etiã rem gratã facturus qui tum Florentinos bel-
lo inuaſerant. Martinus autem ab externo hoſte

quietus ad exornādā patriā basilicasq; romanas animū adijciens porticū ſcti Petri collabētem reſtituit & pauimētū lateranēſis basilicæ opere vermiculato perfecit & teſtudinē ligneā eidē templo ſuperīduxit picturamque gētilis opus pictoris egregij inchoauit. Aedes prӕterea vetuſtate collabentes ad duodecī apoſtolos reſtituit, vbi annos aliquot habitauit. Huius autē ſtudia cardīales ſecuti titulos ſuos ita certatī reſtituunt: vt iā aliqua facies rediſſe vrbi Romæ videretur. Creauit & cardīales quorū de numero Fuit nepos ſuus proſper Colūna ſcti Georgij ad vellus aureū diaconus Cardinalis. Interea vero mortuo petro luna in panichola ne aliquid mali deeſſet quod eccleſiā vexaret duo illi Anticardīales de quibus mētionē fecimus Alphōſo Martini hoſte adhortāte Aegidiū cognomēto muniōis canonicū Barchinonēſem genere nobilē pōtificē, deligunt clemētēq; Octauū appellāt. Qui ſtatī & Cardīales creauit & fecit quę a pōtificibus fieri cōſueuerūt. Verum cū Martinus ī gratiā cum Alphōſo rediſſet eo ſtatim petrū de Fuſo Cardinalē miſit apoſtolicæ ſedis legatū i cuius manus iubēte Alphōſo paniſcholę domino ægidius oīa pōtificatus iura depoſuit: erga quē hac benignitate Martinus poſtea vſus eſt vt eū Maiorēſem epm declarauerit. Cardinales autē ab Aegidio creati ſpōte Cardinalatu ſe abdicarunt. Illi autē duo quos a petro luna creatos diximus ī ſuaque ptinacia manſiſſe cum pontifici romano parere nollēt ī carcerē a legato coniciuntur. Atque hoc modo Martini pontificis ſapientia & induſtria omne ſciſma vndiq; ſublatum eſt Pacata hoc modo vndique eccleſia dei in

Clemens viij. antipapa.



dādis bñficijs mira prudentia vſus eſt. Non enim vnicuique petenti ea cōferebat. Sed ſtatim menteagitabat quis potiſſimum eſſet idoneus cui talis cura demādaretur: Quod ſi homines prouinciarū non noſſet in quibus vacare beneficia contigiſſet ſtatī peritos regionū cōſulebat: quis aut ī curia aut in Gymnaſijs publicis eſſet doctrina nobilitate moribus tāta prouīcia dignus. Atq; hac quidē ratiōe & eccleſijs & hominibus honore dignis pariter cōſulebat cum maxima celebritate nominis ſui. Tātæ prӕterea cōſtantiæ fuit cū duos haberet fratres quorū: alter Iordanus prīceps Salernitanus maior natu peſte moritur alter vero minor natu (Laurētium appellabāt) in turri igne. caſu iniecto exuſtus eſt, vt nil ex eo ſit auditū nil viſum quod impatientiæ aut abiecti animi ſignū aliquod præſe ferret. Hic aūt vir ī omni vita ītegerdemū pōtificatus ſui āno quartodecimo mēſe tertio Romæ apoplexia morit̄ ætatis ſuæ anno ſexageſimo tertio. Sepeliturq; eius mādato ī baſilica Cōſtātiniana aū capita apoſtolorū ſepulchro æneo comitāte popu. Ro. comitāte clero: nō aliter flēte q̄ eccleſia dei ſi vrbs roma vnico atq; optīo parēte orbata fuiſſet. Vacat tū ſedes diebus. xij.

Bñficiorū diſtributio.

## Eugenius IIII

Eugenius quartus patria venetus familia Condelmeria populari quidem ſed antiqua patre Angelo natus pontificatum hac ratione adeptus eſt. Creato em̄ pontifice Ggegorio duodecimo e gente coraria patria veneto antonius corarius Gregorij nepos celeſtini habitus canonicus congregationis ſancti Georgij ī Alga Romā iturus Gabrielē cōdelma-

rium qui eiuſdem profeſſionis erat:quo cũ ab in-
eũte ætate familiariter vixerat ſecum aliquãdiu
recuſantem duxit:cuius ingenio & ſolertia dele-
ctatus Gregorius eum primo theſaurarium fecit:
deinceps vero ep̃m Senẽſem creauit pręfecto Bo
nonienſibus in eadem dignitate Antonio nepote.
Recuſarunt aliquãdiu Senenſes Gabrielẽ in ep̃m:
ꝙ dicerent hominem aliunde natum nequaquã
in tãta re ciuibus Senenſibus pręficiẽdum:eã curã
debere ciuis alicuius eſſe qui mores hominum &
ritus ciuitatis noſſet. Verũ cum poſtea gregorius
rebus ſuis diffidens Roma Lucã profectus fuiſſet:
aucturus Cardinalium numerum Antonium ne-
potem & Gabrielem Condelmarium in Cardi-
nales retulit. Gabrielis autẽ opera in magnis re-
bus poſtea Gregorius & martinus abrogato Gre
gorio vſus eſt. Maxime vero in legatione Picen-
tina qua & picentes in fide eccleſiæ confirmauit
ſumpta de quibuſdã ſeditioſis & coniuratis pœna
ad templum ſanctæ Agnetis Ancone diruptum
portumq; eiuſdem ciuitatis ad imitationem diui
Traiani magna impenſa reſtituit, fluctibus quaſ-
ſum & vetuſtate conſumptũ. At vero cum mar-
tinus intellexiſſet Bononiẽſes rebus nouis ſtude-
re eo e Piceno Gabrielẽ legatũ miſit, qui ſuo ad-
uentu ſeditionẽ omnem ſtatim ſuſtulit. Cum autẽ
inde Romã veniſſet:mortuo haud ita multo poſt
Martino, Solus e duobus de viginti Cardĩalibus
qui tum in conclaui apud mineruã aderãt ponti-
fex creatur anno. M.cccc.xxxi. Quito nonas Mar-
tij. Eugeniuſq; mutato nomine (vt fit) appellatus
ad ſanctum Petrum comitante populo & clero
ſtatim perducitur. Accepta deinde corona pon-

31 Eugenius pontifex creatur.



tificia de more inuiſaq; baſilica ſancti Ioãnis La-
teranẽſis in Vaticanum rediens conſiſtorium ge
nerale propoſuit in dicta die:qua certe tãta mul-
titudo affuit vt cũ trabes deficerẽt eius loci vbi
nunc conſiſtortium publicum fit: trepidatum a-
deo tumultuoſe ſit vt in ipſa fuga Senegaliæ ep̃s
ciuis Romanus e gente melina obtritus perierit.
Nondum enim ędes ipſę põtificię hãc formã quã
nunc habent acceperãt. Dimiſſo conſiſtorio Eu-
genius tumultus deinceps ex induſtria vitauit.
Inſtantibus deĩde quibuſdã delatoribus qui dice-
rent martinum congregãdi auri cupidum maxi
mos theſauros reliquiſſe idq; ſciturum Eugeniũ
ex martini familiaribus nepotibuſque: eo veſa-
nię hominẽ perpulere vt Oddũ pocciũ Martini
Vicecamerariũ cõprehendi iuſſerit:idque nego-
tium Stephano columnæ dederit quẽ copijs ſuis
pręfecerat. Ab alijs enim colũnẽſibus is ſolus diſ-
ſentiebat Cardinali vrſino & Cardinali comitũ
inſaniã hominis adiuãtibus quorũ artibus hęc o-
mnia contra colũnenſes geſta putãtur ob inuete-
rata factionũ odia. Mãdauerat eugenius vt oddo
ad ſe ſine vllo tumultu ſine ignominia perduce-
retur, ꝙ cõtra a Stephano factũ eſt. nã & eius bo-
na a militibus direpta ſunt & ipſe vi tãquã latro
per ora hominũ ad põtificẽ tractus eſt. Hac indi-
gnitate motus Eugenius Stephano admodũ ſuc-
cenſuit eiq; interminatus eſt, ꝙ & Oddonẽ & epi
ſcopũ Tyburtinũ olim Martini cubiculariũ ita ĩ-
decẽter ad ſe pertraxiſſet. Veritus itaque ſtepha
nus eugenij irã Præneſte ad principẽ columnam
confugit eumq; adhortatus eſt ſuas opes pollici-
tus vt eugenium ab vrbe pelleret:ꝙ diceret ei in

animo eſſe nomen Colūnenſium extinguere:id ſe
optime ſcire eiuſcꝫ conſiliorum participem fuiſſe
& ob eam rem aufugiſſe:ꝙ ſciret partem illius ca
lamitatis ad ſe quoque niſi tantum maliſimul de-
clinarent omnes peruenturam: Motus his verbis
princeps & eorū calamitatibus qui martini pon-
tificis familiares fuerant: ſumptis propere armis
pontificem agredi inſtituit. Subſtituit tamen ali-
quandiu donec Proſper diaconus Cardinalis fra
ter quem quidem præmonuerat ab vrbe diſce-
deret. Viſo autem fratre e pręneſte marinum at-
que deinceps Romam tanquam ex arce belli in
Eugenium mouens occupata per Ioannem bapti
ſtam porta Appia vrbem armato milite ſine vl-
lo maleficio primo ingreditur. Iam peruenerant
ad ſanctum Marcum in vicum columnam cum
ſubito eis obuiam facti ſunt pontificis milites ma
gna populi parte adiuuante. Pugnatum eſt in Vr
be aliquandiu atque acriter qua in pugna multi
vtrinque cecidere:capti ſunt:qua re Columnen-
ſes cum viderent populum Romanum longe a-
liter ſentire quàm arbitrarentur cedere ex vrbe
inſtituentes omnia paſſim rapiunt pecora abigūt
homines abducunt. Talionem tamen his reddi-
dere pontificis milites Romano populo mixti.
Nam & proſperi Cardinalis & Columnenſium
omnium ac eorum qui cum Martino familiari-
ter vixerant domos hoſtium in modum diripiūt
& vaſtant. Irritatis hoc modo vtrinque animis:
non ſolum aperto marte verum etiam prodi-
tionibus res agi cœpta eſt. Capitur nanque archi-
epiſcopus Beneuentanus Antonij columnæ filius
ac quidem Maſius frater: qui faſſus eſt quæſtione



adhibita ſibi in animo fuiſſe arcem ſancti Angeli
dolo capere interfecto ipſius arcis pręfecto:cam-
que Colūnenſibus prodere:qua occupata & pon
tificem & vrſinos ab vrbe pellerent. de Maſio ſa-
cardotio abrogato quod degradare appellāt ſū-
ptum ſupplicium eſt in campo florę eiuſque cor-
pus quadrifariā ſub furca diuiſum ad quatuor vr
bis celeberrimas vias ſuſpenſum eſt. de archiepi-
ſcopo Beneuentano nulla mētione habita. At ve
ro cum Eugenius in ægritudinem quandam in-
cidiſſet vel dolore animi quo in tantis perturba
tiōibus afflictabatur vel veneno quo appetitum
a Soldano ſuo quidā dicebant agere de pace cum
Columnenſibus cœpit curante eam rem Ange-
lotto foſco ciue romano quem nō ita multo poſt
vna cum Francíſco Condelmario nepote ſuo car
dinalem creauit. Diuulgata itaque pace quanta
maxima celeritate potuit ꝙ iam ingreſſum Ita-
liam Sigiſmundum intellexerat Romam ventu-
rum nepotem Frāciſcum Camerarium inſtituit:
huicqꝫ viros quoſdā præſtantes addidit quorum
cōcilijs vteretur ī gubernāda eccleſiaſtica ditio-
ne. Dum hæc autē Romę agerentur Florentini &
Veneti elatiores facti ꝙ & Philippum Genuę do
minum claſſe in littore genuenſi ſuperaſſent:ꝙqꝫ
Eugenium ciuem ſuum pontificē haberent: Phi-
lippū ipſum bello terreſtri aggrediuntur: qui ac-
cito propere ex hetruria Nicolao Picēnio & claſ-
ſem venetā ad Cremonā diſiecit:& carmignolæ
impetus facillime retardauit quem veneti haud
ita multo poſt quęſtionibus literis teſtibus con-
uictum (vt ipſi dicunt) capite multarunt: ꝙ per
eū ſtetiſſet quo minus cremona potirētur capta a

*Maſiꝰ degradatur.*

*Eugenius toxicat̃.*

Caualcoboe ipſius vrbis porta, ꝙq; etiã claſſis ſub
ipſius oculis diſiecta ab hoſtib⁹ fuiſſet cũ ex pro-
pinquo loco a tãto exercitu id fieri perfacile po-
tuiſſet. Tum vero Florentini aduentum impera-
toris in Italiã veriti: ꝙ Philippi rebus faueret vi-
deretur Nerio capponio ciui ſuo negociũ dãt vt
quibus rationibus maxime põt Eugenio oſtẽdat
& perſuadeat: aduentum imperatoris ad vrbem
non minus apoſtolicæ ſedi ꝙ Florentinis exitium
ac perniciem minari detineri hoſtẽ facillime poſ-
ſe quo minus arnum ad Senenſes tranſeat qui flo-
rentinos iam pridem bello laceſſierant ſi Nicola-
us Tollentinas qui tum pontificis nomine ſtipen-
dia faciebat coniunctis copiis & animis cũ Miche-
letto Cotignola Florentinarum copiarum duce
ac arnum Sigiſmundum coerceat ne flumen cum
Germano equitatu traiiciat. Venerat in eandem
ſententiã perfacile Eugenius & cum de impenſa
bellica aliquãtulũ addubitaretur. ,rẽ Nerius ita
ſtatim ꝑitus eſt: vt duobus milibus equitum Eu-
genii populus Florẽtinus tam diu ſtipendia præ-
beret quoad bellũ illud protraheretur. Tũ vero
Nicolaus Tollentinas iuſſu pontificis ex hibernis
mouẽs dũ Senẽſes incurſionibus & rapinis vexat
Sigiſmũdo traiiciendi arnũ tẽpus & facultatẽ dat
adiuuãte Antonio Põtadera egregio tum copia-
rum duce & acerrimo Florẽtinorũ hoſte, qui de-
inde per volaterranũ iter faciẽs pacato magis ꝗ
hoſtili agmine ab omnibus expectatus proficiſci-
tur. At imperator cum iam ſex menſibus Senis
ſubſtitiſſet cum magna populi Senenſis impenſa
tentatam fruſtra cum Florentinis pacem omittẽs
ad eugenium conuerſus inito cum eo fœdere ro-



mam ꝓfectus & ꝑbenigne a põtifice populoq; ro-
mano ſuſceptus corona imperii donatur. Verũ
dum e Vaticano vbi coronã acceperat ad latera-
num vbi diuertebat proficiſcitur ĩ põte Hadriani
(vt ĩperatorũ mos eſt) multos tũ Italos tũ Germa-
nos ĩ equeſtrẽ ordinẽ aſciuit: ſunt qui ſcribant Eu-
genium hoĩem vſq; ad põtẽ comitatũ ad ſctm̃ Pe-
trum rediiſſe. Abiẽs deĩde cũ bona Eugenii gra-
tia imperator ꝑ Picentes & Flãminiã iter faciens
Ferrariã atq; Mãtuã peruenit: vbi aliquot dies im-
moratus: & Ioannẽ Frãciſcũ Mantuæ dominũ mar-
chionali dignitate additis imperii ſignis ornauit:
& Barbarã Ioannis marchionis brãdilburgẽſis fi-
liam. Lodouico ioannis frãciſci filio ſpopõdit ĩ v-
xorem: quę nuptiæ honeſtare familiã Gõziacã ſũt
viſæ: & ꝙ Sigiſmundo ĩperatori puella affinitate
cõiuncta erat: & ꝙ pater Ioãnes ꝑtatẽ ineundi ſuf-
fragia ad creandum imperatorẽ habebat. Abeũ-
te aũt ab Italia ĩperatore cum iã oĩa bello ferue-
rent. Nicolaus Eſtẽſis Ferrarienſis Marchio hortã-
te Philippo Venetias ꝓfectus Venetos ad pacem
multis rationibus adhortatus eſt: qui & hominis
auctoritate permoti: & ꝙ etiã nimia belli impen-
ſa exhauſti priuatim ac publice eſſent: legatos fer-
rariã cũ Nicolao mittunt vbi Kal' aprilis anno tri-
geſimo tertio ſupra quadrigẽteſimum & milleſi-
mũ veniẽte in eãdẽ ſententiã Eugenio pax his cõ-
ditionib⁹ cõpoſita eſt: vt Philippus glarea abdua
(id ei loco nomen eſt) decederet. Vtq; marchioni
mõtiſferrati & Orlando pallauicino dñatum red-
deret: vtrũq; enĩ ditione paterna ſpoliauerat: Flo-
rentinorum Lucenſiũ Senẽſiũ veque bello capta
fuiſſent ad priſtinos dominos reciderent: commu

ni omnium hoſte habito qui infra trigeſimum diem capta non reddidiſſet. Pace autem hoc modo vbiq; parta quietura aliquandiu omnia videbatur cum ſubito omnis belli vis in Eugenium conuerſa eſt. Nam philippus nouarum rerum cupidus: & franciſcum Sfortiam cum magnis copijs i Flamminiam miſit hominem iturum in Appuliam ſimulans quam Alphonſus bello vexabat defenſurum ea oppida quę pater Sfortia eo loci adeptus erat: qui quidem paratiſſimis copijs per Picentes & vmbros iter faciēs oppida illa ex improuiſo adortus breui i poteſtatē ſuam redegit. Non hoc contentus Philippus: Nicolaum fortebrachium virum ingenio & manu promptū cum delecto equitatu adeo celeriter i Eugenium miſit vt prius prope & pontem miluium & portam flamminiā occupauerit ꝗ̃ aduētare hoſtē eēt cognitū. militauerat prius ſuo Eugenio Nicolaus & eius nomine præfectum vici Vetralla & ciuitate veteri ſpoliauerat adiuuantibus Venetorum triremibus quę mari arcem continuo oppugnabant. Verum cum poſtea Nicolaus ſtipendia ſua peteret. reſpondit Eugenius tantum prædæ ex caſtellis ꝑfectum auexiſſe, maxime vero ex direpto vico vt ei pro ſtipendio ſat eſſe poſſent: Quam obrem indignatus Nicolaus agrum Romanum ingreſſ⁹ tantum tumultus concitauit ingenti prǫda cum hominum tum pecorum abacta: vt Eugenius aliquandiu incertus remanſerit quorſum iret cōcurrebant Romani ciues ad Eugenium queſtum de illatis iniurijs: quos pontifex eo potiſſimum tempore concilij expers & bonæ valitudinis ad franciſcum camerarium remittebat: qui ocio & volu



ptatibus deditus nil aliud reſpondebat cū crebrę de ablatis pecoribus querelę fierent eos nimium ſpem i pecoribus collocaſſe Venetos quidem ſine gregibus & iumentis longe vrbaniorem vitā ducere. Indignati huiuſcemodi reſponſis Romanī cū iam Nicolaus & Tybur pulſo inde comite Taliacocij & Sublacenſe oppidum cepiſſet traxiſſetq; in partes ſuas Columnenſes omnes interfecto a principe Stephano colūna: qui ſemper diuerſa ſentiebat ad libertatem reſpicientes ſublato clamore ad arma & libertatem conclamatū pulſis omnibus Eugenij magiſtratibus ac capto franciſco Camerario: nouos ipſis magiſtratus creant. Septē fuere e ciuibus Romanis quos ipſi gubernatores appellabant penes quos vitæ ac necis hominum ſumma poteſtas erat. At vero Eugenius in tanta rerum perturbatione incertus quid potiſſimum faceret de fuga cogitare cœpit.

Eugenius mutato habitu fugā arripit.

Mutato itaque habitu ſumptoque monaſtico cucullo vna cum Arſenio monacho nauiculam ingreſſus tyberi Hoſtiam vehebatur: cum ſubito Romani quidam cognita hominis fuga eum lapidibus ſagittis inceſſunt. Detinere enim hominem tādiu cupiebant: quoad arce ſancti angeli potirentur. Abeunte autem Eugenio nonas Iulij eodemq; Piſas ac deide florentiam triremibus ad id paratis delato Romani ad oppugnandam arcem ſeſe accingūt. Vallo & aggeribus omnia loca muniētes quę dare acceſſum hoſtibus poſſent. Contra autem qui in arce erant prodire in certamen non nunquam conſueuerant. At vero prefectus arcib⁹ agendum cū Romanis ratus adiuuante Baldeſare auſida viro ſagaciſſimo q inferiorem arcis ptē tuebatur: vni

ex militibus ſuis ĩ certamẽ ꝓdeũtibus negocium dat vt captus de ĩduſtria ab hoſte caſtellani ſæuiciã & auariciã criminet̃: polliceaturq eis ſi velint pactã mercedẽ pſtare & mortẽ pfecti & arcis ꝓditionẽ. Fecit ille mãdata diligẽter. Captis nullo nõ genere maleficij in Antoniũ Ridiũ cõiecto (ita eñ arcis pfect⁹ vocabatur) fidẽ dat ſe cũ ſocijs omnia trãſacturũ. Dimiſſus itaq arcẽ ĩgredit̃ veſtes Antonij ac caligas addita etiã capitis forma ſuſpendit: a lõge idẽ videbatur clamabat Baldeſar de ſcelerato ſumptũ eſſe ſupplicium ingrederẽtur aliquot ex optimatibus & enũerata pecunia iam pacta arcẽ reciperẽt. Credidere miſeri nullam ſubeſſe fraudẽ. Ingreſſi aliquot ſtatim capiuntur. Fit clamor exultantiũ in arce cõijciũtur in populum romanum miſſilia bõbardęq. Deriſi aũt hoc mõ romani de redimẽdis captiuis cogitãtes: & Camerariũ eugenij nepotẽ quẽ ĩ vinculis habebant dimittunt ſuos q̃ in arce erant recepturi: & demũ in Eugenij poteſtatẽ veniunt quinto poſt libertatem adeptam mẽſe creati itaq magiſtratus eccleſię noĩe ſtatim Capitoliũ firmo pſidio & comeatib⁹ muniunt. Supueniẽte deinde Ioanne Viteleſcho quẽ patriarchã vocabant abeunte ad Eugenium Franciſco nepote tantus repẽte terror Romanis ĩcuſſus eſt vt hiſcere prę metu nõ auderẽt. Erat ei Viteleſcus hõ ĩperioſus & ſęuus & tyrannicam magiſq religioſam vitam prę ſe ferẽs. agebantur hæc Romę cum alphonſus interim Neapolim & Caietam oppugnat a mercatoribus Genuenſibus acriter defenſam. Succurrendũ itaq ſuis Genuenſes rati claſſem quanta maxime celeritate poſſũt inſtruunt. Philippo vicecomite eorũ duce annuẽ

Cautela pditoris.



te ac pedites aliquot pbente. Facti non longe a caieta hoſti Alphõſo obuiã cũ eo cõfligunt. Poſt lõgam & acrẽ pugnam ſuperatur Alphonſus rex & capitur vna cum ſuis omib⁹ quorũ de numero aliquot principes fuere. Perducitur Mediolanũ ad Philippum alphonſus ſuſcipiturq non vt captiuus & Genueſium hoſtis: ſed vt rex & amic⁹. Habitus autem honorificẽtiſſime p aliquot dies multiſq & magnis munerbus a philippo donatus in regnũ abiens Caieta ſtatĩ potitur. Tum vero Genuenſes indignabundi q alphonſum hoſtẽ quẽ tãto cum periculo captum tam leniter dimiſiſſet. Romani Fregoſo auctore a Philippo deſciuere. eũdemq Thomam ducẽ crearunt. Tum vero Picennius ĩ genuenſes miſſus cum ciuium pertinaciam cognouiſſet cognouiſſet capta Sarzana ĩ Piſanos mouens ſimulata ĩ regnũ profectione iuuandi Alphõſi gratia multa ex piſanis caſtella diripuit. Hominis tũ ĩpetus retardarunt Florentini acceſito Eugenij nutu Franciſco Sfortia qui iam Picenum occupauerat quęrebatq adiuuantibus Florẽtinis & Venetis vt Marchię domin⁹ decerneretur. Facturum ſe id recuſabat Eugenius q diceret pontificis eſſe redimere etiã bello ſi oporteret eccleſiaſticas res nõ alienare. Dilatum rex in aliud tẽpus eſt: atq hac ſpe ductus Franciſcus & Piſẽnium ab obſidione Bargę repulit capto Lodouico Gonzaga qui cum picẽnino militabat & Lucam Florẽtinorum nomine acri obſidione cinxit. Sed picennius Lucenſibus auxilio futurus a tranſitu apenini phibitus liberaturum ſe alia rat one lucenſes prędicans per bononienſẽ agrum ſine vllo maleficio iter faciens vbi oriolum Florentinorum oppidũ

expugnaſſet Lucenſium memor cum exercitu vi
ctore eo ꝓfectus ſuperatis Florentinis abſente frã
ciſco Sfortia lucam obſidione liberat. Tum vero
pontifex ancipiti cura diſtractus & ꝙ bellis vndi
q; premeretur & ꝙ baſilienſe concilium iam ante
inchoatum. Martini decreto augeri in dies cerne-
ret currentibus eo Hiſpaniæ Galliæ Germaniæ Pã
noniæq; principibus qui communem reipu. chri-
ſtianę cauſam in arbitrio conciliꝭ reponebant: ad
tollendum concilium verſus illud primo quidẽ
ex Baſilea bononiam trãſtulit Cardinalium om
nium qui ſecum aderãt conſenſu ſed imperator a
liꝭque principes & prę lati qui tum Baſileæ erant
non modo pontifici non obtemperarunt: verum
etiam eum bis terq; mouerunt vt Baſileam Ido-
neum a Martino celebrandi conciliꝭ locum dele-
ctum vna cum cardinalibus proficiſceretur aliter
ſe in eum acturos vt in preuaricatorem & contu-
macem. Motus iſtorum verbis Eugenius Baſilien
ſe concilium litteris etiam apoſtolicis confirma-
uit facta vnicuiq; eundi ad concilium poteſtate.
Adeo enim bellis vndequaque vexabatᷓ vt vix
ei reſpirandi facultas daretur. Verum recupera-
ta vrbe roma (vt diximus) eo ſtatim Ioannes Vite
leſcus ab Eugenio mittitur homo quidem ad res
agendas aptiſſimus ſed natura ſæuiſſimus & im-
mitis: Qui ĩ Colũnenſes & Sabellos totamque gi
bellinam factionẽ ducens & Caſtellum Gandul-
phum ad lacum Albanum poſitum & Sabellum
& borgetum in latio de ſabellis dirupuit & euer-
tit. Albam: ciuitatem lannuiniam. pręneſte: & za
garolum cepit ĩcolis omnibus qui ſuperſtites fue
re romam migrare iuſſis, In hernicos deinde con

Conciliũ baſilienſe.

Monetur pontifex vt baſileã adeat.



uerſus quã nunc cãpaniã vocant: oẽs ĩ ditionẽ ec-
cleſię redegit. Captũ Antoniũ Põtaderam hoſtẽ
eccleſię apud Fruſimonem ad oliuã turpi laqueo
ſuſpendit. Reuerſus deinde Romam trepidantibꝰ
omnibus & domos quorumdam coniuratorum
qui portam Neuiam (quam maiorem vocant) cõ
citato in Vrbe tumultu ceperant diruit: eoſq; ho
ſtes eccleſiæ dꝭiudicat. ex his autem captum pul-
cellum: & forcipibus ignitis in curru excruciatũ
in campo Florę ſuſpendit. Verum conquerente
populo Romano ꝙ diuitum quorũdam auaritia
caritate annonę laboraretur tantum repente tri-
tici ſuo iuſſu in forum delatum eſt vt a magna ca
ritate ad ſummum copiam breui ſit vẽtum adeo
omnes eius imperia obſeruabant. Pacatis hoc mo
do rebus ĩ regnum Neapolitanũ cõuerſus quod
paulo ante Alphonſus occupauerat quodq; ipẽ di
cebat ad eccleſiam & pontificem pertinere princi
pem Tarentinum cum duobus millibus equitum
cepit comitis Nolani ditionem occupauit. Pau-
lum etiam abfuit quin Alphonſum caperet frau-
de potius (vt aiunt) quam vi cum ĩduciæ ĩter eos
eſſent: & pax prope certa Acceptis que ad eccleſi
am ꝑtinebant oppidis principem dimiſit. Rediẽs
ad vrbem Pręneſte ad rebellionem ſpectans Lau
rentio columna inſtante funditus euertit Pręne-
ſtinis populariter migrare iuſſis. Anno domini.
M.ccccxxxv. Quoquidem anno Eugenius floren
tia abiens conſecrata prius vel dedicata florẽtino
rum cathedrali eccleſia. Bononiam profectus &
arcem ædificat ad eã portam qua ferrariã itur &
edes ĩ foro poſitas vbi legatus nunc reſidet muro
ꝑalto & lato a tergo potiſſimũ & turribus firmat.

Campani nunc dicũtur.

Anno vero ſequenti publico cōſiſtorio Baſilieſe
cōcilium quod ante approbauerat Ferrariā trāſ-
fert. ꝙ diceret gręcos cū eccleſia Romana in fide
conuenturos eundē locum ſibi delegiſſe. Inſtabāt
tum Concilij Baſilienſis p̄ſides & p̄cibus ac polli
citationibus Gręcos adhortabātur vt omiſſo Eu
genio ad ſe proficiſcerentur. Neq; hoc contēti ab
rogaturos ſe Eugenium p̄dicabant niſi ipſe quoq;
eo proficiſceretur. Subſtitit aliquādiu Eugeniꝰ a-
nimi dubius quid potiſſimum decerneret. Miſſo
tn̄ eo legato Ioanne franciſco capitelista iure con-
ſulto parauinoq; equite qui eius cauſam tueretur.
Verum mortuo Sigiſmundo īperatore a quo Ba
ſilienſe conciliū incrementū habuerat Creatoq;
ab electoribus īperij Alberto auſtrię duce cōciliū
ferrarienſe Eugenij nomine Cardinalis ſanctę cru
cis inchoauit. Eo proficiſcitur & eugenius q̄d ad-
uentare imperatorē Cōſtantinopolitanum Ioan-
nem paleologum intellexerat cum pleriſq; trire-
mibus tum ſui tum venetorum Eugenij gratia ob
uiam: miſſis ne qua vis imperatori fieret: ꝙ intelle
xerat concilij nomine triremes gallicas in Ioniū
miſſas quę aut imperatorē ad ſe adducerēt: aut ſi
id fieri non poſſet saltē hominem remorarentur:
quominus Ferrariā ꝓficiſceretur. Harū vero tri-
remum p̄fectum ita largitionibus corrupuit Eu-
genius vt relicto concilo partes ſuas deinceps ſe-
cutus ſit. Imperator autem Ferrariam ingrediēs
non alter ſuſceptus ab Eugenio eſt ac Romani im
peratores ſuſcipi conſueuere. Viteleſchus vero ſe
data eccleſiæ ditione ſumptoq; ſupplicio de preſ
biteris quibuſdā qui lapides p̄cioſos e capitibꝰ pe
tri & pauli apoſtolorum furtim ſubtraxerant in

Mors Si-
giſmundi

Conciliū
Ferrarien
ſe.



baſilica lateranēſi in qua quidē ſacerdotes erant.
Interfectoq; cum ſocijs Iacobo galeſio qui res no-
uas moliebantur Ferrariam proficiſcitur publi-
co conſiſtorio cum magna laude in numerū Car
dinaliū recipitur. Cardinalis namq; ſex menſes an-
tea Bononiæ creatus fuerat qui poſtea maiore cū
auctoritate rediens & pręfectum vici vetrallæ &
dn̄m fulgitatem tyranni de pulſum in arce Suria
na capitali ſupplicio affecit. Eugenius aūt duas ec
cleſias iā pridem diſſidentes in vnum corpus re-
digere cupiēs. M. ccccxxxviij. habita ingenti ſup
plicatiōe celebrataque ſpiritusancti miſſa cōciliū
vna cum īperatore græcorum & patriarcha Cō-
ſtātinopolitano īgreſſus ſedēte īperatore condi-
gna ſede alijſq; gręcis e regione pōtificis. Primo
quæſitū eſt vellent ne tam Latini ꝗ gręci ex dua
bus eccleſijs iā pridem diſſidētibus vnā fieri? Ad
quā vocē oēs ſubclamarunt placere & velle mo-
dorationibus illa prius cōfutarētur quæ tātæ di-
ſcordiæ cauſa fuerāt. Diſputabatur quotidie ea
dere ab his qui tum a græcis, tum a latinis dele-
cti ad tātam rem fuerāt. Verum cum peſtis Fer-
rariæ inoleuiſſet: eodemq; in loco nō ſine magna
incōmoditate ſtaretur: Florētiā tranſferre cōciliū
placuit. Eo itaq; vbi vētum eſt ſtatim Picēnius Fo
rumliuium: Imolam Rauēnam: Bononiā occupat
mādato philippi cogitata Eugenij qui venetis &
Florentinis hoſtibus fauebat diſturbare conatus.
Præterea vero in parmēſem agrū reuerſus cōpa
rato īgenti equitatu padū ratibus traijciēs & Ca-
ſale maius & Platynā meū natale ſolū quicquid
veneti in Cremonenſi agro tenebant breui reci-
pit. Pulſo deinde ad Caluatonum Gatamelata

Cōcilium
Florentiā
tranſferē.

Veneti exercitus duce aſcitoque ĩ ſocietatē bel-
li principe Mantuano Brixiam aliquot menſibus
oppugnat eam & ciuibus & frãciſco barbaro vi-
ro doctiſſimo atque vrbis pretore acriter defen-
dentibus: qua quidem omiſſa cum magno ſuorũ
incommodo iniquo hyemis tempore ad occupã-
da caſtella circumquaque poſita cõuerſus ne co-
meatus ſubmitti in vrbem poſſent Veronã vſq;
& vincentiam lõge ac late omnia populatus ve-
netis nil reliqui fecit. Occupato & magna ex parte
Mintio Atheſi Benaco Sebumoq; lacu ne ſubue-
hi quicquam nauibus poſſet pœnuria laboranti-
bus: ex atheſi tamē remulco naues quædã attra-
ctæ vſq; ad lacũ quē ſancti Andreæ Accolæ vo-
cant. ſenſim in Benacũ a peneda ad torbolim de-
miſſa & refectæ quia attractu & illiſione quaſſatę
erant rem Venetam meliorem aliquantulum fe-
cere. verum cum nihilominus Nicolaus picenni-
nus veronenſes & vincentinos vrgeret, Veneti
de ſe actum putãtes niſi vnum aliquem egregiũ
bello ducem mercede cõducerent Iacobum do-
natum ad florentinos ſocios mittunt oratum vt
ſi reipub. Venetæ ſi ſaluti & libertati Italiæ con-
ſultum velĩt franciſcũ Sfortiam propere cum o-
mnibus copiis in venetiã mittãt philippi ac mã-
tuani armis pene oppreſſam. Tam vero florẽtini
ſuo ac ſociorum periculo moti: Franciſcum ad-
hortantur vt arma pro venetis ſumat publica fi-
de polliciti ſe ei qui de Romana eccleſia tenebat
oppida: id enim maxime petebat: conſtanter de-
fenſuros: extorſere præterea ab Eugenio literas
apoſtolicas quibus declarabat franciſcum agri pi-
ceni Marchionem & dominum: his tamen verbis



accipiat quod Petrus & Paulus ei male vertant.
Frãciſcus autē cum ſuo equitatu ſecus Adriæ lit-
tus in agrum ferrarienſem deſcendẽs traiecto ra-
tibus pado auctoq; in patauinis exercitu: Nã ad
duodecim equitum peditum quinq; milia habuiſ-
ſe ſub ſignis dicitur. Hoſti primo ad Suaue ĩ agro
veronenſi fit obuiã vbi aliquandiu & acriter pu-
gnatum eſt: neutro ĩclinãte victoria. Cedẽte dei-
de picennio ob ægritudinē & paucitatē copiarũ:
cum franciſcus omnia de vincẽtinis & veronen-
ſibus caſtella recepiſſet: Brixiam obſidione libe-
raturus interclusos alios aditus cernens Atheſim
traiecit ac in Tridentinũ agrum mouens ad Ar-
chum oppidum oppugnaturus peruenit: Nã co-
mes archi philippi partes ſequebatur. Venit & eo
picẽninus comitē loci defenſurus: verũ dũ cupi-
dius (vt eius mos erat) q̄ cautius pugnata a reli-
quo exercitu ſecluſus magno accepto incõmodo
fuga ſalutē ĩ ſubiectis valles petẽs ab hoſte captus
fuiſſet niſi Karolus Gõzaga Ioãnis frãciſcus filius
ſeſe hoſtibus obiiciẽs hominē e tãto periculo libe-
raſſet qui quidē abundãte poſtea multitudine ca-
ptus illico eſt & veronam in carcerē ductus. Sũt
qui ſcribant picẽninum debilitatum altero late-
re propter accepta in præliis vulnera cum equo
ad ſuos redire nõ poſſet a Todeſchino ingẽtis ma-
gnitudinis ac roboris famulo humeris tãq; cada-
uer ſacco inuolutũ ad ſuos etiã per caſtra hoſtium
delatum. Dum hæc in venetia agerentur philip-
pus ægreferens florẽtinos adiuuãte Eugenio at-
que adhortante frãciſcum Sfortiam venetis au-
xilio miſiſſe: cum his agit q in Baſilienſi concilio
erant vt Eugenium citarent fecere illi id quidem

Famuli in dn̄m amor.

bis ter ve. Verum cum id ex ſentētia ei nō cede-
ret eo demētiæ eos perpulit vt ab rogato Euge-

**Amede⁹ pontifex creatus.**

nio Amedeū Sabaudię ducē ſocerū ſuū qui here-
mitanā vitā ad Ripaliā cū quibuſdā nobilibus du
cebat pōtificē crearēt. Fœlicē q; appellāt. Hic ma-
gnę ſeditiōes ī eccleſia derexortę ſunt cū chriſtia-
na reſpub. trifariā diuiſa aut Fœlicē, aut Eugeniū
ſequer etur eſſentque qui neutrales vocarētur q̄
neutri obtēperarēt. Eugenius tamen haud animo
cōcidit. nā habito ſępius cōuentu diſcuſſaque grę
corū & latinorū cōtentione tādē eo vētum eſt vt
Græci rationibus victi faterētur & ſpiritum ſan-
ctū a patre filioque procedere homuſionque eſſe
nō a patre tātū vt ipſi credebāt prouenire vtq;

**Græci errorem de ſpiritu ſancto cōfitētur.**

azimo ſine fermēto triticeo pane corpus Xp̄i cō-
ſecraretē: ac purgatorij locū eſſe crederēt. Poſtre-
mo vero vt faterētur Romā pōtificē verū Chri-
ſti vicariū Petrique legitimū ſucceſſorē primū in
orbe locū tenere cui & Oriētalis, & Occidentalis
eccleſia merito pareret. Abeūtibus autē græcis re
hoc modo cōpoſita: Armenij etiā cum fide noſtra
cōuenire ſublatis crebris diſputatiōibus eorū er-
roribus promulgatiſque Eugenij literis ſuper hac
re quæ rationē cōcordiæ oſtēderēt cū inſcriptio-
ne. Datum ī ſacroſancta œconomica ſeſſione con-
cilij florentini quod ī cathedrali eccleſia habitum
eſt anno dn̄i. M.ccccxxxix. vigeſima ſecūda No-
uēbris die. Prætereа vero vt partes ſuas augēdo
baſilienſe cōciliū infirmaret: eodem tēpore conſi-
ſtorio publico decem & octo Cardinales creauit,
quorum de numero fuere duo Græci Nicenus &
Rutenus vt eorum auctoritate Græcorū natio in
fide cōtineretur, quæ haud ita multo poſt in an-



tiquos mores recidit. Habere tamen ſe alios dixit
quorum nomina deīceps nunciaturus eſſet, ij au-
tem fuere Petrus Barbo ex ſorore nepos & Alo-
uiſius Patauinus quē deinceps patriarchā Aqui-
leienſem & camerarium fecit. Tranſlato ad vice-
cācellarium Frāciſco Condelmerio. Interea ve-
ro dum illi quæ ſcripſimus ad ripam Tridenti a-
gerentur, exiſtimarentq; homines Picēninum &
Mantuanum principē accepto tacto incommodo
ceſſurus, inde celeriter abeuntes Veronam vr-
bem capiunt. Per Citadellam īgreſſi admotis ad
muros ſcalis nemine vigilum ſentiente ſtriden-
te maxime ea nocte Aquilone vento, ad quē vi-
tandum ob immenſum frigus relictis magna ex
parte ſtationibus cuctodes ſeſe intra tabernacula
receperant. Franciſcus autē Sfortia captā ab ho-
ſtibus Veronā intelligens eō propere omnes co-
pias mouens recuperādæ Vrbis ſpem mēte con-
cepit vbi vidit & caſtrum vetus & arcem ſancti
Fœlicis in monte Sitam adhuc in poteſtate Ve-
netorū eſſe, qua quidem ſtructis aciebus vrbem
ingreſſus hoſtes magno clamore inuadit. Fuerūt
obuiā Philippi duces cum paucis equitibus non-
dum enim omnes eius copiæ ſuperuenerant: Pu-
gnatur acriter in ea parte vrbis quā inſulam vo-
cant. Tandem vero cum pauci a pluribus pelle-
rentur in pontem quem Accolę nouum appellāt
picennini ac mantuani principis milites ſeſe reci-
pientes vim hoſtiū aliquandiu ſuſtinent. Ibi dum
ab equitibus (vt fit) manus conſeruntur dumque
plures paruo in loco conglobati reſiſtūt pons li-
gneus quo lapideus coniungi ac diſiungi pro ar-
bitrio ſolet nimio pondere preſſus concidit. Sub-

merſi ferme omnes qui e ponte in flumen cecide-
rant feſſi diutina pugna & põdere armorũ preſſi.
Accurrẽs deinde ad pontẽ nauiũ traductis fran-
ciſcus copijs picenninũ & Mãtuanum fidẽ ciuium
ſuſpectã habẽtes penitus vrbe quatriduo poſt ca
ptã eãdẽ expulit. Tum vero philippus animo cõ-
cipiẽs diſtrahi Franciſcũ a venetis poſſe ſi florẽti-
nos bello vexaret qui paribus auſpicijs atq; im-
penſa Franciſcũ mercede cõduxerant: picenninũ
media heyme in Hetruriã cum ſex milibus equi-
tum mittit. Tum florẽtini accerſito petro iã pau-
lo egregio copiarũ duce rogatoq; Eugenio vt mi
lites ex fœdere ad defendẽdã hetruriã acciret ire
obuiã picennino inſtituerãt. Verũ cognita Ioan-
nis viteleſchi. cũ philippo cõiuratiõe qui tum ex-
ercitui eccleſiaſtico legatus pręerat: cũ nõ amicus
vt præſe ferebat ſed hoſtis in hetruriã cũ ſex mi-
libus equitũ vẽturus eſt: iunctiſq; cũ picẽnino co-
pijs florẽtinos inimico & hoſtili animo perſecutu-
rus: dãt operã qui tũ florẽtiæ in magiſtratu erãt
ſiue veris, ſiue fictis Eugenij literis: vt dum copi-
as per pontem Hadriani traijcit ab Antonio Ri-
dio arcis præfecto interficeretur quod etiã factũ
eſt. Neq; enim iuuari a ſuis potuit qui iã pontem
traiecerãt ipſe nãque extremũ agmen ſubſeque-
batur. Comes auerſus qui ſub patriarcha milita-
bat amiſſo duce eius impedimenta Roncilionem
ſecum detulit. Liberati autem tanto timore flo-
rentini cum eugenio callide agunt vt lodouicus
patauinus in demortui viteleſchi locũ ſuffectus
copijs eccleſiæ in vnum coactis reipub. Florentiæ
iret auxilio. Alouiſij enim vaſri & aſtuti opera
ſublatum e medio Viteleſchum crediderim. Pi-



cenninus autem in Mugellanam vallem deſcen-
dens longe ac late feſulas vſque cædibus & rapi-
nis omnia complebat in caſſentinum deinde con
uerſus comite popij adiuuante multa oppida ad
defectionem compulit. Inde vero peruſium pro-
ficiſcens Vrbem pacato agmine ingreſſus lega-
tum qui tum ibi cum imperio erat ad pontificem
Eugenium cum mandatis quibuſdam mittit. In-
terim vero capto erarij magiſtro quẽ vulgo the-
ſaurarium vocant totum ciuitatis ſtatum repen-
te mutauit. Delegit enim ciues decem qui vitę ac
necis in reliquos omnis poteſtatem haberẽt: Ve-
riti autem peruſini ne tyrannidem occuparet cũ
homine pepigere vt acceptis quinquaginta mi-
libus numum aureorum ab vrbe abſcederet. qui
accepta pecunia Cortonam mouens vrbem (vt
ipſe arbitrabatur) proditione occupaturus pate-
facto coniuratione ac proditoribus partim in-
terfectis, partim ab vrbe pulſis Tifernum quod
ciuitatem Caſtelli vocant adijt. Mouent & Flo-
rentini Anglare ſuæ ditionis oppidum ſuis au-
xilio futuri ſi quid per vim moliri Picenninus
conaretur. Agebãtur hæc in Hetruria cum fran-
ciſcus Sforcia ſuperata ad Benacum philippi claſ
ſe cui Italianus Furlanus præerat non ſolum Bri-
xiam ac Bergomum obſidione liberat: verum
ea eſtate ſuperatis ad Soncinum philippi duci-
bus captiſque eiuſdem mile & quingentis equi-
tibus & Brixiana caſtella & partem Cremonen-
ſis Mantuanique agri ac totam Gerram abduæ
in Venetorum poteſtatem breui redigit. Ami-
ſit tum Mantuanus princeps Aſolam Lonatum
piſcheriã tria oppida ſatis magna ac munita ne-

mine defendente:nam abſente picennino cōgre-
di cum hoſte aperto marte nuſquā auſus eſt. tum
vero picenninus commutata in Venetia fortu-
nam intelligens: ob eamque rem frequentibus
nuncijs & literis accitus tū a Philippo tū a Man-
tuano principe fatigatuſque militū precibus qui
magna ex parte Ciſalpini erant:motis a tiferno
caſtris ad Burgum ſuæ ditionis oppidum quod e
regione Anglarij poſitum eſt peruenit: ea mente
vt vel vi, vel aſtu cum florentinorum pontifi-
ciſq; exercitu decerneret: qui(vt diximus)ad an-
glare conſiderant. Ad tertium itaque Kalendas
Iulias(dies is Petri ac Pauli celebris erat) Picēni-
nus ſtructis aciebus emenſus planiciem quatuor
milium paſſuum prælium iniquo loco commiſit:
ratus occaſionem bene gerendæ rei ſibi oblatam
eſſe: ꝙ gregorias hoſtium pabulatum profectos
intellexerat. Subeundum erat ei in aduerſum cli-
uum quē facile e ſuperiore loco hoſtes ꝓcellabāt.
Dimicatū eſt tamen ad quinq; horas conſtanter:
tandē vero Picenninus a multitudine hoſtium &
ſtultitia Franciſci filij qui e ſtatione diſceſſerat ſu-
peratus Burgum repetit:magno accepto incom-
modo amiſſiſque ſignis militaribus. Sequenti au-
tem die relicto Burgo in poteſtate oppidano-
rū cū his tantū qui ex prælio ſuperāt iter per flā-
miniā faciens ad Philippū redijt. Oppidani Bur-
gēſes veriti ne in eos aſperius aīaduerteretur ꝙ a
pōtifice deſciuiſſent īpetrata per oratores venia
& corporū ac rerū oīm incolumitate ſeſe legato
dedidere. Gratiſſima ea victoria tū Eugenio, tum
Florentinis fuit. Ferūt Alouiſium Patauinū ob — Alouiſius
eā victoriā in numerū Cardinaliū tū relatū fuiſſe. — Patauinus



tadē quoq; eſtate Florētini comitē Poppij ꝗ cū pi- — Galero
cennino ſēſerat hetruria pellunt. Philippus autē — decorat.
tot cladibus circūuētus ad externa auxilia reſpici
ens Alphonſū Neapolitano regno tū potitum ro
gat vt quę Sfortiani in regno oppida tenerēt bel
lo vexaret quo Frāciſcus Sfortia a venetis diſtra-
heretur. Hac itaq; ī re Philippo morē gerēs alphō
ſus franciſcū tn̄ a bello inito reuocare nunq; po-
tuit. Is em̄ vbi primū pabuli copia eſſe cœpit cū e
quitum quindecim millibus peditum ſex Piſche-
ria Brixiā mouēs apud cignanū vicū Picēnino fit
obuiā hoc animo vt hoſti pugnādi copiā faceret:
non detrectauit certamē Picenninus & ſi numero
copiarum inferior erat ſuorum virtute fretus. Pu
gnatum eſt aliquādiu atq; acriter:incerta tn̄ victo
ria vtrinq; diſceſſum eſt. Tumvero Franciſcus ſa
tis ſibi factum ad belli famam exiſtimans ꝙ vltro
hoſtem ad certamen prouocaſſet:exercitū circun
ferens quędā oppida ꝑ hyemē a picēnino capta in
poteſtatē venetorū redigit. Martinēgū deinde ꝓ
fectus quod picēninus firmo p̄ſidio munierat:op
pidū obſidione cingit & oppugnat. Verū picēni-
nus aucto exercitu aduētu franciſci filij & princi-
pis Mantuani eo proficiſcens:mille paſſibus longe
ab hoſte caſtra locās eum frequētibus p̄lijs ad vni
uerſæ rei dimicationē prouocat qui remiſſo prio-
re manū cū hoſte cōſerendi ardore ad expugnā-
dum oppidū totus ferebatur. At vero cum picen
ninus caſtra ſua hoſtiū caſtris magis in dies confe
rens:eo diſcriminis franciſcum redegiſſet vt neq;
eius gregarius miles ire pabulatum ſine periculo:
neq; commeatus ſubmitti tuto:neq; inde exercitus
abduci ſine magno diſcrimine poſſet:p̄ter omniū

ſpem pax ſubito enunciata eſt:iam antea occulte
agitata inter Philippum & Franciſcum Euſebiolo
quodam cognomento Chaim vltro citroque co
meante:ignaro Picennino. Qui tanta re precepta
deoshomineſque accuſabat precipue vero Phili-

Franciſc9 Blanchā In vxorē duxit.

pi inconſtantiam qui victor pro victo pacem pe
teret digredientibus autē inde exercitibus:ad ca
prianam pax hocmodo compoſita eſt. Milleſimo.
ccccxlij. vt Franciſcus Blancha Philippi ducis fi-
lia in vxorem ducta. Pontremolum & Cremo
nam in dotem cum agro Cremonenſi acciperet
pręter picigitonum & ea caſtella quę Mantuanus
& pallauicinus de Cremonenſibus poſſideret:vt
que illa preterea que philippus & qui cum philip
po ſentiebant bello cepiſſent: quęque item Ve-
neti eorumque ſocij. pręter Aſolam Lonotam
Piſcheriam quæ Mantuani principis ante id bel-
lum fuerant redderentur vtq; qui huic ſnīę ſtare
noluiſſet communis oīm hoſtis haberetur. Hanc
vero pacis conditionē ægre admodum Eugenius
ferēs ꝙ frāciſcus cæteris ſocijs poſt ſe habito de a-
miſſis reſtituendis cauiſſet: exiſtimationē ſuā;non
reddita Bononia quā picentinus occupauerat cō
tempſiſſet. Abire Florentia Romam inſtituit;
eoq; in loco vt pote liberiore de recuperanda ec-
cleſiæ ditione cogitare. Verum vt omnia pacata

Canonici ſeculares e latera- no pelliūt

inueniret Alouiſium patauinum ſancti Laurētij
in Damaſo presbyterum Cardinalem p̄miſit: qui
& canonicos regulares pulſis ſecularibus in eccle
ſiam lateranenſem remiſit. pulſi em̄ a p̄ſbyteris ſe
cularibus fuerant dū contenditur vtri chriſti cor
pus ferrent in celebritate eiuſdem: dum Litaniæ
fiunt ac ſupplicationes. Et de Gino Albaneſio vi-



roī re militari p̄ſtanti ſumptū ſuppliciū: quia p̄ eū
non ſteriſſet quo minus pax inter Alphonſum &
Eugenium inita turbaretur. Afficitur & capitali

Paulus lamolata de capitatus.

pœna Paulus Lamolata vir preſtantis inuictiq; ro
boris: cuius virt9 homini magis aſtuto ꝙ̄ forti ſuſ
pecta erat. Rebus autem hoc modo compoſitis Eu
genius Florentinis quouismodo fruſtra cum reti
nere annixis Romā veniēs āno. M.ccccxliij. xxviij
Septembris effuſa obuiam vrbana multitudine.
nullo non genere honoris adhibito ad portā flā-
niam noctu diuertit. Sequenti vero die ad ſāctū
Petrum iturus paratis de more ſupplicationibus
pontificio habitu per vrbem incedens tumultuā
tem populum intelligit ob duplicatum tributum
Vectigalq; nouum vino impoſitum. Hanc ob rē

Eugenij liberalitas.

facto ſilentio audientibus omnibus exactionē illā
vt minus liberalem ſuſtulit: quo facto ſtatim ſub
clamatum ab oībus eſt viuat Eugenius cū antea
clamaſſent moriantur noua vectigalia eorumq;
inuentores. Poſt dies vero decem & nouem ad la
teranum proficiſcens. Cōcilium generale eo loci
ſe habiturum omnibus denuntiat miſſis ad prin-
cipes litteris & nūtijs quibus ea de re certiores fie
rent. Hac enim oratione infirmari ac tolli omnino
cōcilium Baſiliēſe volebat. Rebus autem hoc mo
do Romę compoſitis iniuriarum memor picenni
nū belli ducem in picentes quos franciſcus bello
ſubegerat acciuit: qui Bononia abiens dum peru
ſium proficiſcitur Tifernates florentini populi ſo-
cios ad defectionem compulit. Eugenio rem gra-
tefactur9 florētinis infēſo ꝙ frāciſcū pecūia ad op
pugnandum retinendumq; picennum ſemper iu
uiſſent. Alphonſus item ſup̄iore anno Neapolī iā

diu obſeſſam ꝑ cloacã ingreſſus pulſo inde enato
ceperat picennini virtute ac fama ꝑmotus homi
nem nõ ducẽ ſolum quẽ exercitui ſuo p̃ficeret de
ligit: verum etiam honoris gratia eũ in adoptio-
nẽ familiæ argonenſis recipit: quĩ ſtatim acceptis
ab Eugenio & Alphonſo ĩ ſumptis belli pecunijs
picẽtes ingreſſus multa oppida fruſtra renitẽte frã
ciſco Sfortia qui relicta Cremona cum firmo p̃ſi-
dio ꝓfectus fuerat in deditionẽ eccleſiæ redigit.
Eodẽ fere tẽpore mortuo Ioanne frãciſco Gonza
ga Veneti & florentini de futuro ſolliciti Lodoui
cum ioannis franciſci hæredẽ & filiũ quẽ Philippo
ſi oporteret abijcient mercede conducunt. Quieſ
centibus aũt in Ciſalpina rebus. Hannibal benti
Hannibal bentiuol9 uolus in arce pelegrini oppidi iubente picennino
ob ſuſpitionẽ cõiurationis aliquandiu aſſeruatus
deceptis cuſtodibus Bononiã rediẽs cõuocato ad
libertatẽ populo franciſcum picẽniũ vrbis p̃fectũ
cũ p̃ſidio cõp̃hẽdit: quo facto exules oẽs tũ ſuę tũ
aduerſæ factiõis maxĩe vero baptiſtã canedolũ ĩ
patriã reuocat. Miſſi deĩde ſũt a Bononiẽſibus ad
venetos ad florẽtinos legati ſocietatẽ & amicitiã
petẽtes: qua q̃dem impetrata domũ redeũtes arcẽ
quæ adhuc ĩ poteſtate hoſtiũ erat cũ ſociorum co
pijs ad id miſſis capiunt: ac captã ſtatĩ diripiũt A
louiſiũq; vermẽ ex agro Bononiẽſi fugant. Tum
vero philippus ęgreferẽs Bononiẽſes cũ venetis
& florentinis ſentire: amicos quoſdã baptiſtæ ſub-
ornat auxiliũ eis pollicitus vt Hãnibalẽ e medio
tollẽt: quo principes ĩp̃i cum ſua ſactione ĩ ciuita-
te remaneant. Tum Bertotius canedolus fraudi
ac ſceleri intentus Bononienſem quemdam ſub-
ornat cui tum caſu fili9 natus erat vt Hannibalem



in baptiſmate pueri cõpatrẽ ſibi deligat: quo exo
rato dat opam vt ſequẽti die infans ad ſacerdotẽ
deferatᷣ. Baptizato puero Hãnibalẽ pater ad ædẽ
ſancti ioãnis Baptiſtæ cuius tũ ſolẽne erat inuitat.
Obtempat etiam ĩ re ꝓditori Hannibal nullam
fraudem ſubeſſe ratus: qui dum in via eſſet a con
iuratis circunuentus occiditur reſiſtẽtibus aliquã
diu duobus famulis caritate dñi vim propulſare
conantibus. At bononienſis populus indignitate
rei motus ſumptis propere armis cãnedolę factio
nis principes obtruncat maxime vero baptiſtam
cuius cadauer & ꝑ vrbẽ tractum & cum magna
ignominia ſepultum eſt. Accidit & tũ Romę ſce-
lus ingens: a ſuo eñ cubiculario Angelottus ſcti
Marci p̃ſbyter Cardinalis & vita & fortunis quas
tanta cum auiditate aggregauerat priuatur. Ca-
ptus ſceleratus ille ac varijs cruciatibus necatus
quadrifariam diuiditᷣ ad quatuorq; vrbis portas
ſuſpẽditᷣ. Veneti aũt & Florẽtini veriti ne Bono
nia vtriq; ciuitati ĩ rebus bellicis ꝑopportuna in
manus philippi veniret eo ſtatĩ cohortes aliquot
mittunt q̃ ſocios Bononienſes iuuarent: Nõ fefel
lerat hęc oppinio venetos. eo eñ philippus rogã-
tibus exulibus mittere piceninũ cũ exercitu inſti-
tuerat ni hoĩem mors p̃repuiſſet. Mortuũ ferũt do
lore animi cũ ĩtellexiſſet Frãciſcũ filiũ quẽ ĩ pice-
no cũ exercitu reliquerat Cardinali Firmano le-
gato: a frãciſco Sfortia ſuperatũ. Sequẽti tñ anno
philippus haud aĩo cõcidẽs Eugeniũ ad repeten-
dã bello Bononiã adhortatur militẽ ac ĩpẽſę par
tẽ pollicitus: Quare ꝑmotus pontifex inito etiam
cũ Alphonſo fœdere Sigiſmũdũ malateſtã cũ ma
gno equitatu ĩ Picẽtes cõtra Frãciſcũ mittit: quo

Hãnibal ꝓditorie occiditur

Retributio ꝓditorum.

Cardinalis a cubiculario occiditur

facilius diſtractis Florẽtinorũ copijs Bononiā ꝑ
mi ad deditionẽ poſſet. Pręmiſerat iã philippus &
Guilielmum Mõferratum & Karolum Gõzagã
cum magnis copijs q agrum Bononienſem hoſti
liter ingreſſi ĩcurſionibus longe ac late oĩa vexa
bant. moti vero ſociorum periculo Florentini A
ſtorgium fauentinum cum equitibus mille & qui
gentis: cumq; peditibus ducentis mittunt qui bo
noniẽſibus auxilio ſit donec aliud a venetis & flo
rentinis decerneretur. Agebãtur hec in Flãminia
cum philipp⁹ p̃ter opinionẽ omnium Franciſcum
Picenninum ex picenis accitum cum magno ex-
ercitu Kal's maij in cremonenſes nil tale metuẽtes
mittit qui in captis paſſim ruſticis tm̃ terroris vr-
bem die noctu oppugnando ciuibus ĩiecit vt pau
lum a capienda vrbe abfuerit. Moti tum veneti
ac Florentini Franciſci ac cõi periculo Cremonã
& Bononiam eodem tpe tueri inſtituunt. Mittunt
itaq; Tibertum Brandolinum ducem impigerri
mum qui cum populo Bononiẽſi cumq; his quos
Florẽtini auxilio miſerant. in hoſtes tendẽs ſimul
tate & odio inter ſe certãtes (ad ſctm̃ Ioannẽ oppi
dum ij conſiderant) pertracto in partes bononien
ſium pollicitationibus & pręmijs Guilielmo mon
ferrato ac Carolo haud magno negotio fuſo & fu
gato oppida oĩa & hoſtibus breui recepit. Pacata
autẽ hoc modo Bononia: auxiliares copiæ vene-
torum ac florentinorum mandato biffariam diui
ſæ pars Frãciſco Sfoatiæ cui vſq; ad vrbini mœnia
ab Eugenio & Alphõſo vi pulſus fuerat. Pars cre
monenſibus grauiter a Franciſco picennino preſ-
ſis auxilio miſſa. Veneti decernere aperto marte
cum philippo inſtituẽtes legatos q ei bellũ ĩdicãt



mittunt ni oppugnare Gremonam deſtiterit. Ora
toribus ꝑ inter nuntios reſponſum (Neq; em̃ allo
qui hoĩem fas erat) eos alibi q̃ Mediolani tutiores
fore. Quo reſpõſo cõmoti Veneti Michelleto co-
tignolæ copiarũ ſuarũ duci imperant qui tum Bri
xiæ erat vt ĩ agrum Cremonenſẽ quem Philip-
pus magna ex parte occupauerat confeſtim mo-
ueat & cum hoſte vbicumq; eum nactus fuerit de
cernat. Is autẽ mandata diligenter facturus traie
cto Olio ad Caſalemaius celeriter ꝓficiſcitur: ho
ſtemq; haud longe in inſula padi munitiſſimo lo-
co conſidentem vado traijciens caſtris exuit. ac
magnam vim equitum cepit. Recuperatis deinde
oppidis omnibus liberataq; obſidione Cremona
aucto etiam Lodouici Gonzage copijs exercitu q̃
Platynam & caſtella quędam agri Cremonenſis
in ditionem venetorum redegerat. In gerram ab
duæ mouentes nil præter cremam citra abduam
philippo reliquere. Flumen deinde traijcentes Me
diolanum vſq; perueniunt incẽdijs & rapinis om
nia paſſim complentes. Direpto autem Brianxiæ
monte Breuioq; capto qua ponte abdua iungi-
tur Lecum larij caput oppugnare adhorti acriter
qui in pręſidio erant locum defendentibus cum
integri feſſis ac ſaucijs nauibus ſubmitti poſſent
multis in ea oppugnatione deſideratis equiſq; ad
extremam maciem inopia pabuli redactis tan-
dem re infecta abiere de Franciſco ſfortia ſollici-
ti quem in partes philippi deſcendere clam intel-
lexerant. interim vero alouiſius patauinus ponti-
ficis legatus qui his pręerat copijs quę in picenti-
bus contra Frãciſcum Sfortiam dimicabãt cogni
ta italia ac iacobi Gaiuani qui partĩ philippi parti

Eugenĳ ſtipẽdĳs militabãt ad frãciſcũ trãſitione
eos antequã id fieret ad Rochã cõtrariã cõphẽdi
iubet & captos ſupplicio capitali affici. V terq; ẽm
mille & quingentis equitibus ꝑerat. Hac aũt re ꝑ
motus Frãciſcus Sfortia cũ amplius ſuſtinere ho-
ſtes nõ poſſet quippe a multis ſimul oppugnatus
& a nemine adiutus adhortante ad eã rẽ Eugenio
& alphõſo qui rẽ venetã augeri ĩdignabãtur o-
miſſo piceno philippi militiã ſecut⁹ eius copĳs ꝑ-
ficitur. Interea vero Eugeni⁹ ne rẽ bellicã ſolũ cu
rare videretur. Nicolaũ Tollẽtinatẽ ordinis ſan-

Nicoadus de tollentino canonizatur.

cti Auguſtini miraculis clarũ ĩ ſanctos referẽs a ſã
cto petro cũ omni clero ſupplicãdo ad ſctm̃ Au-
guſtinũ ꝓfectus ſolẽnia ipẽ celebrat aſtante popu
lo Romano Cardinaliũq; omniũ cœtu. ꝑterea ve-
ro pulſis omnino e ſctõ Ioanne Laterano canoni-
cis ſecularibus admiſſiſq; tãtũmodo regularibus
& porticũ illã extruxit q̃ ab eccleſia ad ſctã ſan-
ctorũ & clauſtrum vbi ſacerdotes habitarẽt reſti
tuit auxit & pictura tẽpli a Martino antea inchoa
tam. Prẹterea vero ſancti Syluestri mitrã Romã
Auenione delatã ipſemet e Vaticano ad latera-
nũ detulit magna cum veneratione & letania ſa-
cerdotum omnium populiq; Romani. Verũ cum
alphonſus rex tybur tũ veniſſet de ratione belli
gerendi cum Eugenio colloquuturus: eius ẹgritudi
nem intelligẽs aliquantulũ ſubſtitit. Eugenio aũt
ĩanimũ venerat florẽtinos q hoſtẽ iuuerãt bello ꝑ
ſequi. exiſtimabat nãq; ſi ſuis ſi regis ſi Philippi co
pĳs eos adoriretur eã vrbẽ ĩ quas vellet ꝑtes faci
le aductũ iri. verum interuẽtu mortis diſturbata
ſunt omnia. moritur aũt pontificatus ſui anno de
cimo ſexto ſeptimo Kal. Marcĳ anno. M.cccc.xlvi



Vir certe in vita varius. Principio enim pontifi-
catus ſui malis concilĳs ductus diuina humanaq;
omnia perturbauit. Nam & populum romanum
ad arma exciuit: & cõcilio Baſilienſi vnde infini-
ta mala orta ſunt auctoritatem dedit: approbatis
eorũ per literas apoſtolica decretis. Verũ poſtea
ad ſeipſum rediens omnia prudenter ac conſtan
tiſſime egit. Vir aſpectu in ſignis & veneracione

Approbatio decretorũ cõcilĳ Baſilienſis ꝑ Eugeniũ.

dignus grauis in dicendo potiuſquam eloquens
modicẹ literaturẹ: multẹ cognitiõis hiſtoriæ prẹ-
ſertim. Liberalis in omnes tum vel maxime in li-
teratos quorũ familiaritate delectatus eſt. Nam
Leonardum aretinum Karolum Poggium. Au-

Cõmẽdatio Eugenĳ.

riſpam trapezuntiũ Blõdum viros doctiſſimos
ſecretis ſuis admiſit. ad irã non facile mouebatur
ob iniurias illatas & maledicentiã hominum aut
mimos & dicteria ſcribentium. Gymnaſia autem
omnium q̃ diligentiſſime fouit: maxime vero ro
manum ad quod õne genus literaturæ adhibuit.
Religioſos mirum inmodum dilexit: eoſque opi-
bus & immunitatibus auxit. Bella autẽ ita ama-
uit (quod mirum in pontifice videri debet) vt ad
ea quæ ſcripſimus ab eo in italia geſta: & Delphi-
num Karoli regis Franciæ filium cõpoſita prius
inter regem & ducẽ Burgũdiẹ pace cum magno
equitatu in baſilienſes concitauerit cuius impetu
diſſipatus ille conuentus eſt & Ladiſlaum polo-
num regem cum iuliano Cæſarino diacono Car-
dinali ĩ Thurcos miſerit quorũ de numero ad tri
gĩta milia vno prẹlio cæſa: inter Hadrianopolim
& Danubiũ ſunt licet in tãta victoria rex ipſe cũ
Cardĩali ab hoſtibus ĩterfectus ſit. Cõſtãs prẹter-
ea in pactis ſeruandis eſt habitus: niſi q; pollicitus

fuiſſet quod reuocare q̃ p̃ficere ſatius eſſet. Splẽdi-
dus ĩ victu familiæ, parcus ĩ ſuo: & a vino ita alie-
nus vt abſtemius merito vocaret̃. Familiares ha-
buit admodũ paucos: ſed viros doctos: & quorũ
opa ĩ grauib⁹ reb⁹ vti poſſet: q̃ſq; tã q̃ ſuæ mode-
ſtię teſtes ĩ cubiculũ cœnaturus admittebat ac ſci-
ſcitabat̃ quid ĩ vrbe fieret quid de põtificatu ſuo
ſentirẽt hoĩes vt errata ſua, vel ſuorũ ſi qd ꝑperã
factũ eſſet emendaret. Exornare autẽ eccleſiã dei
ædificiis & ſacellis eſt ãnixus vt ex capella põtifi-
cia & æneis ſancti petri valuis apparet. Morit̃ autẽ
(vt dixi) vir ĩgenio & reb⁹ geſtis ĩſignis ętatis ſuę
anno ſexageſio quarto. Sepeliturq; in Baſilica S
Petri ſepulchro marmoreo his verſibus notato.

Eugenius iacet hic quartus cor nobile cuius
  Teſtantur vitæ ſplendida facta ſuæ.
Iſtius ante ſacros ſe præbuit alter ab ortu:
  Alter ab occaſu cæſar vterque pedes:
Alter vt accipiat fidei documenta latinæ:
  Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce & Armenij graiorum exẽpla ſecuti,
  Romanam agnorunt æthiopeſque fidem:
Inde Syri ac Arabes mundique e finibus indi,
  Magna, ſed hec animo cuncta minora ſuo.
Nam valida rurſum Theucros iã claſſe petebat,
  Dum petit, aſt illum ſuſtulit atra dies.
Qui ſemper vanos tumuli contempſit honores,
  Atque hac impreſſa condite dixit humo.
Sed non quem rubro decorauerat ille Galero,
  Non hoc franciſcus ſtirps ſua clara tulit.
Suſceptiq; memor meriti tam nobile quod nũc
  Cernis tam præſtans ſurgere iuſſit opus.

Vacat tum ſedes diebus. xij.



Notãdum eſt ꝙ iſte fœlix Antea dictus Ame-
deus fuit dux Sabaudiæ prĩceps deuotus q
vidit filios filiorũ ſuorũ. hic cum iã celibem
vitã duceret electus eſt in Papã, in Concilio
Baſilieñſi depoſito Eugenio. Tãdem mortuo
Eugenio ceſſit Nicolao ꝓpter fauorẽ vnio-
nis factus Legatus & Cardinalis Sabinianus
Sepultuſque eſt in monaſterio ripalenſi pro-
pe lacum Lauſanenſem ab eo conſtructo.

## Nicolaus V.

NIcolaus. v. Thomas Sarzanus an-
tea vocat⁹ a Sarzana oppido Lu-
nẽſis agri põtifex oĩm conſenſu
creatus pridie Nonas Martias. M
ccccxlvij. vir quidẽ modicis pa- 1447
rẽtibus vtpote matre Andreo-
la patre Bartholomæo phiſico natus ſed virtute
doctrina, comitate, gr̃a, liberalitate, magnificẽtia
tãto pontificatu dignus. licet ipe adeo modeſtus
erat tãto magiſtratu ſe ĩdignũ arbitraret̃: rogaue-
ritq; cardinales oẽs ſupplex etiam vt eccleſiæ dei
maturius cõſulerẽt. Verũ Tarẽtino cardinali eũ
adhortãte ne curſum ſancti ſpiritus ĩpediret col-
lum tãti honori ſubiecit. Interrogatus (vt fit) Car
dinalis portugalẽſis e cõclaui ꝓdiẽs quẽ põtificẽ
creaſſent. reſpõdit nunc, Nos Nicolaum ſed deus
põtificẽ deſignauit. Sũt autẽ qui ſcribant Thomã
piſis natũ Lucę educatũ Bononię literas & bonas
artes didiciſſe: maxime vero philoſophiã & theo
logiam adiutus beneficentia ſanctiſſimi viri Ni-
colai Albergati Cardinalis ſanctę Crucis adole- Cõmẽda-
ſcẽtis ingenio delectati. Hãc ob rem in pontifica- tio põtifi-
tu hominis de ſe bene meriti nomen ſumpſit cum cis.

vero magiſtri nomen in Gymnaſio cōſecutus eſ-
ſet acerrimis diſputationibus probatus Cardi-
nalē ſanctę crucis ſecutus familiæ tanti viri Occo
nomus factus ī numero ſcriptorum pœnitētiariæ
primo refertur: deiceps ſubdiaconatū pōtificium
adeptus bñ agēdo vitāq; ſine inuidia & æmula-
tiōe ducēdo maiora mēte cōcepit. Iam eñ Euge-
nius cognita hominis doctrina & ītegritate ī illis
potiſſimū diſputatiōibus quæ cū Gręcis florētiæ
& ferrariæ ſunt habitæ eum Cardinalē deſtinaue
rat verum vt id honeſtius fieri poſſet. Hominem
cum Ioāne Caruagilla qui ſancti Angeli Cardi-
nalis eſt habitus ī germaniā mittit ad tollēdū Ba-
ſilieſe cōcilium neutralitatemq;. Neutrales enim
adeo germani ſunt dicti quod neq; Fœlicis neque
Eugenij dictis obtemperarent quas ob res eccle-
ſia dei multas & maximas calamitates incurre-
bat cum imminutiōe maieſtatis pōtificię. Hac au
tem de re pluribus in cōuētibus apud federicum
Romanorū regē eſt diſceptatū Aenea picholomi-
neo qui deinceps pōtifex fuit: quique tum regis
ſecretarius erat ad tantā rem tāque neceſſariā lō-
gis orationibus omnes adhortāte. Difficile qui-
dem erat remouere germanos ab opinione ſua
falſa prēſertim. Difficile item videbatur perſua-
dere Eugenij oratoribus vt poſtulatis germano-
rum obtēperarent. Tandē vero delinita oratio-
nibus nimia oratorū ſeueritate: & caſtigatis ger-
manorum poſtulatis ſciſma & neutralitatē rem
quidem romanę ſedi pernicioſiſſimā ſuſtulerant
ſi ſtare ꝓmiſſis germani voluiſſent: redeūtes ita-
que ad eugenium cum hac opinione legati Sub-
clamantibus omnibus Cardinales decernuntur



eiſque eugenius ad portā flāminiā galeros obuiā
mittit vt Vrbē inſigniores ingrederentur. Vno
itaque eodēq; anno Thomas Sarzannus & epiſco
patum Bononienſem & Cardinalis dignitatē &
pontificatū adeptus eſt: cū maxima totius cleri
populique Romani lætitia. licet dū adhuc in con-
claui Cardinales eſſent tumultuatū aliquantulū
ſit: Stephano porcario equite Romano viro in di
cendo acerrimo & eleganti ciues ſuos in eccleſia
Aræcœli cōgregatos ad capeſſendā libertatē co-
hortante: ꝙ diceret paruum q;q; oppidū mortuo
loci dño de libertate vel ſaltem de moderāda re-
gentiū cupiditate verba facere. verū reclamante
archiepō Bñuētano tū quidē vicecamerario: de
reipſa nil deliberatū eſt. Veriti etiā Romani ſunt
Alphōſum regē qui Tybure ſubſtiterat. Mortuo
eugenio dubius animi retro ne cederet an florē-
tinos bello ꝓſequeretur quēadmodū antea cum
Eugenio & Philippo īſtituerat. Hominē autē duo
ſenēſes qui ciuilibus diſcordijs alebātur: ad He-
truriæ īperiū adijcere aīm perpulere: Quod per-
facile eſſe cōſecuturus ſi Senas profectus eā ciuita-
tē ſpōte ſeſe dediturā ī poteſtatē ſuam redegiſſet.
Collaudauit Senēſes: rex eiſque ad ſollicitandos
aīos ciuiū dimiſſis affuturū ſe ī tēpore pollicetur.
At Nicolaus pōtifex pacis & quietis amator ce-
lebrata de more coronatiōe ſua factiſque īgēti ap
paratu litanijs quibus ipſe pedes ſupplicabat: Car
dinalē Morinēſem Ferrariā mittit cōponēdæ pa-
cis cōmune domiciliū: quo legati īteruētu & au-
ctoritate ad pacē magis īpellerētur partiū animi.
Miſſi & eo propere Alphōſi philippi venetorum
Florētinorūque legati: qui poſt longā diſcepta-

tionem hanc Philippo optionẽ dedere vt vel in-
ducias in quinquennium a Venetis Florentiniſqꝫ
acciperet vtraqꝫ parte poſſidẽte quæ tenebat: vel
pacẽ permutata Crema cũ his oppidis quæ vltra
abduã vel in ripa abduæ bello veneti cepiſſent:
Caſſano tãtum in arbitrio põtificis relicto quod
illi ex fœdere debebatur cui primo illatæ eſſent
iniuriæ. Hoc autẽ additum eſt quo pax diuturni-
or haberetur Miſſus autẽ ex legatis philippi vnus
qui ei optionem faceret vt vtrum mallet eligeret
hominẽ pridie eius diei quo Mediolanum perue-
nerat apoplexia mortuum intelligit. vi. idus Au-
guſti. M. cccclvij. Tum Morinenſis cognita phi-
lippi morte legatos omnes ad ſe propere vocat
& nihilo ſegnius q̃ antea de pace agit. Interroga-
ti Veneti irentne in eam ſententiã quã prius ap-
probauerãt reſpõdent philippi morte eius rei nil
ſibi integrũ relinqui; ad Senatum ea de re velle
perſcribere: tum demũ facturos quod a ciuitate
mãdaretur. hac itaqꝫ mora ĩterpoſita: qui aderãt
legati cognita venetorũ cupiditate: qꝫ totius ita-
liæ dñatum appeterent: ſoluto conuentu domos
quique ſuas rediere: Legato põtificis fruſtra eos
ad concordiã reuocãte. Veneti autẽ qui ad Sore-
ſinã in agro Cremonẽſi ſtatiua habebãt: qꝫ Cre-
monã tumultuantẽ adiuuãtibus guelphis ĩ dedi-
tionẽ poſſe recipi ſperabãt cognita Philippi mor
te Laudã propere mouẽt. qua recepta Placẽtinos
quoqꝫ eadem qua Laudenſes cõditione in fidem
ſuſcipiunt miſſis eo ac propere quidem mile &
quĩgentis equitibus qui Placẽtinis auxilio eſſent
ſi qua vis ingrueret. At vero frãciſcus ſfortia qui
tum ex piceno pulſus in Bononienſi agro conſe-



derat refecturus exercitum diutino bello armis
equis viris exhauſtum occupari omnia a Venetis
ſoceri morte intelligens magnis itineribus Cre-
monam proficiſcẽs a Mediolanenſibus ſtatĩ ſum-
mo omnium cõſenſu exercitus ac copiarum dux
contra Venetos deligitur, qui pado amne ponte
coniuncto caſtelliſque ac machinis firmato quo-
minus Veneti placentiã claſſe contenderent: ab-
duam amnem ac Picigitonum traĩjciens non lon
ge ab hoſtibus ad camuragum cõſidentibus ca-
ſtra ponit: vbi parua quædam certamina ad ten-
tandã credo hoſtium patientiam ſunt commiſſa.
Tum vero Papienſes ſumptis ob aduentum fran
ciſci paululum animis cũ ab imperio Mediolanen
ſium propter vetus inter eos odiũ abhorrerẽt,
cumque itẽ extrema queque pati mallent qꝫ Ve-
netis obtẽperare eorum ſocietatẽ aſpernati eſſent
vrbem frãciſco dedunt pręfecto arcis non abnu-
ente quo additamento Sfortia inſubrię domina-
tum ſtatĩ mente cõcepit. Agebãtur hæc ĩ Ciſalpi
na gallia: cũ Alphõſus eodẽ tẽpore Nicolao pon
tifice fruſtra reclamãte cũ exercitu in ſenenſiũ ma
ritima deſcẽdẽs eorũ libertatẽ ſubuertiſſet: ni flo
rentinus populus cognita regis calliditate lega-
tũ Senas miſiſſet: qui ciuitatẽ admoneret Alphõ-
ſum regnandi cupidum ſenẽſes bello non minus
qꝫ florentinos petere. Tum vero Senenſes cogni-
to periculo & ſi regi comeatus non negabant nõ
tamen quempiam ex regĳs militibus ingredi ſua
mœnia deinceps ſunt paſſi. Rex itaque cognita Se-
nẽſiũ diligẽtia in Volaterranũ & Piſanũ agrum
deſcendens multa caſtella partim vi cepit maxi-
me vero caſtilionum piſcariæ. Quæ oppida flo-

rentini haud ita multo poſt recepere præter Ca-
ſtellionum Sigiſmūdo malateſta duce: quē antea
Alphonſi ſtipendio conductum ab eo ad ſe defice
re pecunijs compulerant. Non deſiſtebat interim
Nicolaus pontifex nunc regē nunc Venetos ad-
hortari: vt pacē q̄ bellū mallēt: ſed ij ferocia exul
tantes bene monenti nequaquam obtēperabant.
Hāc ob rē Franciſcus cōparato ingenti exercitu ī
quo robur Italicorū militū inerat Brachianis &
Sfortianis militibus ſimul iunctis ad Placentiam
firmo præſidio Venetorum munitam medio au
tumno caſtra locat: partemq; murorum bombar
dis demolitus creſcente pado adeo vt galeones:
ita enim naues fluuiales ad bellum aptas vocant:
mœnibus appellerentur terreſtri ac nauali oppu-
gnatione vrbē capit ac diripit: Magna hæc Fran-
ciſci laus eſt habita q; hyeme tanta hymbriū inun
datione vt ægre in tabernaculis miles retētus ſit
tantam vrbem vi ceperit. Non deſtitit tamē Ni
colaus pontifex de pace tum quidem mētionem
facere: inſtantibus etiam apud venetos ſocios flo
rentinis q̄ regis potentiam vererentur qui tum
cum exercitu ī hetruria erat: Verum ea de re nil
actum eſt. q̄ laudam veneti Mediolanenſibus id
maxime petentibus reddere grauerentur. Nico-
laus autem pontifex omiſſa re toties fruſtra ten-
tata ad rem diuinam animum applicans ingen-
tes ſupplicationes decernit ad placandā iram dei
precandumq; vt pacem populo chriſtiano præ-
ſtaret. his litanijs pōtifex ipſe cū omni clero a ſan-
cto Petro vſq; ad ſanctum Marcum profectus eſt
multam religionem & ſingularem pietatem præ
ſe ferēs. Verum neq; ita quidē exigētibus id for-



taſſe hominū meritis dei ira placata eſt. Nā ſequē
ti biēnio adeo vbiq; fere peſte laboratū eſt: vt pau
ci de multis ſupfuerint: quod quidem malū & fre
quēs terremotus: & ecclipſis ſolis indicare videba
tur. Minabantur ij quos p̄dicatores vulgo appel-
lant futurā calamitatē: maxie robertus ordinis ſā
cti franciſci, pfeſſus p̄dicator iſignis q̄ cōcionibus
ſuis adeo populū Romanū mouit. vt pueri paſſim
fœminęq; p vrbē ícederent miſericordiā adeo ex
poſcentes. Et ne quid mali in Italia deeſſet, bella q̄
antea inchoata diximus adeo inualeſcebant vt ſe
dari nullo modo poſſe viderētur. Nā frāciſc⁹ Sfor
tia ſequenti ęſtate expugnatis quibuſdā Veneto-
rum caſtellis ī eorū claſſem qua Cremonenſes ve
xabant cum terreſtri naualiq; exercitu pfectus eā
cedere retro ad Caſale maius coegit quo & hoſtē
inſecutus cū eius claſſem in naualia ſubductū bō-
bardis diſijceret ad tātam deſperationem p̄fectū
Venetum redegit, vt incēſa claſſe quam tueri nō
poterat: effuſa fuga ī oppidum ſeſe receperit. Inde
vero Franciſcus abiens nō amplius de Cremona
ſollicitus ſublata hoſtiū claſſe: in Gerram abduæ
mouēs ad Carrauagiū firmo hoſtiū p̄ſidio muni-
tū caſtra locat: mouēt & eo veneti de exiſtimatio
ne ſua actum putantes: ſi oppidum a Mediolanēſi
bus occuparetur. qui poſitis e regione hoſtium cir
citer mille paſſus caſtris ſui tempori ſe affuturos ſi
oppugnatione vexarentur oſtēdūt. Crebra quo-
tidie cōmittebant̄ p̄lia vt pote ex tam propīquis
caſtris. Verū cum ad ſummā dimicationem ven-
tum eſt ī qua paludibus vndiq; coarctata ad quā
primę venetorum acies retruſę: neq; cedere vt ī
pugna facere plerūq; neceſſe eſt propter ſubſequē

reſ:neque pugnare in tam anguſto loco ꝑꝑ inſtā-
tes hoſtes. poterant, oppreſſæ penitus & obtritæ
cecidiſſent niſi a nouiſſimo agmine fugiendi īitiū

Victoria franciſci.

ortum fuiſſet. Tum vero Franciſcus cedentē ho-
ſtem inſecutus & caſtris opulentiſſimis eum exuit
& equitum ac peditum circiter quinque milia ca
pit. Poſtea vero fræncicſus Brachianis eo īuito ad
expugnandam laudam mandato Mediolanenſiū
proficiſcentibus cum reliquo exercitu Brixiā mo
uens vrbem obſidione cinxit. Hac vero calami-
tate permoti Veneti de ſe actum exiſtimabant ni
ſi pacem cum franciſco componerent. orta iam in
ter frāciſcum & mediolanenſes ſimultate quæ his
legibus compoſita eſt: vt ſumptis in Mediolanen
ſes armis quicquid vltra abduam padum ve frā
ciſci: quicquid vero citra abduā caperet Venero
rum eſſet. collatis eidē a florētinis ac Venetis ſin-
gulis menſibus ſedecim millibus nummum aureo-
rum īmiſſiſque aliquot turmis auxilio donec Me
diolano potiret̄. Inito itaque huc modo fœdere al
lectiſque ad ſe quos potuit copiarum ducib⁹ pol
licitationibus & p̄mijs in mediolanenſes conuer-
ſus oēs fere eorum ciuitates in deditionē recepit.
quo quidē ſucceſſu ꝑmoti veneti longe aliter eue
nire franciſco cernentes: q̄ꝫ arbitrati fuerant acce-
pta ex fœdere Crema reuocatiſque militibus ſuis
fœdus cum mediolanenſibus ineunt. Franciſci po-
tentiam reformidantes ſi Mediolano potiret̄. frā-
ciſc⁹ aūt ſimulata cū venetis beniuolētia priuata-
que magis coſmi medices q̄ꝫ publica florētini ppl'i
pecunia adiutus poſt acceptas multas illataſque
clades poſt lōgā & grauē oppugnationē: vt pote
media hyeme poſt defectionē & trāſitionē militū



ad hoſtes Aduerſante etiā Alphōſo q Mediolanū
iure hęreditario deberi ſibi dicebat: ob eāq̄ꝫ rē Lo
douicum Gonzagā mercede cōduxerat & Bono
nienſes miſerat quo ſuis tutius ī Ciſalpinā tranſi-

Mediolano franciſcus potitur

re liceret. Mediolano tandē potitur anno. M.cccc.
xlix. Iuuabant quidem mediolanenſes Veneti im
miſſo cū exercitu ſuo Sigiſmundo Malateſta: q ſe
Picennino auſpicijs Mediolanēſium militanti cō-
iungeret: ſed ꝑ negligēter: vt enecti fame ciuitatē
Venetis potiuſq̄ franciſco cōmitterent. Quare lō
ge aliter euenire cernentes q̄ꝫ putarent: cū alphon
ſo agunt qui franciſcum inimico & hoſtili aīo ꝑſe
quebatur inito prius fœdere vt homo dominan-
di cupidus priuſquā inualeſceret: ducatu Mediola
nenſi pelleretur. Inuitant & florētinos ad eā rem.
Verum cum ij nūquā ſe aduerſaturos frāciſco di
cerent eorum mercatores ab vrbibus ſuis vene-
ti pellunt: idēq̄ꝫ vt Alphonſus faceret tandem eti
am imperrarunt. Nicolaus autē pontifex tota Ita-
liam ad arma concitari cernens auctoritatem ſuā
ſępius interpoſuit quo pax componeretur: vt ſe-
quēti anno libere omnibus ex tota europa ad Iu
bileum venire liceret. Inſtabat enim quinquage-
ſimus annus: quo iubileus de more indicebatur.
Cardinales pręterea ſex creauit quorum de nu-
mero fuere Latinus Vrſinus & frater ipſius pon-
tificis vterinus tantum Philippus tituli ſancti Lau
rentij in Lucina preſbyter Cardinalis & vir cer-
te bonus ingenijque liberalis. Interim vero Fede

Fœlix renunciauit papatui.

ricus imperator inſtante pontifice. Fœlicem cōpu
lit vt ſe pontificatu abdicaret: ꝙ cerneret tantam
ſeditionem & tam diuturnā eccleſię Romanę ꝑni
cioſam eſſe. Vſus tn̄ hac benignitate erga Ama

deum Nicolaus eſt:ad hominē nāq; galerū Cardinalatus miſit eūdēq; legatū Germaniæ fecit ne oīno ſine dignitate viueret. Venere & ī arbitriū pōtificis Cardinales illi quos Amadeus creauerat. Hac vero cōcordia adeo lętatus eſt nō modo clerus omnis verumetiā populus Romanus vt ſequenti nocte eius diei quo hæc audita ſūt. M.cccc xlix. Aprilis cū faculis p vrbē ī equis inſiderēt clamantes viuat Nicolaus. pontifex autē ne ingratus erga deū tāti bñficij videret, ſupplicationes admodum celebres cū populo & clero in Vaticano habuit. Idē fecere & reliqui Italiæ populi tā pnicioſa ſeditione liberatā eccleſiā dei cernētes. Tanta ꝑterea fuit pontificis auctoritas & gratia: vt animos principū ad bellū iam cōcitatos aliquandiu repreſſerit. Inſtigabant nāq; Venetos ad id bellū & iacobus picēninus & Sigiſmundus Malateſta & Karolus Gōzaga acerrimi ipſius Franciſci Sfortiæ hoſtes & inimici: Pellexerant etiam in ſocietatem ſuam Veneti Sabaudiæ ducē marchionē Mōtiſferrati ac corregij dños. Bononienſeſq; & Peruſinos reclamante pōtifice & minante ne id facerēt concitare ſed fruſtra conati ſunt pacti cum Alphōſo vt dū ipi Franciſcū adorirētur Florentinos bello detineret. at Franciſcus Florentinorum amicitia ac potentia fretus: aſſum ꝓcq; in ſocietatē belli Lodouico Gonzaga principe Mantuano ad bellū ſe conſtanti animo parabat. Hinc ortæ ſunt inter karolū & Lodouicū graues inimicitię: ꝙ eius inimicitiā ſequeretur quē ipe hoſtē haberet: ꝙq; oppida ſua occupaſſet: quę ei pater ex teſtamento reliquerat. Nam Lodouicus fratris in carcerem cōiecti vas factus cū ſpopōdiſſet octoginta millia numum auri quo frater liberaretur vetuiſſetq; ſolū Karolus cū Franciſcus aut numos aut oppida peteret: maluit numos ꝑſoluere & oppida retinere. ꝙ tā vicina & ꝓpinqua loca dimittere. Hanc itaq; ob rē Karolus fratrē calūniabatur vt raptorem & alieni appetentiſſimū nō modo apud Venetos quorū ꝑtes ſequebatur verūetiam ab imperatore ius ſuū repetere. Iam attigerat annus iubileꝰ cū ſubito tanta multitudo Romā venit quanta nunq̄ antea. Vñ cū ſemel e Vaticano viſa ſaluatoris imagine ad vrbē redirent facta obuiam mula quędā Petri barbi cardinalis ſancti Marci cū neq; venientes: neq; redeuntes in obſequentē multitudinē cedere poſſent cadente vno atq; altero ſuꝑ mulā illam iā a multitudine oppreſſam ad ducēta hominum corpora & equos tres obtrita & ſuffocata in ponte Hadriani conſtat. Multi etiā a lateribus pōtis in flumen cadentes in vndis periere. Sepulta in ſancto Celſo ad centū & triginta ſex conſtat: reliqua vero ad cāpum ſanctum delata ſunt. Hāc ob rem Nicolaus pontifex vices eorū q mortui fuerant dolens caſulas quaſdam anguſtiorē viam ad pontē facientes oīno ſuſtulit: totūq; fere annū illū in celebritatibus cōſumpſit. Statiōes ipemet quotidie inuiſens cū Cardinalium cœtu. Cauit etiā ꝙ diligētiſſime ne abundante tanta multitudine commeatus & oīa ad victum neceſſaria in vrbe deeſſent. Curauit itē execrationibus & ſatellitibus ne craſſatores in ꝑegrinos ad vrbē accedētes ſęuirēt. Sequenti vero anno ꝙ venturū ad vrbē Federicum imperatorē intellexerat: tum vt coronā imperij acciperet tū vt Leonorā regis luſitanię filiā Alphōſi neptē in vxorē duceret: portas vrbis ac

Iubileus.

turres:capitoliũ:arcẽ ſcti Angeli muris firmiſſi-
mis munire cepit:veritus credo ne aduẽtãte impe-
ratore noui aliquid & ab eo & a pplo Romano o-
riret. Erat eñ natura formidoloſus:hãc ob rẽ mi-
lites oẽs ſuos cũ collecticijs copijs Romã acciuit.

Federicꝰ Romam ĩgreditur.

Ad deliniẽdos vero multitudinis aĩos tredecĩ ma
reſchalos q tredecim regionibus vrbis pẽeſſent de
legit:eiſdẽq; tredecim veſtes coccineas dono de-
dit. Impator itaq; pdeũtibus obuiã tredecĩ Car-
dinalibus oĩq; vrbis magiſtratu ac honorato quo
q; p portã caſtelli ingreſſus & ad ſcalã ſcti Petri p
ueniẽs obuiũ habuit põtificẽ a quo vna cũ Leono
ra vxore quã ſenis offẽderat iã ex Hiſpania aue-
ctam in tẽplũ Petri ĩtroducit M.cccclij.die.ix.Mar
tij. Vñ facta oratione digreſſi in ędibus illis diuer
tere quę ad ipſos ſãcti petri gradus adhuc viſũtur
meliorẽ formã quã antea hñtes Ro. Cardinalis cõ
ſtanſienſis impenſa. Pontifex autem ſequentibus

Deſponſatur imperator & a põtifice ibidem coronatur.

diebus in ſancto petro miſſam celebrauit. Benedi
xitq; imperatori & imperatrici vt in nuptijs fieri
conſueuit anteq̃ ſponſus cum noua nupta coeat.
Eoſq; deinceps eodẽ in loco. xviij. eiuſdem mẽſis
imperatoria corona donauit. Dum vero impera
tor (vt fit) ad ſctm̃ Ioannem coronatus pficiſcitur
plẽroſq; auratos equites in ponte Hadriani crea-
uit abiens deinde Neapolim cum vxore viſendi
Alphonſi regis cauſa a quo ſumptuoſa ac magni
fica impenſa cum tanto comitatu eſt habitus rur-
ſum ad vrbem mari rediens iter in patriam ſta-
tim arripuit:q; intellexerat quoſdã principes res
nouas in Germania & Vngaria moliri ob regem
Ladiſlaum adoleſcentem egregium quem impe-
rator ſecum ducebat. hominem aũt abeũtem duo



Cardinales ad quinquaginta millia paſſuum co-
mitati ſunt. Bononienſis ipſius pontificis frater:&
Caruagialla ſancti Angeli Cardinalis. Abeunte
autem imperatore Veneti comparato ingenti ex
ercitu Cremonenſem agrum ingreſſi omnia pri-
us longe ac late populati Sõcinum atq; oppida vi
cina oppugnare ſunt adhorti que ĩ poteſtatem eo
rum haud ita mľto poſt venere:captis ibi aliquot
equitum turmis q; ſerius quã decebat Franciſcus
exercitum comparauerat. Verum poſtea ſuper-
ueniente Lodouico Gõzaga amico & belli ſocio
in agrum Brixianum mouens eo Venetos rede-
git vt paludes egredi nunquã ſint auſi & aperto
marte collatis ſignis ſecũ decernere. Protrahi rẽ
volebant in mora ſpem omnem victorię reponẽ-
tes q; exiſtimabant Franciſcum propter inopiam
ęrarij impenſæ bellicæ haud diu ſuffecturum. Si-
mul etiam ſperabant Mediolanenſes exortæ quõ
dam libertatis memores franciſco tanto bello im
plicito aliquid noui ad excutiendum ſeruitutis iu
gum molituros. At Ferdinandus patris Alphon
ſi iuſſu cum equitum circiter octo peditum quat-
tuor millibus in hetruriã contra Florentinos mo
uens:cum Cortonam ad defectionem tentaſſet fo
ianum Aretini agri oppidum quadraginta dierũ
oppugnatione multis vtrinque deſideratis capit.
Inde vero abiens ac per Senenſem agrum iter fa-
ciens cum caſtellinam fruſtra oppugnare tentaſ-
ſet in maritima Senenſium hyematum deſcendit
captis in itinere quibuſdam Volaterranorum ca
ſtellis. obſeruabat hominem continuo Sigiſmun-
dus Malateſta Florentini exercitus dux occaſionẽ
bene gerendæ rei capturus. Florentini autẽ cũ

pollentes Alphonſi ac venetorũ opes terra mariq̃
ꝙ reformidarẽt ad extrema auxilia confugere in
ſtituunt Frãciſco id approbante. miſſus itaq̃ĩ gal
liam Angelus acciocolus equeſtris ordinis floren
tinus orator ad regẽ franciç cõmemorata florenti
norum ĩ regiam domũ beniuolẽtia hoĩem eo per
pulit vt & duci Sabaudiæ & Alobrogis impera
ret q iam ĩ franciſcum arma ſumpſerant: ne fran
ciſcum florẽtini ppl'i ſociũ & amicũ dicto aut fa
cto lęderent affirmans ſe illi hoſtẽ futurũ qui ſec9
feciſſet. Et renatũ ĩpulit pecunias ei ac militẽ pol
licitus regnũ Neapolitanum vnde fuerat ab Al
phonſo pulſus repetere maxime vero ꝙ rex florẽ
tinorum bello tum detineretur. Hac autẽ legatio
ne florentinorum ac franciſci rex adeo ſecũdę ſũt
factę vt Veneti pacẽ deinde haud quaq̃ ſint aſper
nati fuſis p̃ſertim nõ lõge a Godio eorum copijs
quas ĩ Mantuanũ principẽ karolo Gonzaga ducẽ
miſerant. Ne ipſe vna cum Tiberto Brãdolino ad
Franciſcum Sforciam cuius auſpicijs militabant
proficiſcerẽtur cõiunctiſq̃ copijs maiorem exerci
tum quẽ gẽtilis ductabat adorirẽtur & funderẽt.
Venerat nãq̃ ſuperiore anno ad exercitus carua
gialla ſancti Angeli cardinalis Nicolai noĩe pacẽ
inter cõcertantes cõpoſiturus q re ĩfecta abiẽs de
um hoĩeſque teſtatus eſt p nicolaum põtificẽ non
ſtare quo minus pace ĩter italos compoſita bellũ
cõi oĩm xp̃anorũ cõſenſu in Thurcos decernerẽt
quos iam parare arma cõtra cõſtantinopolitanos
ſenſerat & ob eam rẽ Cardinalẽ Rutenum patria
Conſtantinopolitanum eo miſerat qui imperato
ri & ciuibus auxiliũ polliceretur ſi ad catholicã fi
dem vt ĩ florẽtino cõcilio pmiſerãt redire voluiſ



ſent. Interĩ vero Renatus recuperãdi regni Nea
politani cupidus ad quam rem Franciſcus ac flo
rentini copias & opes pollicebantur ſi alpes tranſ
mittens contra venetos exercitum mouiſſet fru
ſtra tentato cum duobus milibus equitũ per Alo
brogos itinere quos nunc Sabaudienſes vocant
æſtateque in ea re pene conſumpta. Sauonã alio
itinere atque ĩde ad franciſcum peruenit qui ac
ceſſu tanti regis & non paruis copijs atque oĩa au
ctus hoſtẽ pauidum & certamen detrectantẽ mo
uere caſtra ad montana Brixię coegit. Inde vero
exercitum circũferens ex Brixianis & Bergoma
tibus ad quadraginta oppida partim vi, partim
deditione cepit. Superueniente deĩde hyeme: cũ
in hiberna vndique itum eſſet. Renatus relicto in
Italia apud Florentinos filio male in eos & fran
ciſcum animatus in Galliã rediJt. Verũ frigeſcẽ
tibus vna cũ hyeme iã oĩm animis: exhauſtiſq̃ itẽ
aſſidua bellorũ impenſa populorum ac prĩcipum
ærarijs de pace iã antea a Nicolao põtifice tenta
ta mentio fieri cœpta eſt ad quã veneti & florẽti
ni militarẽ licẽtiã peroſi ſummo ferebãtur ſtudio.
Sed Nicolaus pontifex cõiuratione Stephani por
carij equitis Romani tum deprehẽſa rem inchoa
tam omittẽs ad ſedandũ inteſtinũ bellũ animum
adiecit. Stephanus enim maioris animi q̃ poten Stephani prodicio.
tiæ vir quidẽ in dicendo materna lĩgua eloquẽ
tiſſimus multa liberandæ patrię fiducia pręſeſe
rens (vt in prĩcipio diximus) bononiam a ponti
fice relegatur hac conditione vt ſingulis quibuſ
que diebus Niceno gubernatori vrbis ſeſe offer
ret: quem ſimulata ægritudine decipiens romam
admonẽtibus cõiuratis propere redijt. Hac mẽte

cum vrbem attigiſſet ſumptis armis populũ ad libertatem conuocando pontificem & Cardinales caperet. Verum dum feſſus longitudine itineris & diutina vigilia aliquãtulum quieſceret (aliquot enim noctes inſomnes duxerat) de regendę rei tempus & occaſionem dat. Cognita hominis audacia põtifex ſenatorem Iacobũ Lauagnolum Veronẽſem ciuem & Vicecamerarium cũ armato milite domum eius ſtatim mittit: vt captum in carcerem perducerent: Is autem aduentare armatos intelligens ad ſororẽ confugit: relicto domi baptiſta ſarra cũ aliquot ſeruis homine quidẽ impigerrimo & audaciſſimo qui domo cũ ſociis erũpens incolumis aufugit. Cognita deinde Stephani per idices fuga hominem apud ſororem in capſa delitescentẽ capiunt, & captam ac ſeriem coniurationis faſſum a d muros arcis ſancti Angeli ſuſpendunt. Eodem quoque ſupplicio afficitur in capitolio Angelus maſſa cum filio ac ſocio Sauo lecta prius euidentibus omnibus cõiurationis ſerie. M cccclij. v. Idus Ianuarij. perſecutus deinde reliquos cõiuratos omnes oppreſſit maxime vero frãciſcum cognomẽto Gabadeũ & petrũ Mõterotundũ & Baptiſtã Sarram a venetis ad ſuppliciũ deditũ. Eo em̃ cõfugerat poſt patefactã cõiurationẽ. Nicolaus autẽ qui hactenus Romanos omni genere officij & liberalitatis iuuerat quique liberior q̃ nullus antea pontifex incedere per vrbem cõſueuerat: ſibi ipſi deinceps cauẽs moroſior cũ in oẽs tum vel maxime in Romanos factus eſt. Accedentes enim alloquendi cauſa non ita facile admittebat. Acceſſit & podagra qua tũ maxime laborabat. Sed nihil fuit quod æque hominẽ cru-



ciauerit q̃ vbi audiuit Cõſtantinopolĩ & Peram eodem impetu a Thurco captam obtrũcatumq; cum multis omnium hominum milibus Conſtãtinopolitanum imperatorẽ. Captum quoque arbitrabatur & necatum Cardinalẽ Rutenum: quẽ eo (vt dixi) miſerat: ſed is mutata veſte ĩcolumis abijt. Ipſi tñ põtifici in animo fuit claſſe & milite Cõſtantinopolitanos iuuare quẽadmodũ eius literę ad ĩperatorẽ ſcriptę indicãt quibus & Græcorũ a catholica fide defectionẽ & ſimulatã in gratiã cũ latinis reditũ in calamitatibus ĩcrepat. Verũ adeo repẽte vrbs illa capta eſt vt vix de mittendo auxilio cogitare licuerit. Præterea vero ne quid deeſſet quod hominẽ cruciaret: Comes Aduerſus in iuſſu ſuo Nurſinos bello aggreditur a Spoletinis mercede cõductus. Ii enim populi de finibus inter ſe certabant. Hanc ob rem Angelũ cognomento Ronconem cum militibus eccleſiaſticis mittit qui comiti iter ĩtercluderet quo minus ad oppida ſua reuerteretur. At vero cũ intellexiſſet per angelum ſtetiſſe: quo minus redeuntem comitem milites caperent hominẽ ad ſe vocatũ ĩ arce Hadriani capitali ſupplicio afficit tertia noctis hora. Sunt autem qui ſcribant. Nicolaũ eius rei mirifice penituiſſe q̃ quę ira percitus mãdauerat adeo accurate præfectus arcis egiſſet. at Veneti fruſtra de pace mentionem fieri cernẽtes: cum eam rem ſæpius tentaſſent. Veriti ne tanta res perſuaſu Lodouici Gonzagæ a Franciſco intermitteretur: Iacobum Piceninum copiarũ ſuarum ducem cum magna equitatus parte ad Voltam celerrime mittunt. qua capta retruſoq; in Godiũ angelo comitis nõ ſine aliquo lodouici incõ-

Cõſtãtinopolis a thurcis capitur

modo qui tum ibi ægrotabat:hominē in hiberna
reuocant:exiſtimantes iā ſatis motum ad peten⸗
dam pacem Lodouicum eſſe.Interim vero Simo
netus ordinis Eremitarum vltro citroque come⸗
ans:cum nunc venetos: nunc Franciſcum ad cō⸗
cordiā pluribus verbis adhortatus eſſet:eos tan⸗
dem perpulit: vt pacem initis fœderibus firma⸗
rent: quæ omnium conſenſu, quinto idus Apri⸗
lis publice per prçcones enunciata eſt. M. ccccliij.
his fœderibus vt quæ cuiuſque ante id bellū fuiſ⸗
ſent redderentur: præter Gerram abduæ: quam
frāciſcus de venetis & Caſtilionū piſchariæ quod
Alphonſus de florentinis ceperat.Hoc vero quo
firmius haberetur:vt ne Alphōſus dignitatis re⸗
giæ habitā fuiſſe rationē dignoſceret. ad hominē
mittendos legatos principes ac ciuitas cenſuere:
qui cū vndique conueniſſent: cūque Dominicus
capranicus Cardinalis ſanctæ crucis ac maior pe
nitentiarius: vir magnæ prudentiæ & auctorita⸗
tis legatus a pontifice miſſus:hortando: monen⸗
do pacis concordiæ ſequeſtrum ſe fore oſtende⸗
ret:ita ad fœdus poſt longas diſceptationes tandē
ventum eſt:vt quam veneti ac franciſcus pacem
compoſuiſſent eadem firma & ſtabilis ab omni⸗
bus haberetur:vtque ſi quæ prçceps diſſentio di⸗
ſcordia ve inter eos orta eſſet:eius tollēdæ ius po⸗
teſtatēque pontifex haberet:vtque qui arma al⸗
teri intuliſſet:cognita a pōtifice cauſa is ſtati cō⸗
munis omnium hoſtis haberetur.Data itaque pu
blica per omnes fide iureiurādoque adhibito fœ⸗
dus denique Neapoli firmatur anno fere poſt ſu⸗
periorem pacem:qua nulla memoria patrum no
ſtrorū maior aut firmior eſt habita.Omnes enim



præter genuenſes in eandem ſententiam venere:
quibus cū Alphonſo ex gēte Catelonica nequa⸗
quā conueniebat ob tributū promiſſum nec red⸗
ditum(vt alphonſus dicebat)relictum eſt etiā le⸗
gatorum negligentia vel īduſtria(vt quidā vo⸗
lunt)anſa quçdā ad bellum:qua Alphonſus poſt⸗
ea Sigiſmundum malateſtā bello perſecutus eſt:
ꝙ receptis antea a ſe mercedis nomine pecunijs
trāſitione facta cū Florentinus hoſtibus ſuis cōtra
ſe militaſſet.Nicolaus autē pōtifex ſiue tçdio ani⸗
mi quo maxime cruciabatur poſt captā Conſtan — Mors pon
tinopolim ſiue febri & podagra qua potiſſimum — tificis.
vexabat:pōtificatus ſui anno octauo moritur.M.
ccccLv. Sepeliturque in baſilica petri honorificē⸗
tiſſima pōpa cuius in ſepulchro hoc Epitaphium
merito inſcriptum eſt.

Hic ſita ſunt Quinti Nicolai antiſtitis oſſa:
Aurea qui dederat ſecula Roma tibi.
Conſilio illuſtris: virtute illuſtrior omni
Excoluit doctos doctior ipſe viros.
Abſtulit errorem quo ſciſma infecerat orbem.
Reſtituit mores, mœnia, templa, domos.
Tum Barnardino ſtatuit ſua ſachra Senenſi
Sancta iubilei tempora dum celebrat.
Cinxit honore caput Federici coniugis aureo
Res italas icto fœdere compoſuit.
Attica Romanæ complura volumina linguæ:
Prodidit:en tumulo fundite thura ſacro.

Laudatur quidē eius liberalitas qua ī oēs vſus eſt
maxime erga literatos: quos & pecunia & officijs
curialibus: & bñficijs mirifice iuuit. Eos eñ præ⸗ — Doctos in
mijs nūc ad lectiones publicas: nūc ad cōponēdū — ꝑcio ha⸗
de īegro aliquid nunc ad vertēdos Græcos au⸗ — buit.

thores in latinū ita perpulit: vt literę Gręce & La
tinæ quæ ſexcentis iam antea annis in ſitu & tene-
bris iacuerant: tū demū ſplendorē aliquē adeptę
ſint. Miſit & viros literatos ꝑ omnē Europā: quo-
rum induſtria libri cō quirerentur: qui maiorum
negligētia: & Barbarorū rapinis iā perierāt. Nā
& pogius Quintilianū cum inuenit: & Enoch A-
ſculanus Marcū celiū apiciū & pōponiū Porphi-
rionē in Horatij opera ſcriptorē egregiū. Aedifi-
cauit præterea magnifice & ſplēdide: cum in vr-
be tum in vaticano In vrbe ædes pōtificias apud
ſanctam Mariam a præſepe. Reſtituit & templum
ſancti Stephani ī cœliomonte: a fundamentis ve-
ro erexit ſancti Theodori templum inter palati-
um & capitolinum montem in plano ſitum pan-
theon quoque in medio vrbis poſitū tēplum ve-
tuſtiſſimū. M. Agrippæ opus plūbeo tecto reſti-
tuit. In vaticano autē & pōtificias ædes ſumptuo
ſi operis in hanc formam quā nunc cernimus re-
degit: & muros Vaticani pręaltos & latos incho-
auit iactis inſanis fundamentis ad turres & maio-
rem molem ſuper ædificandam quibus coerceri
hoſtes poſſent: ne ædes pōtificis & beati Petri tē-
plum (vt antea ſępe factum eſt) diriperentur. In-
choauit præterea ad caput tēpli Beati Petri am-
plam teſtudinē: quam vulgo tribunam vocant
quo templum ipſum auguſtius & hominum ma-
gis capax eſſet. Pōtem quoque Miluium reſtituit:
& ædes egregias ad balnea viterbiana ædifica-
uit. Iuuit & multos pecunia qui in vrbe ædifica-
bant eius etiā mandato vici vrbis fere ōnes ſtra-
ti ſunt. Eleemoſinas quoque multas in pauperes
erogauit: maxime vero in nobiles ad inopiam ob



varios rerū humanarum caſus redactos. Virgi-
nes inopes ſua pecunia & munificētia maritis col
locauit. Legatos aliunde veniētes munifice ſem-
per ſuſcepit: nullo non genere honoris & liberali-
tatis adhibito. Facilis ad irā fuit: ne mētiar quip-
pe qui biloſus erat: facilis etiā reditu ad beniuo-
lentiā hoc eſt quod anſam maliuolis dedit ad car
pendū hominē de deo & hominibus optime me-
ritum: Auaritiæ autē adeo expers fuit: vt neque
officium vllum vendiderit vnquā, neque bene-
ficiū ſimoniaca prauitate ductus vlli collocaue-
rit. Gratus erga de ſe & eccleſia dei meritos: ama-
tor iuſtitiæ: pacis auctor & cōſeruator clemens in
delinquētes: Cerimoniarū diligentiſſimis obſer-
uator nihil quod ad diuinū cultū pertineret omit
tens. extant adhuc vaſa aurea & argētea, extant
cruces gēmis ornatę, extāt & ſacerdotales veſtes
auro & margaritis inſignitę extant peripetaſima
ta & Aulea auro & argēto intertexta, extat & mi
tra pōtificia quę hominis munificētiā nobis oſten
dūt. Omitto tot libros ſacros ſuo iuſſu deſcriptos
auro & argento redimitos licet inſpicere biblio-
thecam pontificiam ſua induſtria & munificen-
tia mirifice auctam. Religioſos (vt vernaculo vo
cabulo vtar) ita amauit vt eos & mira beneficen
tia & eccleſiaſticis bñficijs iuuerit. Beatum quoqꝫ
Bernardinum Senenſem ordinis minorum in ſan
ctos retulit: ꝙ prędicando, docendo, monendo,
caſtigando etiam factiones Italiæ guelpham ſci-
licet & gibellinam magna ex parte extinxerit &
chriſtianis hominibus bene beateque viuēdi viā
oſtenderit. Cuius corpus nunc etiam aquilæ ma-
gna cum veneratione inuiſitur.

CAlixtus.iij. Alphonſus cognomēto
Boria antea vocatus: natione Hiſpa
nus patria Satiuenſis. Valētinæ dio-
ceſis: patre Ioanne, matre franciſca
generoſis parentibus natus, ac libe-
re educatus: Cardinalium ſuffragijs pōtifex crea
tur. vi. idus Aprilis. M.ccccclv. Is enim quartum-
decimum natus annum poſt prima literarum
Cōmēdatio pōtificis.
rudimenta ad Ilerideſe gymnaſium miſſus: tan-
tum ſtudio & diligentia profecit: vt breui doctor
in vtroque iure factus. acute ipſe alijs & perdo-
cte deinceps legerit. hanc ob rē petrus luna (quē
Benedictum. xiij. appellarunt) proprio motu ne-
mine rogante canonicatum Ileridenſis eccleſiæ
ei contulit. Verum cum iam eius doctrina omni-
bus nota eſſet: ad Alphonſum Aragonum regē
profectus; eius conſilio & ſecretis ſtatim adhibe-
tur. Cum autem a Martino pontifice eccleſiæ Ma
ioricēſis gubernator factus eſſet: perſuaderentq;
amici vt eccleſiā ipſam ī titulum acciperet: factu-
rum ſe id renuit: ꝙ diceret ſe expectare epiſcopa-
tum Valentinū: quē haud ita multo poſt ſuo me-
rito conſecutus eſt. Cum enim mortuo Benedi-
cto decimotertio duo illi Anticardinales de qui-
bus in Martino mētionē fecimus: Aegidium quē-
dam Barchinonenſem canonicum in locum de-
mortui Paniſcholæ pōtificē creaſſent: quem Cle-
mentem octauum appellabant: eo ſtatim miſſus
ab Alphonſo rege: qui iam cum Martino ponti-
fice in gratiam redierat Alphonſus Boria eſt non
ſine magno ſui ac comitū diſcrimine: adeo locus
ille Paniſcholæ tyrannice cuſtodiebat: ab his po-
tiſſimū quorū maxime ītererat diſcordias alere.



Qui Alphōſus adeo rationibus & auctoritate Ae
gidium ipſum ad ſanitatē deduxit: vt poſtea ſup-
ueniente Petro fuſo Martini legato pōtificio nomi
ne ſe abdicauerit: in poteſtatēq; pontificis deuene
rit. Hanc ob rē martinꝰ & Aegidiū maiorēſem &
Alphonſum Boriā Valētinū epm creauit. Orto
deinde bello inter alphōſum aragonię & Ioannē
caſtellæ reges ſolus Alphōſus Boria delectus eſt:
qui ad pacē & concordiā reges adhortaretē: quam
ſeptēnio poſt inchoatū bellū tanta cum diligētia
cōpoſuit contracta etiā inter eos affinitate, vt ho
die quoq; illius fœderis pacta ſeruētur. Verū cū po
ſtea inualeſcēte baſilienſi cōcilio: rex Alphōſus q
tum i regno Neapolitano bellum gerebat roga-
retur: vt aliquē ex ſuis eo mitteret: Alphonſo Bo
riæ id negocium demādauit: qui ægreferēs rē tam
pnicioſi exēpli ſibi cōmitti: cū regina egit alphon
ſi vxore: vt in Italiā ad regē ꝓficiſceretē cū Ferdi
nando regis filio; eumq; adhortaretur: vt tādem
poſt multos labores: & tot pericula adita: in qui-
bus tū etiā frequēter verſabatur in patriā rediret.
Rex aūt ſe id facturum abnuēs: hoīem ad Eugeni
um miſit; qui tū Florentiæ erat quo cum de pace
ageret. vitelleſcus eīm Eugenij nomine regnū Ne
apolitanum armato milite ingreſſus: longe ac la-
te omnia populabatur ꝓhibiturus quo minus rex
Neapoli; quam tum oppugnabat potiretur. Cum
autē in longum res protraheretur: Eugenioq; in
mentē veniſſet viginti cardinales creare valēti-
num epm horum in numerū retulerat. Quā qui-
dem dignitatē conſtantiſſime renuit ꝙ diceret id
ſibi nequaq̄ integrū eſſe re p̄ſerti ob quā venerat
infecta. Redeunte deinde Romam Eugenio; cum

patriarcha aquileienſis Tarracinã ad regẽ miſſus
pacẽ inter põtificẽ & regẽ cõpoſuiſſet, fœderaque
iniſſet, quibus Valentinus epiſcopus ſemper in-
terfuit auctoritatemque ſuam interpoſuit: & di-
ligentiam adeo a põtifice diligi cœptus eſt, vt eũ
breui Cardinalẽ creauerit tituli ſãctorum quatu-
or coronatorum, Romãq; ad ſe accerſierit. Nõ mi
nore modeſtia in cardinalatu vtẽs q̃ antea ĩ epiſ-
copatu fecerat, ab oĩ põpa & inani gloria alienꝰ ſẽ
per fuit. In dicẽdis aũt in ſenatu ſententijs ita gra-
uis habebat: vt nihil vnq̃ p adulationem & gra-
tiam locutus ſit. Mortuo deĩde Eugenio eiuſq; ſuc
ceſſore Nicolao pontifice. Alphõſus boria (vt di
xi) in ædibus ſancti Petri pontifex creatus Calix-
ti nomẽ de more ſuſcipiẽs, bellũ Thurcis ſtatĩ in-
dixit. Id ſe ante pontificatũ vouiſſe oſtẽdens ſuo
chirographo his verbis ſcripto, quod ĩ libro quo
dam ſuo extabat. Ego Calixtus pontifex deo om
Votũ Calixti cõtra thurcas. nipotenti voueo, & ſanctæ indiuiduæ trinitati me
bello, maledictis, interdictis, execrationibus: &
demum qbuſcũq; rebus potero Thurcos xpiani
nominis hoſtes ſæuiſſimos pſecuturum. Admira-
ti ſunt om̃es qui aderant q põtificatus nomen ſi
bi deſumpſiſſet ante adeptã dignitatẽ, q̃q; homo
ſenex, ac fore decrepitus tantum animi haberet.
Vt aũt qaod pmiſerat reipſa pſtare poſſet, pdica
tores per totam Europã ſtatĩ miſit, qui omnes chri
ſtianos in Thurcos animarent, quiq; facultatum a
liquid & opum ſuarum ad tantam expeditionem
conferrent. Ex his autem facultatibus ad ſexdeci
triremes Romæ ędificatas in hoſtem miſit patri-
archa Aquileienſi pręfecto: qui triennio mariti-
ma hoſtium Aſianorum vexauit: inſulas quaſdã



cepit: ac magnas calamitates hoſtibus intulit. Al
phonſus autem rex & Burgundiæ dux crucis ſi-
gnum ſuſcipientes: ituros ſe quoque in hoſtem p
fitebantur: vel armatos milites eo miſſuros. Ve-
rum cum res vno impetu mota eſt ita etiam faci-
le reſedit: principibus ipſis ob voluptatem rem tã
tam & magnam gloriam parituram omittẽtibꝰ.
At vero dum põtifex ipſe de more in baſilica la
teranenſi coronaretur: duo milites quroum alter
ſub comite aduerſo: alter ſub Neapolione Vrſino
diuerſarum partium ducibus militabat. de adole
ſcente armigero contendentes: ita ſe mutuis vul-
neribus confecere: vt vterq; ſtatim perierit. Hanc
ob rem Neapolio factionem Vrſinam ad arma
cõuocans: ædes vbi comes aduerſus diuertere cõ
ſueuerat diripuit: aberat tum Comes: Ad latera-
num itaque iturus Neapolio: vt comitem adori-
retur: ægre a latino fratre: & a Camerario ponti-
ficis retentus eſt. Non poterat certe ſine magna
vrbis calamitate eo proficiſci Neapolio cum to-
ta Colũnenſium factio: q̃ comiti fauebat iã in ar-
mis eſſet. Miſerat & ad vtrumq; pontifex Ioannẽ
Baruncellum: & Lelum de Valle aduocatos con
ſiſtoriales: qui pacem inter eos componerent: atq;
hoc modo auctoritate pontificis ſedata ſunt om-
nia non tamẽ vetus ſimultas inter eos ſublata eſt:
bello enim ſæpius inter ſe concertarunt cum ma
gno ſuorum incommodo. Pontifex autem ad trã
ſigenda negotia pontificia animum adijciens: bea
ti Vincentij hiſpani ordinis prædicatorum & bea
ti Edmundi anglici memor: eos in ſanctos retulit. Beatus Vincentius & Edmundꝰ canonizãt
Ob eamque rem ſupplicationibus deo gratias e-
git: ab eccleſia Mineruę vſq; ad ſanctum Petrũ cõ-

tinuato magno cleri ac ppl'i Romani apatu. verũ
ne quid ad diſturbandã eccl'ię quietẽ deeſſet: ruſti
ci quidã Palũbarę oppidi quod ĩ Sabinis eſt extor
res, antea a Iacobo ſabello loci dño facti domũ re
deuntes, duobus Iacobi filijs obtrũcatis eccl'ię op
pidũ ipm ſe dedituros polliciti ſunt, qd̃ nõ mõ Ca
lixtus renuit: verum ẽt eo Cardinalẽ Colũnẽſem
miſit, q in grãm Iacobi eos redigeret. Tũ vero ne
apolim veritus ne cardinalis palũbarã ſuo nomie
occuparet, eo cum militibus ſuis profectus, locum
ipm aliquot dies obſedit. verum ſuperueniente
Mattheo Poiano & Franciſco ſabello ac pleriſq; a-
lijs militum ductorib⁹ pontificis ac cardinalis co
lũnenſis mandato ſoluta obſidione Palumbarã i-
greſſi ad viginti ruſticos ex his potiſſimũ qui tu-
multum concitauerant laqueo interẽptos mem
bratim diuiſere, cæteris exẽplum daturi ne in do-
minos ſuos tam grande facinus molirentur. Ap-
parente deĩde p aliquot dies cometa crinito & ru
beo: cũ mathematici ingentẽ peſtẽ: caritatẽ anno-
næ: magnam aliquam cladẽ futuram dicerẽt. Ad
auertendã iram dei Calixtus aliquot dierum ſup
plicationes decreuit: vt ſi quid hoĩbus immine-
ret totũ id ĩ Thurcos xp̃iani noĩs hoſtes conuerte
ret. Mandauit p̃terea: vt aſſiduo rogatu deus fle-
cteretur: in meridie cãpanis ſignũ dari fidelib⁹ oi
bus vt orationibus eos iuuarẽt: q cõtra Thurcos
continuo dimicabant. Crediderim tum ego p̃ci-
bus oĩm xp̃ianos ad Bellogradũ cõtra thurcos di
micãtes duce Ioanne Vaiouada viro clariſſimo a
ſtante etiã Ioanne capiſtrano ordinis minorũ: cru
cẽq; pro vexillo hoſtibus inferẽte: eos Bellogra-
dum opugnantes ingenti clade ſuperaſſe. ad ſex

Ruſticorũ factiones puniũtur.

Cãpanę quę in meridie pul-ſant.



enim hominũ milia ex hoſtibus interfecta ſunt: cũ
parua noſtrorũ manu. vt Caruagialla Sancti An
geli Cardinalis ad põtificẽ & ad Dominicũ capra
nicũ ſãctę crucis cardinalẽ ſcripſit. Hoſtium quo
q; commeatus oẽs & ad centum & ſexaginta bõ-
bardę captæ ſunt: qua clade pterritus Thurcus cõ
ſtantinopolim ꝓpere ſe recepit. Actum de crude
liſſimo genere tunc certe fuiſſet: ſi chriſtiani prin-
cipes omiſſis inteſtinis bellis & odijs terra ac ma-
ri tantã victoriã pſecuti fuiſſent quẽadmodũ Ca
lixtus p̃dicabat & monebat. Verum his reſũptis
viribus & Trapezon prius ĩperatore interẽpto, &
Baſſinam deinceps rege ip̃o capto atq; interfecto
poſtea cepit admonentibus chriſtianos oẽs his q
rerum experientia & locorũ cognitione tantã cla
dem a longe tanq̃ e ſpecula q̃dã p̃uidebant. Non
ceſſabat Calixtus literis & nuntijs principes xp̃i-
anos adhortari: vt in tanto malo oculos aliquãdo
aperirent: fruſtra remedia deinceps q̃ſituros: vbi
iam hoſtis inualuiſſet. Ecce aũt dũ vir bonus hæc
meditatur & cõmodat Iacobus Picenninus a Ve
netis diſcedens cũ magno equitatu ac peditatu in
agrum Senenſem hoſtili aĩo deſcendit repetens a
Senenſibus aliquot millia numũ aureorũ. quæ (vt
dicebat) patri Nicolao qui eorũ auſpicijs quondã
militauerat ipi merito debebãt. Senenſes aũt ſuæ
reipu. conſulturi oẽs Italiæ principes ex fœdere in
auxilium vocant. maxĩe vero pontificẽ. qui eos
primo admonuit. vt ne quadrantẽ quidẽ Iacobo
darent. deinceps vero & milites ſuos contra Picẽ
ninum ipſum miſit ac principes Italiæ adhortatus
eſt: vt idem ipſi facerent, ne aliquod graue incen
dium in Italia excitaretur: qd̃ non ita facile extin

gui poſſet. Veriti oẽs id certe eueniret: qđ põtifex
ꝑdicabat: auxilia propere Senenſibus miſere. Sol9
aũt Alphonſus qui Iacobo fauebat. hominẽq; ad
ſe vocauerat, eius beniuolentiæ memor quam an
tea cum patre Nicolao Picennino contraxerat Se
nenſibus ex fœdere auxilio non fuit, immo vero
& comitem Pitilianum in Senenſes ita concitaue-
rat: vt tanti mali prima cã inde exorta videatur.
Verum ſupuenientibus auxiliaribus copijs tum
a Franciſco Sfortia, tum a Venetis eo redact9 eſt
Picenninus aliquot ꝑlijs, ſi non fuſus ac mutilatus
& debilitatus: maxime vero ad orbatellum: vt cõ
ſcenſis Alphonſi triremibus, q̃ ad hominem miſ-
ſę ſunt, rerum omnium inopia laborantem in re-
gnum tanta re fruſtra tentata ꝓfectus ſit. Quare
& Calixti & ſociorum opera atq; auxilio Senẽſes
magno periculo liberati ſunt, q certe non minus
inteſtino q̃ externo bello, tum laborabant, cũ nõ
deeſſent ciues quidã, qui ſpreta libertate factionẽ
Alphonſi ſequerentur, quorũ etiã opa tm̃ bellũ
cõcitatũ crediderĩ. Sed ciues bñ ſentiẽtes, aut pul
ſis aut cæſis male de patria merentibus libertatẽ
quam tum magno labore & ſumptu pepere, nunc
etiam & quidem diligenter tuentur. Animaduer
tere & tum acerrime ĩ militarem licentiam & trãſ
fugas, interfecto Giberto corrigia eiuſq; milite in
ꝑdam dato paululum quoq; abfuit quĩ idẽ etiã Si
giſmundo malateſtæ acciderit. qui cũ eorum ſtipẽ
dio militabat quiq; & bellum in lõgum ducebat.
& prędam ex agris eorum non aliter abigebat ac
ſi hoſtis eſſet. Eodẽ quoq; anno tantus ĩ regno Nea
Terręmo politano terręmotus exortus eſt nonis decembri
t9 neapoli bus, vt & multa tẽpla & plures ædes cum magno



hominũ ac pecorum interitu corruerint, maxime
vero neapoli, Capuę, caietę aduerſæ, cęteriſq; ve-
teris campaniæ vrbibus, quarũ ruinas ego cũ ma
xima admiratione deinceps inſpexi dum cernen-
dę vetuſtatis ſtudioſus eo me cõtuli repetebat tũ
votum alphonſus tertio quoque verbo qđ ĩ Thur
chos fecerat, & ſe quod vouerat breui facturũ di-
cebat. verum nec ſic quoque impelli ad ſanctam
militiam potuit, adeo erat illecebris Neapolitani
regni irretitus. Calixtus autem ſedatis italię reb9
nouem cardinales creat, quorum duo ex ſororib9
fuere eius nepotes Rhodoricus boria. & L. Ioan-
nes cognomento nulano ex ſorore nepos. Aeneã
quoque Senenſem epiſcopum Cardinalem crea-
uit, cuius opera in componenda Italiæ pace, dum
Senenſes bello vexarentur vſus fuerat. Verum
mortuo comite Taliocotij quem ſuperiore anno
pontifex vrbis pręfectum creauerat, ſtatim inter
Aduerſæ comitem & Neapolionem Vrſinum or
ta diſſentio eſt, cum Aduerſæ comes Mõticellum
non longe a Tybure poſitum occupaſſet, q dice-
ret eam hęreditatem ad nurum ſuã pertinere co-
mitis filiam contra inſtaret Neapolio id ſuum eſſe
debere iure hęreditario, quippe cũ comes ipſe ex
gente Vrſina haberet. Ex altercatione aũt duorũ
de hæreditate inter ſe armis etiã cõcertantiũ, ma
xima dãna populus Romanus tũ certe ꝑpeſſus eſt.
Verũ cõpoſita hac etiam controuerſia. iuſſo vtro
q; ab armis diſcedere Calixtus Boriam nepotem
ſuum & vrbis ꝑfectum creauit in locũ demortui
comitis: & eũdẽ militib9 eccl'iaſticis ꝑfecit. quo fa
cilius Barones Vrbis Romæ in officio cõtineret.
Mortuo vero nõ ita m'lto poſt Alphõſo hærede le

gitimo carentē:tāti animi Galixtus fuit: vt regnū
illud repetere ſit auſus:dictitās id ad ſedē apoſto-
licam Alphonſi morte iure Feudatario deuolu-
tum eē.Parabantur iā vtriq; arma:nec Ferdinan
dus alphōſi hęres aīos hoīs cōtēnebat. Norat eīn
hoīs ingeniū & aīe eius āplitudinē. Verū eius mor
te diſturbata ſūt oīa:& tāto metu Ferdinādus li-
beratus eſt. Morit̄ aūt Calixtus pōtificatus ſui an-
Mors Calixti. no tertio.mēſe tertio:die decimoſexto: ſepelit̄q; ī
vaticano ad ſiniſtrā baſilicæ ſcti Petri ī tēplo rotū
do qđ ſanctę Marię ī febribus dedicatū eſt Nicolai
īpenſa ātea reſtitutū.Morit̄ etiā nō multo poſt Bo
rię nepos,q̄ ī ciuitatē veterē confugerat Vrſinę fa
milię odia declinās q̄ ipē cōtraxerat, dū alteri fa
Laus Calixti. ctioni magis fauet.Calixtus aūt ī oī vita vir inte
gerrimus eſt habitus,ſed eius p̄cipua laus eſt,ꝙ dū
ep̄s eſſet aut Cardinalis,bn̄ficiū aliqđ in cōmēda
tione nūq; voluit,dicens ſe vna ſponſa & quidem
virgine cōtētū eē,hoc eſt eccl'ia Valentina vt ius
pontificium mādat.Elemoſynas p̄terea pauperi-
bus xp̄i & ſeruis dei frequēter dabat,tū publice tū
priuatī. Virgines paupes collata dote maritis col
locabat.Nobiles ad inopiā redactos ſua īpenſa in
vita retinebat.vtebat̄ & munificētia erga princi
pes,qñ opus erat:maxime vero erga eos qui no-
men xp̄ianum auctoritate & opib9 ſuis iuuare po
terant. Ad vſum caſſanum Perſarum & armeniæ
principem ad regem Tartatorum Lodouicū Bo
nonienſem ordinis ſcti Franciſci frēm miſit,cum
multis & magnis muneribus eos in Thurcū exci-
tans qui perſuaſu hominis & magnas thurcis ca-
lamitates intulere & oratores ſuos quos ad Calix
tum deſtinauerant ad pium pontificē demum mi



ſit:quos certe cū admiratiōe:tum ad īterualla lo-
corū vnde venerāt: tum vel propter habitū no-
ſtris oculis inſuetū inſpeximus.Ferūt vſum caſſa-
num ſuperatis perſępe hoſtibus ad pontificē ſcri-
pſiſſe ſe quidē victoriam ex hoſte reportaſſe ob
preces ab eo ad deū habitas eiuſque bn̄ficij diuini
potiuſquā humani ſe aliquādo memorē futurum
Inchoata hec amicitia a calixto eſt quē nunc con-
ſtāter xp̄iani cū ipſo pricipe retinēt: qui Thurcū
cōtinuis pręlijs vexat. In ædificijs autem paruos
ſumptus fecit ꝙ ei parum viuere licuit ꝙq; pecu-
nias ī vſum tāti & tam periculoſi belli colligebat.
Reſtituit ſolū ſanctę Priſcę ī auētino tēplū & mœ-
nia vrbis dirupta ac fere ſolo æquata Aulea ta-
men quędā auro ītexta ab eo empta cernūtur: In
victu ſuo parcus eſt habitus ī ſermōe modeſtiſſi-
mus. Facilis aditu quantū ei p̄ ætatē licebat:iā eīn
octogeſimū attigerat annū nec tñ de ſtudijs ſuis
quicquā remiſerat.Legebat ipē, aut legētes audi-
ebat.ſi quid ī tāto rerū faſtigio ei tēporis ſuperat.
Officiū trāſfigurationis. Officiū trāſfiguratiōis dñi noſtri Ieſu xp̄i ipē cō-
poſuit,iuſſitq; eo modo atq; cū his īdulgētijs cele
brari quibus celebritas corporis xp̄i ī precio ha-
betur.Oratores ad ſe veniētes mira beniuolētia
cōplectebatur.Quorū precibus aut poſtulatis ab
honeſto diſcedere nūquā voluit.hāc ob rē cū Al-
phōſo ſimultates exercuit, ꝙ is peteret ep̄atus in-
terdū his dari,quibus vel propter ætatē vel igno
rantiā, tū literarū, tū rerū humanarū cōmitti ne-
quaquā debebat. Moriēs autē Calixtus cētum &
quīdecī milia numū aureorū reliquit quos ī vſus
bellicos cōtra Thurcos cōparauerat. Dū autē ca-
lixti funus celebraret̄, moritur & dn̄icus ſanctæ

crucis Cardinalis & ſummus pœnitenciarius: vir
quidē grauis ac ſapiētiſſimus: ſepeliturq; in tēplo
Mineruę bonis oībus prę dolore lachrymātibus.

Fert̄ F. Philelphū huic pontifici hoc diſtichon
trāſmiſiſſe. Et legit̄ ecōuerſo ī ignominiam.

Laus tua non tua fraus: virtus non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium

Cui tādem ſagaciſſimus pōtifex altero diſticho
reſpondit hoc modo.

Si mihi pro numeris numeros fortuna dediſſet
Non eſſet capiti Laurea tanta meo.

## Pius II.

PIus .ij. Aeneas cognomento: Picolhomi-
neus antea vocatus natione Italus ſenis
oriundus corſiniani ortus patre Syluio:
matre victoria: Patrum omniū conſen-
ſu pontifex creatur tertiodecimo Kalend. Septē-
bris. M.cccclviij. Nam pater eius a plębe Senenſi
cum reliqua nobilitate e repu. deiectus vt ad fun-
dum gentilitium Corſianum vallis vrciæ oppi-
dum ſe conferens: infantē eo loci ex vxore ſuſce-
pit: Nato puero: Aeneas ſyluius nomen pater in- Viſio matris Pij.
didit. Puerpera autē per quietē viſa eſt ſibi īfan-
tem cum mitra parere: quæ (vt pronę ſemper in
peius mentes hominū ſunt) verita eſt ne ſomniū
illud puero & familiæ ignominiā portēderet ne-
que ātea huiuſcemodi ſuſpitiōe leuare potuit quā
poſtea intellexerit filiū Tergeſtinum epm̄ deſi-
gnatū fuiſſe quo nūcio ōni prorſus metu liberata
immortali deo gratias egit: q. defunctū meliore
fato q̄ ipſa coniectauerat filiū ſibi videre cōtigiſ-
ſet. Prius tn̄ cū iā per ætatē diſcere aliquid potuiſ-
ſet: Corſiniani ſingulari memoria & ſumma do-



cilitate grāmaticā didicit parce adeo ac duriter
vitā ducēs: vt omnia ruris officia ob inopiā adire
ſit coactus. Annū vero decimū & octauum agens
Senas proficiſcitur vbi a neceſſarijs & cognatis
adiutus poetas primo mox oratores audiuit qui-
bus facultatibus tantū ingenio & diligētia valuit:
vt breui pręclara poemata latina & hetruſca lin-
gua ediderit ludens credo in amorē quo ætas illa
maxime cōflictatur. Inde vero ad ius ciuile ſe cō-
tulit: quod pfecto nō ita multo poſt deſerere co-
actus eſt. Orto nāq; iter Senēſes & Florētinos bel-
lo caritatē annonæ veritus: Et nobilitatem plæbi
Senēſi ſuſpectā cernēs volūtarium ſibi velut exi-
lium adſciuit: ſecutus ampliſſimū virum dn̄icum
capranicum qui tum Senis iter faciens ad Baſili-
enſe cōcilium proficiſcebatur queſtum iniurias
ab Eugenio pontifice ſibi illatas propter denega-
tum galerum Cardinalatus inſigne quo etiā ab-
ſente Martinus ob eius virtutē & integritatē me-
rito donauerat. Huius igit̄ cōtubernio vſus poſt
longos itineris labores ſuperatis alpibus cœlo vi-
cinis & cōgelatis niuibus opertis per inferni pon-
tem: lucernę lacum Heluetiorum cāpos Baſileam Infortūia
tandem peruenit. Quo in cōuentu & ſi multa ne- Pij æneæ.
gocia Aeneæ Dn̄ici ſecretario obuenerīt ſemper
tn̄ eſt aliquod ocij ſuffuratus quod literis trade-
ret. Dn̄i cum deinceps paupertate & īopia circū-
uentum quippe cui beneficiorum & paternę hę-
reditatis prouentum omnem Eugenius denega-
bat relinquere non ſine lachrymis cogitur: Bar-
tholomeum Nouarienſem epm̄ ſecutus quo cum
Florētiā vbi Eugenius pontifex erat peruenit: ſed
hunc quoq; in iudicium ob crimē leſæ maieſtatis

ab Eugenio accerſitũ æneas reliquere impellitur
Nicolaũ ſanctę Crucis Cardinalẽ ſecutus patrẽ
certe optimũ ac oĩm opinione ſanctiſſimũ: qui at-
trebatũ profectus Eugenij iuſſu: vbi cõuẽtus Gal
lorũ principum habebatur pacẽ inter ducẽ Bur-
gundię (qui cũ Anglis ſentiebat) & regẽ Frãciæ
cõpoſuit. Redeũte autẽ in Italiã Nicolao quẽ ve-
neti ac philippus Mediolani dux auctorẽ cõpo-
nẽdę pacis requirebãt: Aeneas admodũ nõ euge
nio gratus Baſileã proficiſcẽs magno ſemper in
honore apud oẽs eſt habitus. Fuit eñ ſcriba ĩ Sy-
nodo illa celeberrima & literarũ apoſtolicarũ ab-
breuiator Duodecĩ vir q magiſtratus ĩ tãto cõ-
uentu Cẽſorius habebatur. Nihil eñ publice per
quẽpiã agi poterat niſi horũ grauiſſima auctori-
tas ĩteruenisſet & ſi qui amiſſi ad cõſultãdũ de re-
bus conciliaribus minime idonei habiti ſunt: ho-
rũ iuſſu ſenatu mouebãtur. Erãt ĩ eo cõcilio qua-
tuor cõuẽtus qui deputationes more aulico vo-
cabãtur apud quos de fide, de pace, de reforma-
tione, de cõmunibus agebatur his magiſtratibus
ſinguli prę̃ſideres ſingulis mẽſibus pręficiebatur,
In deputatione fidei cui Aeneas erat aſcriptus ſę-
pe pręſedit inter collatores bñficiorũ bis quoque
electus in eo autẽ cõuentu perſępe orauit ſed illa
eius oratio egregia & elegãs eſt habita: qua in eli-
genda cõcilij ſede idonea: Auenioni Vtinę, Flo-
rẽtię, Papiã anteferendã oſtẽdit rerũ oportunita-
te, ſitu loci ædiũ priuatarũ magnificẽtia, cœli be-
nignitate & clemẽtia, cõmoditate rerũ oĩm, quæ
vrbi poſſunt ĩportari. liberalitate philippi ducis.
Cũ vero aliquid ꝑ natiões agẽdũ erat, vnus ſem-
per ex Italica deligebatur, qui rebus agẽdis præ-



eſſet, tanta erat in homine morum facilitas, & in-
genij dexteritas. Legationes vero plures concilij
cauſa obiuit, Argẽtinã tertio, Tridentum ſemel,
Conſtãtiã ſecundo, Frãcofordiã ſemel, in Sabau-
diã iterum mittitur. Deſignato autem poſt lon-
gas conſultationes concilij in pontificem Fœlice
eugenioque excluſo, cum octo viri ex vna qua-
que natione deligerentur, quibus ſumma pote-
ſtas ĩ rebus cõciliaribus permitteret, Aeneas põ-
tificis ſecretarius magiſtratũ illum vltro ablatũ
renuit: orator deĩde ad Fe dericũ ĩperatorẽ a fœ-
lice miſſus tãtum dexteritate ĩgenij apud hominẽ
valuit, vt eũ corona poetica donatum in amicos
& ꝓtonotariũ recepit, ita eos Germani appellãt
quos prĩceps ſecretis adhibẽt. Relatus deĩde ĩ Se-
natoriũ ordinẽ quẽ prĩceps ĩ rebus grauibus cõ-
ſulit. tãtum valuit doctrina & auctoritate vt fa-
cile ĩ quauis re ad ĩgeniũ ꝑtinẽte primus hẽretur:
licet æmulos & obtrectatores multos habuerit.
Interĩ vero cũ de abolẽdo ſciſmate ĩter Eugeniũ
& ĩperatorẽ agi cœptũ eſſet: eiuſq; rei cauſa ad põ
tificẽ æneas ꝓficiſceret: Senis aliquãdiu moratus
a ſuis vehemẽter rogatur ne ad Eugeniũ ꝓficiſce
retur: veriti eñ ſunt ne ĩ eum põtifex grauiter a-
nimaduerteret ꝙ eius auctoritas ĩ Baſiliẽſi cõci-
lio ab ænea epiſtolis & oratiõibus ꝑſępe ĩpugna-
ta diceretur. At homo cõſtãs ſua innocẽtia fretus
ſpretis cognatorũ precibus Romã proficiſcẽs: ſe
primũ apud Eugenium elegãti oratiõe purgat ꝙ
eorum auctoritatẽ ſecutus eſſet quorum ſentẽtia
Baſiliẽſe cõcilium fuerat approbatum. Deĩde ve-
ro his de rebus cum eo agere cœpit quarum gra-
tia ab imperatore venerat.. Miſſis deinde in Ger-

Aeneas poeta laureatus.

maniã duobus ab Eugenio oratoribus quorum
alter Thomas Sarzanus fuit alter vero Ioannes
Caruagialla tãdẽ horum virtute & Aeneę indu-
ſtria (vt in Nicolao diximus) neutralitas ſublata
eſt. Vt vero etiã id rebus nõ verbis tãtum appa-
reret: ĩperator Aeneã ipſum Romam mittit: qui
eugenio publice diceret ſe ac Germanos oẽs ĩ hu
manis diuiniſq; ei deinceps obtẽperaturos. Mor-
tuo autẽ eo tẽpore eugenio: dum alier põtifex in
locum demortui ſuffragiis patrum deligitur æ-
neas cõclaui pręfuit: nullus enĩ orator tum in vr-
be erat tãto munere dignior. Creato autem Nico
lao põtifice accepta abeundi venia: dũ ab Euge
nio ſubdiaconus creatus iter in Germaniã facit: e-
piſcopus Tergeſtinus moritur: in cuius locum æ-
neas ſe quidem inſcio a põtifice ĩperãte ſuffectus
eſt. Philippo præterea Vicecomite ſine hærede
mortuo a Cæſare ad Mediolanenſes Orator mit
titur: apud quos orationem habuit de ĩperio vr-
bis hæreditario: deq; fide ſeruanda. cui quidem ſi
populus ille obtẽperaſſet: adhuc libertate fortaſ-
ſe vteretur. ſecundo vero ad eos rediẽs: extrema
queq; ob libertatem patientes obſidente Medio-
lanum frãciſco Sfortia vrbem ipſam cum maxi-
mo diſcrimine ĩgreditur relictis ad Nouicomiũ
collegis: quos timor ab officio deterruerat. Inde
autem re infecta abiens ĩperatoris mãdato ad al-
phõſum Arragoniæ regem proficiſcens: epiſco-
pus Senenſis vnde originem ducebat a Nicolao
creatur: cõpoſita deinde iter Alphõſum & impe
ratorem affinitate: ad hominem in Germaniam
rediens eũ ſemper adhortatus eſt: vt primo quo-
que tempore in Italiam ad accipiendam imperij



coronam proficiſceretur. Vnde Federicus iter in
Italiam ingreſſus Aeneam præmiſit: vt Leono-
ræ vxori Luſitania vel Portugalia (vt nunc di-
citur) ad Hetruſcum littus peruenturæ honoris
gratia obuiam fieret. Qui vbi Senas peruenit: nõ
diu in Vrbe moratus populo ſuſpectus eſſe cœ-
pit: ne aduentante imperatore pulſis populari-
bus optimates reipub. gubernandæ pręficeret.
Aeneas igitur vt populũ ſuſpitione leuaret: Tha
lamonem quo Leonoram peruenturam putabat
proficiſcitur. Non tamen ob eius diſceſſum quie-
uere popularium animi. Relegata namque per a-
gros ad tempus omnis nobilitas eſt. Cui paulo-
poſt (vt mutabiles ſunt popularium mẽtes) rede-
undi in vrbem poteſtas facta eſt: cognita impe-
ratoris integritate & Aeneæ modeſtia. Is vero pi
ſas contendens: quo Luſitanos applicuiſſe intel-
lexerat puellam vni ſibi creditam ad imperato-
rem qui tum Senis erat perduxit. Romam dein-
de tum proficiſcens: & priuatim & publice dum
Cæſar corona imperij donaretur egit omnia. Im-
perator præterea ad Alphonſum ſalutãdi homi
nis cauſa iturus: Ladiſlaum regium adoleſcen-
tem quem Pannonij & Boemi furtim ab eo ab-
ducere ſæpe tentauerant. Romæ ſub tutela & cu-
ſtodia Aeneæ cui plurimam fidem præſtabat re-
liquit. Imperator autem Romam iterum redi-
ens: cum gratias pontifici egiſſet: ferrariam pro-
ficiſcitur Borſioque Eſtenſi Mutinæ duce creato:
vbi Germaniam attigiſſet Aeneã ſtatim ex man
dato pontificis cum ſumma poteſtate oratorem
in Boemiam & omnes Auſtriæ ciuitates mittit:
Orta namque erat inter eos & imperatorem cõ-

trouerſia pro Ladiſlao rege quem illi ad ſe mitti poſtulabant: ſublata autem tāta cōtrouerſia ac pace inter vtroſq; cōpoſita Aeneas haud ita multo poſt ad Conuentum Ratiſponenſem mittitur: vbi imperatorias vices gerēs pręſente Philippo Burgundiæ duce & Lodouico Baſoarię: de immanitate manifeſta Thurcorum & de calamitate reipub. xpianæ tāta cōtētiōe dixit: vt ōnibus gemitus & lachrymas excuſſerit præcipue autē philippum burgundum ad eā expeditionē adeo animare viſus eſt vt bellum ſtatī oīm cōſenſu decerneretur quod poſtea omiſſum eſt: eorum ambitione & ſtultitia qui cuncta ſibi deberi putabant. Aeneas vero ingraueſcēte iā ætate tędio laborū, ac diutina inter exteras gētes peregrinatione feſſus, redire Senas ad lares patrios inſtituerat quē tamē facile imperator e ſententia mouit cum diceret ſibi in animo eſſe thurcis ipſis bellum inferre. Miſſus itaq; ob eā rem ad Frācofordiēſem cōuentum Germanos principes qui ex tota prouincia eo conuenerant grauiſſima & longa oratione ad bellum periculoſum & neceſſarium multis rationibus adhortatur: Viſus eſt quidem omnes vehementer commouere, verum hoc natura cōpertum eſt eorum aīos cito reſidere affectus perfacile moueri. Tertius itē ea idem de re in noua ciuitate cōuētus habetur ī quo Aeneas mirifice annixus pedibus & manibus eſt (vt aiunt) rē ex ſentētia ꝑficere priuatī & publice vnumquenq; ad id bellū cohortādo quo ſalus Europæ pricipum ac populorū libertas dignitaſq; xpiani nominis cōtinebat. Nec aberat a ſpe perficiēdæ rei cū ſubito nuntiatum eſt Nicolaū pontificē e vita migraſſe;



cuius in morte diſturbata ſunt oīa nā & conuētus ſoluitur & germani rerū nouarū cupidi perſuadere iperatori annixi ſunt ne pontificibus amplius obtemperaret, niſi quędā ad pragmaticā tendentia ab ipis prius īpetraſſent, q̄ dicerent Germanis longe peiorē conditionē eſſe q̄ vel gallis vel Italis quorum ſerui (italorum in primis) ni res immutarentur merito eſſe dicebantur. Nec certe ꝓcul abfuit quin īperator tumultuantibus obſequeret, quominus aūt id fieret grauiſſima Aeneæ auctoritas interceſſit. Cuius hæc fuit apud Ceſarem ſententia inter principes etiā de magnis rebus inter ſe diſſidētes pacē aliqñ & amicitiā componi poſſe. At inter principē & populum imortale odiū ſemper īterueniſſe, quare dicebat ſatius ſibi videri cū pontifice ſentire q̄ eorum cupiditatibus obtepe- Nota.
rare quorum mētes nō ratione ſed appetitu & cupiditate ducuntur. Motus hac ratione imperator ſpreta populorum poſtulatione Aeneam oratorem deligit qui ad Calixtum mitteretur. Is autem Romam profectus dum Federici iuramentū pōtifici de more exhibet collaudato q̄tum ſatis erat vtroq; tota ei9 oratio fuit de bello thurcis ferēdo adeo erat ad eā rē animat9. videbat enī vir ſapiētiſſimus id quod poſtea vſu accidit, Barbaros victoria elatos occupata Græcia nō quieturos. Inde vero ad pacem Italiæ conuerſus, qua ꝑfecta bellum Thurco inferri poſſe exiſtimabat pontificē ad eā rē vehemēter adhortat. Premebantur tū Senēſes comitis Petiliani & Iacobi Picennini armis, qui Alphonſi potiuſq̄; ꝓpriis auſpiciis bellum illud gerebant. Vt igitur omnis belli ius extingueretur. Aeneas iuſſu pontificis & ciuiū ſuorum rogatu Nea-

polim ad Alphonſum ꝓficiſcit̃: quo etiã totius ferme italiæ legati de pace acturi conuenerant: quibuſcum certe vſqꝫ ad eam diem ea de re nihil adhuc actũ erat. verũ ſupueniẽte Aenea: tum demũ ſibi de pace cõuenturũ dixit: qñ is quidẽ: quẽ vnice diligebat ad ſe ob eam rẽ acceſſiſſet. Impetrata itaqꝫ pace ac liberata ab hoſte patria: apud Alphõſum cuius familiaritate plurimum delectabat̃ aliquot menſes fuit: quo tempore ſeruata oportunitate hominem eleganti & copioſiſſima oratiõe ad bellum maritimum Orientalibus inferendum ꝓpulit. Inde vero Roma abiens: iter in patriam facturus: a Calixto pontifice retentus eſt a quo etiã non multo poſt patrum omnium conſenſu in numerum cardinalium refert̃. Apud Calixtum vero tantæ auctoritatis & gratiæ fuit vt hominem impulerit Oratores ad Senenſes mittere. qui tum ciuili diſcordia laborabant: vt populum tumultuantem ad pacem & concordiam adhortarent̃. At vero dum in balneis viterbianis valitudinis cauſa eſſet: hiſtoriamqꝫ Boemicã inchoaſſet: mortuo Calixto Romam ſtatim redijt: cuius expectatio tanta fuit vt magna pars populi Romani officij cauſa obuiam progreſſa: hominem (quaſi diuinarent) vt pontificem ſalutant. Ad hunc eñ conſenſu omnium officij cauſa deferebatur. Ingreſſus itaqꝫ conclaue patrum omnium ſuffragijs: pontifex maximus (vt dixi) creatur. Accepta deinde pontificia corona: qua tertio nonas ſeptẽbris põtificali apparatu Baſilicam Petri ingreſſus eſt: cũ deo immortali gratias egiſſet: ſe totum confirmata prius eccleſię ditione: ad curã reipu. xp̃ianę conuertit. Nã & bellũ ante eius põtificatũ in vmbria



exortum: iacobo picennino duce rerũ nouarum cupido ſtatim eo pontifice ſublatum eſt Aſſiſium & Nuceria ab hoſte recepta. Inter ferdinandũ regem & Sigiſmundum Malateſtam qđ difficilimũ factu videbat̃ cõpoſitæ induciæ: quo Mantuã omnibus vbi cõmunẽ xp̃ianorũ conuentũ indixerat tuto ꝓficiſci liceret. Creato autẽ principe Colunneſi vrbis p̄fecto in locum demortui Boriæ: relictoqꝫ Romæ legato Nicolao cauſa ſancti petri ad vincula Cardinali media hyeme ab vrbe diſcedit: per eas ciuitates iter facit, quę ciuili diſcordia ad bellum potiuſqꝫ ad pacem ſpectare videbantur. Populos ad concordiam & quietem adhortatur. Mantuam poſtremo vndequaqꝫ ventum eſt. Magnus aderat principum numerus, magna legatorum vis. Ex tota enim Europa nulla natio, gens nulla fuit que nõ aut principes aut legatos eo miſerit. Actum deniqꝫ eſt in illo celeberrimo conuẽtu pro ipſo dicente, vt bellum communi omnium decreto thurcis indiceret̃. Dictæ ſententię: qua id ratione geri poſſet. Propoſitũ periculum qđ ceruicibus xp̃ianorum immineret. Motæ ſunt omnibus lachrymę, cum eorum calamitates exponerẽtur, qui a Barbaris in grauiſſimam ſeruitutẽ quotidie adducebantur. Incenſi animi cum oſtenderet thurcos occupate græcia & illyrico interiorẽ Europam penetraturos. Nihil eſt certe ab eo prętermiſſum, qđ ad mouendos chriſtianorum animos pertineret. Magna quidẽ in dicendo Pij laus fuit, qꝛ cum ſæpius iiſdem de rebus loqueret̃ diuerſa ſemper viſus eſt dicere, tanta erat in homine elegãtia & copia. Gallorũ q̃rimonias & calũnias Renati regis ꝙ Ferdinãdũ Alphõſi filiũ in regno

Neapolitano confirmaſſet ꝙ eundē corona regia
donaſſet tribus actionibus acerrime confutauit.
Agebantur hęc in Mantuano conuētu:cū tota fe-
re Europa relicto externo bello ad inteſtinū aīos
atq; arma conuertit. Surgunt germani partim in
ſeipſos, partim in pannonios quorū opera tantum
tāq; neceſſariū bellū magna ex parte cōfici potuiſ
ſet. Excitatꝰ Britannia duplici factione quarum al
tera veterē in inſula regē altera nouū fugato ve
tere retinere conatꝰ. Surgūt præterea Hiſpani Bar
chionēſibꝰ auxilio futuri quos Aragoniæ rex gal
lorum armis adiutus bello ꝑmebat. Et ne quid ad

Italia caput Europæ.

diſturbāda omnia deeſſet, Italia Europæ caput re
licto externo bello, ad inteſtinum animos atq; ar
ma conuertit. gerebatꝰ tum bellum ī appulia quo
Ioannes renati regis filius ferdinādum regno pel
lere conabatꝰ. Hinc duplex factio in tota prouin-
cia exorta eſt cum ij ferdinando, illi renato faue-
rent, Pius itaq; omiſſo mantuano conuētu ad ſedā
dos motus in hetruriam rediēs, viterbium ab ad
uerſa factione ꝑ fraudē occupatum haud magno
negocio recipit. Pcētes ob fines domeſticos ace r
rimis bellis exagitati, partim ratione partim me
tu ad pacē rediguntꝰ vmbros ſimili contētione di
ſtractos, ac magnis cædibꝰ oblitos & fœdatos au
ctoritate ſua tandē ſedauit Senēſium rēpu. ſubla-
tis ſeditionibus oībus quibus trēnio añ laboraue
rant cōſtituit. Exules quoſdā viros certe ꝑclaros
ī patriā reſtituit. Nobilibus reipu. adminiſtratio-
nē reddidit. In ſabinorū vero ꝑfidiam aīaduerſū
eſt ꝙ hoſtē publicum comeatu & trāſitu iuuiſſet.
Romę grauiſſimos tumultus ſicariorum repreſſit
capto cum aliquot ſocijs tyburtio angeli maſſia-



ni filio: quē diximus a Nicolao ob coniurationē
interēptum: & laqueo ad feneſtras capitolij ſuſpē
ſū ꝙ auſi fuiſſent tēplum pantheon occupare: atq;
inde tanq; ex arce in optimū quēq; graſſati. Tyrā-
nos quoſdā ad res nouas ſpectātes e finibus eccle-
ſię bello ſubmouit. Neminē vnq̄ bello attigit ad
quē legatos nō prius miſerit ſi quo modo ad ſani
tatem rationibus adduci poſſet. Federicū vrbi-
natē copiarū ſuarū ducē cū alexādro ſfortia ī mar
ſos miſit q̄ Iacobū picenninū remoraretꝰ a renato
mercede cōductū: ne in appuliā ad gallos ferdinā
dū bello vexantes trāſiret. Ferdinādo aūt ad tar-
nū fugato auxilio fuit: quominus regno ſpoliare-
tur. veritus ne ſi galli regnū occupaſſent: victoria
elati libertatē Italiæ ſubuerterēt: Legatorū a gal-
lis venientiū minas & pollicitationes: quibus ſe a
Ferdinando ad renatum traducere conabantꝰ fa-
cile contēpſit. Sigiſmundi malateſtę eccleſiæ ro-
mane vectigalis furores ac rabiem cenſuris & ar
mis cōpreſſit. Is em̄ ſpreto fœdere: quod inter ſe &
ferdinādum fuerat: a pontifice ictum caſtella oīa
ob ſeruādā fidē data cōtra ius faſq; vi cepit. Lega
tum eccleſiæ romanæ ad nulaſturē fugauit: picen-
tibus bella intulit. Huius vero rabies ſequēti an-
no ad ſenogalliā federico vrbinate & neapolio
ne vrſino ducibus graui prælio cōpreſſa & caſti-
gata eſt: recuperata ſenogallia expugnatū fortu
nam ſanum Nicolao piſtoriēſi cardinali ſanctæ ce
ciliæ legato: ac magna pars ariminēſis agri ei adē
pta eſt: ne poſſet aliquando ad rebellionē ſpecta-
re. pugnatum eſt ꝑterea nō ita multo poſt a ferdi
nando pari fœlicitate ad troiam Apulię oppidum
quo prę lio princeps Tarentinus: ac plerīq; alij qui

nouarum rerũ cupidi gallica ſequebãtur arma adeo ſunt perterriti:vt ſupplices a rege pacẽ petẽtes in eius amicitiam redierint fere omnes præter paucos:quos poſtea rex bello inſecutus aut regno expulit:aut ad ſanitatem redegit. Pius autẽ duobus maximis ac grauiſſimis bellis liberatus:expeditionem Aſiaticam quæ in Mantuano conuentu regum ac principum ambitione & auaritia fuerat omiſſa repetit. Socios belli Vngariæ regem: Philippum burgundiæ ducem ac Venetos, ꝗ ĩ promptiores ad eam rem eſſe viderentur ſibi adiungit. Oratores & nuntios cum litteris apoſtolicis ad gentes & nationes chriſtianas mittit, qui pricipes omnes, qui populos ad tantum bellum tãꝗ que neceſſarium adhortarentur. Ipſe interim ſenas proficiſcitur:iturus vbi ei per anni tẽpus liceret ad balnea petriolana, quę potiſſimũ eius ęgritudinem lenire videbantur. Ibi autem cognoſcit philippum Burgundum, qui ſemet venturum cũ milite & claſſe vouerat, a tanta pollicitatione deſtitiſſe, Intelligit preterea multos eſſe prĩcipes ac populos non exteros modo ſed italos quoq; ꝗ ambitione & liuore rem tantã diſturbare conarẽtur, quia eos viderẽt nobiliſſima præmia reportaturos:qui tantã belli molẽ ſubirẽt. Hos (aũt vt põtificẽ decuit) admonitionibus ad ſanitatẽ reducere conatus eſt. Relictis vero balneis ad vrbẽ ꝓficiſcitur:vbi, vehemẽti dolore pedũ & graui febre dies aliquot laborauit, qua ex re factũ eſt vt nonis Iunij quemadmodum publico decreto enuntiauerat Anconæ eſſe nequiuerit. Delinita ante aliqua ex parte ægritudine oratores a rege gallorum & burgundię duce venientes eiuſque morã

Pontificis infirmitas



excuſantes audit. Vocatis deinde ad ſe patribus cardinalibus regi Boemiæ de fide catholica male ſentienti diem dicit. Inde ab vrbe diſcedens: ꝑ Sabinos, vmbros picentes Anconã lectica iacens defertur. In itinere autem magnam vim hominum ex Germania:Gallia:Hiſpania venientium ad bellum Thurcis indictum offendit quorum magnam partem abſolutam peccatis (Germanorum potiſſimum) in patriam remiſit:ꝙ minꝰ idonei bello gerendo eſſent: quodq; etiam belli impenſam:vt in litteris apoſtolicis continebatur ſecum non detuliſſent. Dum claſſem quę paſſim in portibus ſuperi inferiq; maris ad tantum bellum fuerat ędificata:dumq; venetorum ducem belli ſocium Anconæ expectat:diuturna & lenta febri afflictatus moritur anno ſexageſimo quarto ſupra quadringentos & mille. xvii. Kal. ſeptembris horam circiter tertiam noctis. Anno vero pontificatus ſexto diebus ſex minus. Tantę autem conſtantię & fortitudinis fuit vt tota ęgritudine graui qdem & longa occupationes intelligendi cauſas diuerſarũ gẽtium audiẽdi:inhibẽdi:decernẽdi, iudicandi, ſignandi, admonẽdi, caſtigandi, intermiſerit nũquã. Eo autẽ die quo e vita migrauit, duas horas añ extremum vitæ ſpacium patres Cardinales ad ſe vocatos conſtanti animo & voce non inconcinna ad concordiam in eligendo nouo põtifice adhortatus eſt, quibus item honorem ſummi dei:dignitatem eccleſiæ Romanæ, bellum a ſe ĩ thurcos ſuſceptũ, ſalutẽ aĩæ ſue, familiã oẽm, nepotes vero maxĩe ſi cõmẽdatiõe dignos ſe pſtiterit, cõſtanti ac graui oratiõe cõmẽdauit. Periit ſpõte ſacramẽta oĩa, & ſigna itegerrimi xpiani om

Mors pontificis.

Pontificis conſtantia

Nota

nibus in rebus p̄ ſe tulit . Pręterea vero acerrime
tū quidē diſputauit cū laurētio rouerella ep̄o fer-
rarienſi theologo doctiſſimo: liceret ne extremā
vnctionē iterare: qua ſemel inunctus fuerat: dū
baſileæ peſtilētia grauiſſim e ægrotaret. Oratiōes
canonicas vt intermitteret in tanta animi anxie-
tate: neq; domeſticorum quidem p̄cibus exhorta
ri potuit, Symbolum athanaſij cōſtanter ꝓnuncia
uit & ꝓnunciatum veriſſimū ac ſanctiſſimum eſſe
dixit. Non mortē exhorruit non ꝑturbatiōis aut
inconſtātię dum ſupremū ſpiritū efflaret. ſignū a
liquod edidit. Extinctus ꝑfecto magis quā mortu
us dici poteſt: adeo longis ægritudinibus macera
tus erat: vt corpus ſuum Romā deferret ſuis man
dauit. Affirmant polynctores viuaciſſimū cor in
homīe inuētū. Funus Ancona Romā defert: comi
tante familia lugubri veſte induta ac lachrymis
ſqualida, Peractis aūt de more exequijs in Baſili-
ca ſcti petri cōdit̄ ad altare ſcti Andreę ſepulchro
Franciſci Cardinalis ſenēſis impēſa cōdito cū hoc

Epitaphiū Pij.

epitaphio. Pius. ij. pōt. max. natione Thuſcus: pa̅tria
Senēſis gēte picolominea: ſedit an. vi. Breuis pon
tificatus ingēs gloria fuit: cōuētū xp̄ianorū Mātuę
ꝓ fide habuit oppugnatoribus Ro. Sedis intra at-
q; extra italiā reſtitit: catherinā ſenen̄. inter ſāctas
xp̄i retulit: pragmaticā ī gallia abrogauit: ferdinā
dum Aragon̄. in regnū ſiciliæ cisfretū reſtituit: rē

Abrogatio pragmaticę ſāctionis.

eccl'iæ auxit. Fodinas inuēti tū primū Aluminis
apud tolfā inſtituit: cultor iuſtitię & religionis ad
mirabilis eloquio: vadens in bellū q̄d thurcis indi
xerat Anconę deceſſit: ibi & claſſem paratā & du
cem venetorum cum ſuo ſenatu cōmilitones xp̄i
habuit. Relatus in vrbē eſt patrum decreto & hic



cōditus vbi caput Andreæ apoſtoli ad ſe ex pe-
loponneſo aduectū collocari iuſſerit. Vix. it ānos
lviij. mēſes. ix. dies. xxxvij. Collegio autē Cardi-
nalium quinq; & quadragita milia numum aure-
orum a vectigalibus eccleſiæ penſum ob indictū
Thurcis bellū reliquit. Has autē pecunias Cardi-
nales & triremes quæ tum in portu anconitano
erāt chriſtophoro mauro venetorū duci: qui bi-
duo ān̄ Pij mortē cū triremibus vndecim appli-
cuerat cōmittunt his cōditionibus: vt nauigijs ꝑ
eorū arbitrio bello nauali vterētur, pecunias ve-
ro ſtipēdij nomine ad mathiā Vngarorū regem
mitterēt bellū aſſiduo cū Thurcis gerētē. Mortu⁹
eſt, vir fortitudinis certe ac prudētię ſingularis: &
qui non ad otiū: ad ſegnitiē ſed ad res agendas &
maximas quidem natus videbatur. Augere ma-
ieſtatem pōtificis conatus eſt ſemper. Non reges,
non duces, non populos, nō tyrānos, in ſe aut ec-
cleſiaſticum quēpiā delinquentes bello cenſuris
interdictis execrationibus perſequi prius deſtitit:
q̄ eos ad ſanitatem rediſſe cognouerit: lodouico
autē regi Gallorū aduerſatus eſt: ꝙ libertatem ec
cleſiæ minuere conaretur: cū ab eo antea pragma
ticam eccleſiæ Romanæ pernicioſiſſimā peſtē ex-
torſiſſet. Borſio duci Mutinēſi minatus eſt: ꝙ ipſe
Romanæ eccleſiæ cenſuarius: & ſigiſmundo ma-
lateſtę hoſti eccleſiæ & rebus Gallicis faueret. Si-
giſmundum vero auſtriæ ducem grauiſſimis cen
ſuris perſecutus: ꝙ Nicolaum caſanū Cardinalē
ad vincula Petri cepiſſet: ac cōprehēſum aliquā-
diu in carcere detinuiſſet. Dieterum Hiſembur-
genſem Maguntinum antiſtitem male de eccleſia
Romana ſentientem ſede depulit: inque eius lo-

cum alterum ſuffecit. Bn̄uentanū archiepiſcopū
cōtra eius volūtatē res nouas moliētē Bn̄uētūq;
gallis ꝓdere conātē archiepātu mouit. Frāciſcū
Copinū plus auctoritatis cū magna pnicie & cla-
de hominū in legatiōe Britānica ſibi vindicantē
q̄ ei a ſede apoſtolica cōceſſum fuerat epātu Inte-
rauenſi priuauit. Tarracinū: bn̄uentū, Sorā, Arpi
num, ac magnā partē Hernicorū (quę nunc cāpa-
nia vocat̄) ī deditionē eccleſię redegit nil regibꝰ,
nil ducibus: nil populis timore & auaritia conceſ
ſit vnquā. Quoſdā vero ſæueriſſime arguit: ꝙ ea
pererent, quæ ſine eccleſię detrimēto & eius igno
minia fieri nullo modo poſſent. Tātū terroris do
minis quibuſdā Italicis præſertim iniecit vt offi-
cio & fide nil antiquius ducerent. Vt hoſtes pu-
blicos conſtanter perſecutus eſt ſic amicos huma
niſſime, ac officioſiſſime fouit. Federicum Roma-
norū imperatorem. Mathiā Vngarorum regem
Ferdinandum Alphonſi filium philippum Bur-
gundum Franciſcum Sforciam, Lodouicū Gon-
zagam vehementer dilexit. Duodecim Cardina
les ſuo pontificatu veteribus addidit: Reatinum
Spoletinum. Trānenſem Alexandrū Saxo ferra-
tenſem. Bartholomeū Rouerellam Iacobum Lu-
cenſem. Franciſcum Laodomiæ ſororis ſuę filiū
Franciſcum Gonzagam Lodouici principi filiū.
Hi omnes Italici ſunt habiti. Ex Tranſalpinis Salſe
Burgenſem Lodouicum libretum. Atrebaten-
ſem. Vergelēſem. Viuēdi autē rationē ita partie
batur: vt ocij & deſidię accuſari nullo modo poſ-
De victu Pij. ſet. Surgebat mane aurora illuceſcente: & habita
ratione valitudinis ac re diuina caſte & pie facta
ad negocia publica ſtatim egrediebatur. Functus



officio ac per horros recreandi animi gratia dela
tus prādebat. Mediocri cibo vtebatur; nō exqui-
ſito & lauto. Cibos raro ſibi apparari iuſſit quod
apponebatur hoc edebat. vini parciſſimus dilu-
tique ac lenis magiſquā auſteri amator. Sumpto
cibo dimidiū horę cū domeſticis, aut fabulabat̄,
aut diſputabat. Cubiculum deinde ingreſſus cū
paululū quieuiſſet horis canonicis de more repe-
titis tādiu legebat aut ſcribebat donec ei per mu-
nera publica licuiſſet. Idē faciebat noctu quod die
poſt cœnā. nā & legebat & dictabat vſq; ad multā
noctē in lecto iacēs nec amplius ꝙ horis quinque
aut ſex q̄eſcebat homo fuit ſtaturæ breuis: caput
habuit ante annos canū faciē ante dies ſenectā prę
ſeferētē. Aſpectu ſeueritatē facilitate cōditā oſtē-
debat. Circa cultū corporis neq; moroſus, neque
negligens laboris patiēs habebat̄. Sitim ęquo aīo
& famm etolerauit. Robuſtū ei corpus natura de-
derat quod tamē lōgę peregrīatiōes: & crebri la
bores frequētes vigiliæ attriuerāt. accedebāt mor
bi eius familiariſſimi, tuſſis, calculus & podagra
quibus ita perſępe cruciabatur vt pręter vnicam
vocē nil ei quare viuus dici poſſet relictū vide-
retur. Aditu etiā dū ægrotare facilis erat verbo-
rū parcus īuitus petita negauit. Pecuniarū quātū
collegit tātū erogauit quarū neq; ſtudioſus neq;
aſpernator fuit. Dū numerarētur: dū reponeren-
tur intereſſe nunquā voluit. Fouere ingenia ſuo-
rum temporum non eſt viſus ꝙ tria grauiſſima
bella ab eo ſuſcepta ærarium pontificium ita cō-
tinuo exhauſerant vt ęre alieno ac magno qui-
dem ſæpe premeretur. Multos tamen muneri-
bus aulicis & bn̄ficijs eccleſiaſticis iuuit literatos

dico. Orantes aut poemata recitãtes libenter au-
diuit: eorumqꝫ iudicio qui aliquid ſapere viderẽ-
tur ſua ſcripta cõmiſit. Mendaces & delatores o-
dio habuit. Iram facile collegit: collectã facillime
repreſſit, laceſſentibus eum cõuicijs & dictis petu
lantioribus conſtanter ignouit ni ſedi apoſtolicæ
facta eſſet iniuria: cuius dignitatem adeo acriter
tutatus eſt ſemper vt eius cauſa magnorũ regum
ac principum graues inimicitias frequenter ſu-
ſceperit. Erga domeſticos mira comitate & facili-
tate vtebatur. nam quos vel inſcitia vel ignauia
deliquiſſe deprehendiſſet paterna charitate ad-
monebat. Male de ſe opinãtes vel loquẽtes coer-
cuit nunquam: libere enim in libera ciuitate loqui
oẽs volebat: querenti neſcio cui apud eũ ꝙ male
audiret reſpõdit de me quoqꝫ qui male ſentiant ſi
in cãpum florẽ proficiſceris multos audies. Si qñ
cælum Romanum tanquã naturę ſuę contrarium
& in ſalubre mutare conſtituiſſet æſtate præcipue
aut tybur, aut ſenas patriã proficiſcebatur. Seceſ-
ſu autẽ Abbatiæ mire delectabat: quę ĩ agro Se-
nenſi tũ amœnitate loci, tũ opacitate ſyluarũ mi-
ra refrigeratio æſtate habetur. Frequẽtauit ma-
cerarana & petriolana balnea valitudinis cauſa.
Raſa veſte vtebat: & argẽto fugali magiſquã re-
gio. Eius enĩ voluptas õnis: qñ a munere publico
vocabat in lectiõe & ſcriptione frequẽti repoſita
erat. Libros pluſquã ſaphyros & ſmaragdos ca-
ros habuit quibꝰ chryſolitarũ magnã copiã ineſſe
dicebat: Mẽſam aũt artificioſam ita cõtempſit vt
ad fontes ad nemora: ad loca agreſtia delatus quę
ſæpe frequentabat animi cauſa nõ apparatu põ-
ficio ſed humili ac prope ruſticano ſit vſus. Hanc

Norẽt pō tifices.



eius crebrã locorũ mutationẽ nõ defuere qui ca-
perent ex aulicis maxĩe, ꝙ id nũquã ab alijs põti-
ficibus factũ eſſet niſi aut bello aut peſte vrgente.
Horũ autẽ querelas cõtempſit ſemper, ꝙ diceret,
nil ob eã rem a ſe prętermitti, quod ad dignitatẽ
põtificatus ad vtilitatem aulicorũ pertineret. Si-
gnabat oĩbus ĩ locis, audiebat, cenſebat, reſpõde-
bat, affirmabat, refellebat, ꝗbus ex rebus quouis
etiã ĩ loco abũde oĩbus ſatiſfieri poterat. Non li-
benter ſolus comedebat. Hãc ob rem vel ſpoleti-
nũ cardialem, vel Trãnenſem vel Papiẽſem ĩ cõ-
uiuiũ adhibebat. Inter cœnãdũ de ſtudijs bonarũ
artiũ loquebatur memoriã veterũ repetebat: &
quid quiſqꝫ laudis, vel dicẽdo, vel ſcribẽdo cõſe-
cutus eſſet: exquiſito indicio oſtẽdebat. Ad vir-
tutẽ ſuos frequenter adhortabatur a vitijs deter-
rebat cũ eorũ res geſtas cõmemoraret. qui ĩ vita
recte aut perperã egiſſent. Auguſtino patritio le-
ctore vſus eſt a ꝗ etiã dũ ipſe dictitabat adeſcribe
bãtur oĩa ĩterdum ſales libẽter audiebat negocijs
pręſertĩ vacuus, florentinũ quẽdã interdũ dhibe-
bat (cui Grçco nomẽ eſt) hoĩem terrę cuiuſuis mo
res: naturã lĩguã cum maximo oĩm qui audiebãt
riſu facile exprimentẽ. Homo fuit verus integer
apertus: nil habuit ficti, nil ſimulati chriſtianã au-
tẽ religionẽ ita coluit & obſeruauit: vt omnẽ pror
ſus hypocriſis ſuſpitionem a ſe remoueret. Fre-
quẽter cõfitebatur & cõmunicabat. Rem diuinã
aut ipſe faciebat, aut dũ fieret obſeruatis de mo-
re cerimonijs oĩbus aſtabat. Somnia: portẽta pro-
digia cõtẽpſit ſemper Fulgura procurauit nunqꝫ.
Geomãtibus & cæteris id genus nullã fidẽ adhi-
buit. Timiditatis & inconſtantiæ ſignum nullum

Mors põti ficis.

in homine cognitum. Extolli ſecundis rebus:&
perturbari aduerſis nunquã viſus eſt. Suos plęrũ-
que vt timidos & formidoloſos reprehendit qđ
acceptas clades (vt in bello contingit) aperte ei
denunciare vererentur. incõmodis enim cõſilio
& manu mederi poſſe dicebat ſi id ad tẽpus quod
accidiſſet ſcitum foret. Socios belli vel magnitu-
dine impenſæ vel hoſtiũ potentia perterritus de-
ſeruit nunquã. Bella ſuſcepit inuitus tamẽ & mul
tum ac maximis iiurijs laceſſitus pro tutela eccle
ſiæ pro defenſione religiõis ædificãdi ſtudio ve-
hementer delectatus eſt. Impenſa enim ſua ſcalæ
tẽpli ad Vaticanum vetuſtate collapſæ inſtaura-
tę. Veſtibulũ ædium ad dignitatẽ & tutelam loci
munitum. Aream pro templi foribus ruderibus
purgatã ſternere parabat. Porticum vnde ponti
fex populo benediceret inchoauerat. Tyburcę ar
cẽ perfeciſſe priuſquã ĩchoaſſe viſus eſt. Senis qua
drato ſaxo gentilibus ſuis porticum faſtigiatam
& ornatiſſimã extruxit. Corſinianum ꝙ Piẽtiam (Sabellic° curſianũ legit.)
a Pio nomine in pontificatu accepto appellauit
ciuitatẽ fecit templũꝗ; teſtudineũ celebre: id qui-
dem & ornatiſſimas ædes extruxit. Sepulchrum
marmoreum paternis materniſꝗ; oſſibus Senis in
templo beati Franciſci ſuo iuſſu cõditum hoc di-
ſticho notauit.

Syluius hic iaceo coniux Victoria mecum eſt:
Filius hoc clauſit marmore papa Pius. (Epitaphiũ pr̃is & matris Pij.)

Quatuor habuit ex ſorore nepotes ex his duo mi
nores natu eius gratia & auctoritate a rege Hiſpa
no equeſtri ordini ſunt additi: primus cui Ferdi-
nandus rex filiam in matrimoniũ locauerat: dux
Amalphitanus creatur. Secundus autẽ quem (vt



antea dixi) Pius ĩ numerum Cardinalium retulit
tanta cum integritate & virtute adhuc viuit vt ĩ
eo hil ſit requirẽdum: quod ad ampliſſimum vi-
rũ pertineat: ingenio, moribus ſolertia religio-
ne, modeſtia, grauitate. Ad pium redeo qui ĩ tã-
to rerum faſtigio collocatus: literarum ſtudium
intermiſit nunquã. Adoleſcens: & nondum ſacris
initiatus poemata edidit laſciuię magis & feſtiui-
tati accõmodata: ꝗ; preſſa & grauia ſurgit tamen
nonnunquã & dum iocatur mordacitate non ca
ret. Extant eius epigrammata referta ſalibus. At (Libri a Pio editi.)
tria milia variorũ verſuum ſcripſiſſe dicitur quo
rum pars magna baſileæ perijt. Orationi ſolutæ
reliqua vita ſe totum dedit magnitudine rerum
inuitatus: delectatus eſt etiam mixto ſcribendi ge
nere: & ad philoſophandũ aptiore. Libros in dia
logo edidit de poteſtate concilij baſiliẽſis de or-
tu nili, de ſtudio venãdi, de fato, de pręſciẽtia dei,
de hęreſi boemorũ. Reliquit dialogum imperfe-
ctum contra Thurcos inchoatum pro defenſione
fidei catholicę epiſtolas digeſſit in tẽpora & quas
ꝓphanus, quas ſacris initiatus, quas antiſtes, quas
pontifex maximus ſcripſerit voluminibus ſepa-
rat. His reges nationes ciuitates principes atque
omne genus hominum ad religionis arma incen
dit. Extat eius epiſtola ad thurcũ qua hominẽ ad
hortatᷣ vt poſt habita machometana perfidia ve-
rã Xp̃i Ieſu religionẽ ſequatur. libellũ edidit de
miſeria aulicorũ. Scripſit etiã de inſtitutiõe artis
grãmaticę ad ladiſlaũ adoleſcentẽ Vngarũ regẽ.
Oratiões circiter duas &.xxx. habuit ad pacẽ re-
gũ, ad cõcordiã pricipũ, ad trãquilitatẽ nationũ,
ad defenſionẽ religiõis, ad quietem totius orbis

terrarum ſpectātes boemicā hiſtoriā perfecit au-
ſtralē imperfectā reliquit. Aggreſſus eſt hiſtoriā
vbiq; locorū ſua ætate geſtorum quā negotiorū
multitudine oppreſſus imperfectā reliquit. Cō-
mentariū de rebus a ſe geſtis libros duodecī ſcri-
pſit: tertiumdecimū inchoauit. Scribēdi genus le
ne eſt ac tēperatū. Cōciones habet ſplendidas &
rei accōmodatas. Mouet affectus: ac eos denique
ſedat: Candorē & ornatum orationis nunquā in-
termittit deſcribit appoſite ſitus & flumīa Vari-
os pro tēpore ſumit eloquētiæ vultus cognitio-
nem rerū antiquarū non omittit. Nullius oppidi
occurrit mētio cuius originē nō repetat ſitū non
notet. qui duces qua ætate claruerint diligentiſſi
me præſcribit. Mimos etiā ad voluptatē notauit.
Sētētie ꝓuerbiales Pij. Sentētias ī prouerbij modū reliquit multas qua-
rū partē aliquā qꝫ ad inſtitutionē humanæ vitæ
pertinere viſę ſunt ſubiungere inſtitui. Diuinam
naturā credēdo melius quā diſputādo intelligi ac
cōprehendi poſſe dicebat. Omnē ſectā auctorita-
te firmatā humana ratione carere. Chriſtianā fi-
dem etiā ſi miraculis non eſſet approbata hone-
ſtate ſua recipi debuiſſe. Vnius diuinitatis tris eſ-
ſe perſonas, non qua ratione probetur, ſed a quo
dicatur animaduertendū. Mortales mēſores cœli
& terræ audaces magis videri q̄ veros. Syderum
inueſtigare curſus pulchrius eſſe qꝫ vtile. Amicos
dei & hac & futura perfrui vita ſine virtute nulli
ſolidum eſſe gaudium. Neque auarum pecunia,
neque doctum cognitione rerum vnquam reple
ri. Cui plura noſſe datū eſt, eum maiora ſequi du-
bia. Plebeis argenti nobilibus auri principibus
gēmarum loco literas eſſe debere/bonos medi-



cos non pecuniā ſed bonā valitudinē ægroti q̄re-
re. Artificioſam orationem ſtultos non ſapientes
flectere. Sanctas eſſe leges q̄ vagāti fræna licentiæ
imponunt. In plebē vim habere leges in potētes
mutas. Res grauiores armis non legibus diffiniri.
Vrbanus ſuam domum ciuitati ciuitatē regioni
regionē mundo mundū deo ſubijcit. Lubricū eſſe
primū apud reges locum, Vt in mare flumina om
nia: ſic vitia in magnas aulas influere. Aſſentato-
res maxime quo volunt reges ducere. Nulli ma-
gis principes aures qꝫ delatori præſtare, peſſimam
regibus peſtē adulatoris linguā. Regē qui nulli fi-
dit inutilē eſſe nec meliorē qui oībus credit. Qui
multos regit a multis regat̄ oportet. Non eſſe re-
gio nomine dignū: qui ſuis cōmodis publica me-
titur. Neq; qui ſacra negligit eccleſiæ prouentum
neq; regē q iuridicundo non aſſidet vectigilia di
gna petere. Litigatores aues/forum/aream: iudi-
cē: rete: patronos aucupes dicebat. Dignitatibus
viros dandos nō dignitates hoībus. Magiſtrat⁹ a-
lios mereri & ñ hr̄e alios habere & nō mereri Gra
ue pōtificis onus ſed btm̄ ei q bene fert. Indoctum
epm̄ aſino cōparandum. Corpa malos medicos a
nimas īperitos ſacerdotes occidere. vagum mona
chum diaboli mācipium eſſe. Virtutes clerum di
taſſe vitia pauperē facere. Sacerdotib⁹ magna ra- Nota.
tione ſublatas nuptias maiori reſtituendas videri.
Fideli amico nullum theſaurum ante ferendū. vi
tam amico inuidiam morti comparandam. Ho-
ſtem in ſe nutrire qui nimis filio ignoſcit. Nulla in
re auarum placere hominibus niſi in morte. Vi-
tia hominum liberalitate obtegi nudari auaritia.
Mentiri ſeruile vitium eſſe. Vini vſum & labores

& morbos auxiſſe mortalibus. vinum quod mentem excitet: non quod obruat ſumendum. Libidinem ætatem oēm fœdare ſenectutē extinguere. Quietam vitam non aurum ipſum non gemmas pbere. Dulce bonis durum iniquis mori. Generoſam mortē turpi vitæ oīum philoſophorum ſnīa anteferendam. Hæc ſunt fere quę de vita Pij pontificis ſcribi poſſunt ad cuius laudes hoc etiam addo ꝙ & beatam Catherinam ſenenſem in ſanctas retulit caput ſancti Andreæ e pelloponneſo a principe loci Romam auectum ſancto Petro cū maxima veneratione cūq; ſupplicationibus cleri populiq; Romani in ſacello ad id fabricato collocauit repurgato templo eo loci potiſſimum dimotiſq; quorūdam pontificum & Cardinaliū ſepulchris quę baſilicam ipſam temere occupabant.

Beata Catherina de ſenis canonizatur.

## Paulus II

PAulus Secūdus: Petrus Barbo antea vocatus patria venetus patre Nicolao matre polizenna ſancti Marci pſbyter cardinalis pridie kl'as ſeptembris pontifex creatur. M.cccclxiiij. Is eī Eugenij pontificis ex ſorore nepos adoleſcens adhuc iturus ī mercaturā erat: quę apud venetos in pcio eſt & a ſolone nō īprobat & iam ſcriniū & arma in triremes detulerat cū ei nunciatū eſt Gabrielem Condelmerium auunculum ſuum pontificem creatum eſſe. Subſtitit itaq; ad hortantibus amicis & fratre Paulo Barbo maiore natu: ac litteris (licet iam adultus eſſet) operam dedit pręceptore vſus Iacobo Ricione qui diligentiam hominis ea in re laudare conſueuerat. Habuit & alios pceptores nec tamen ob ętatem admodū profe



cit quos oēs pręter Ricionē (dum pōtifex eſſet) dignitate & facultatibus honeſtiores reddidit oſtēdens per eos non ſtetiſſe quo minus doctior euaderet: paulus autem Barbo magni animi ac prudentiæ vir cognita fratris natura. quę poti⁹ quietam ꝙ negocia appetebat Eugenium rogat: nam Florentiam vidēdi hominis cauſa venerat vt petrum ad ſe vocet: initiatumq; ſacris in aliquo dignitatis gradu collocet. Vocatus itaq; Petrus archidiaconatum Bononienſem: ac non ita multo poſt epiſcopatum ceruiæ commēdatione adept⁹. Protonotarius ab auūculo creat: ex his potiſſimū qui emolumentorum participes ſunt. His autē facultatibus aliquot annis vitam ducens: tādē vna cum Alouiſio patauino Medico (quē poſtea Patriarcham et camerarium appellarunt) Cardinalis ab Eugenio creatur Inſtantibus quibuſdam Eugenij familiaribus vt haberent quem Alouiſij potentiæ interdum obijcerent. inter quos poſt ea tāta ſimultas fuit vt nuſq; maiore odio certatū ſit. his etiam diſcordias alentibus: qui ſeditionibus ali & augeri conſueuerant. Dolebat enim Petrus primum locum ſibi apud Eugenium ſubripi: cum nepos eſſet: cumq; etiam Patritius venetus. Hanc ob rem inimicitias non vulgares exercuit cū Frāciſco Condelmerio Vicecancellario ex amita Eugenij nato: quo deinceps mortuo totum ſe in patriarcham vertit: licet ſepius intercedentibus amicis in gratiam rediſſent ſimulato animo. Hanc ob rem ſub diuerſis pontificibus: ita inter ſe mutuis odijs certarunt: vt alter alteri non pepercerit: ſiue facultates ſiue dignitatem īſpicias. Iactata & inter eos varia pbra ſūt: quę cōſulto ptereo ne ma

ledicis fidē ꝓſtitiſſe videar. Mortuo autē Eugenio cum in eius locū Nicolaus .v. ſuffectus eſſet: tantum apud hoīem gratia & blanditijs valuit: vt & primū ipē locū e natiōe ſua apud eū tenuerit: fratre Nicolao hominē adiuuāte & ita Nicolaum animaduertit, vt camerarij dignitatē Alouiſio diminueret. Erat eñ Petrus Barbo natura Bland9 arte humanus vbi opus erat: ꝑterea vero eo indignitatis plerūqꝫ deueniebat cū ꝑcando: rogando obteſtando quod vellet cōſequi nō poſſet: vt ad faciendam fidē ꝑcibus lachrymas adderet. Hanc ob rē Pius pōtifex hominē Mariā pientiſſimā appellare interdū ꝑ iocum ſolebat. His quoqꝫ artibus apud Calixtum vſus eo ꝓpulit hoīem: vt Alouiſium cū triremibus in thurcos mitteret, oſtēdēs hominis amplitudinē huic tantæ rei maxime conuenire, cū alias & exercitus ductaſſet, & ditionem eccleſię ab hoſtibus cōſtanter tutatus fuiſſet. Hac demum moleſtia liberatus Petrus Calixtum deinceps ita in ſnīam ſuā ſemper traxit, vt donec vixerit nullius magis q̄ huius concilio ſit vſus. Facile ꝑterea quicqd volebat a pōtifice īpetrabat, ſua vel amicorum cauſa. Erat eñ ꝓpenſior in amicos & quos in cliētelam ſuſceperat qbuſcūqꝫ rebus poterat iuuabat, ac cōſtantiſſime tuebat, cum apud vnūquēqꝫ magiſtratū, tū vel maxime apud pontificem. Tantæ ꝑterea humanitatis fuit, vt in ęgritudinibus curiales ipſos, qui aliquo in ꝑcio erant inuiſeret, & quibuſdam remedijs adhibitis eos ad vaetitudinem adhortaretur. Semper enim domi domi habebat vnguenta Venetijs aueċta oleum tyriacā &c. id genus q̄ ad curendam valitudinem faciunt. Ex his aliqd ad ægrotos mitte

Humanitas pontificis circa infirmos.



bat. Curabat itē vt vni ſibi magiſqꝫ alteri ęgrotātium teſtamenta cōmitterent: quę poſtea ex arbitrio ſuo partiebat & ſi qd inerat qđ ad rē ſuā ptineret: facto tū ſub haſta ꝑcio id ſibi pecunia vindicabat. Romanorū vero quorundā amicitia delectatus eſt: quos ſæpe in conuiuium adhibebat: tū ad iocum: tum ad riſum: quē & Priabiſius ſuus & Franciſcus Malacaro ſalibus: mimis: dicterijs: ſcōmatibus frequenter non ſine vrbanitate excitabant. His quidē artibus effecerat: vt tum ciuibus Romanis, tum aulicis ipſis charus eſſe putaretur. Præterea aūt ne domi tm̄ poſſe videret, foris etiā auctoritatē ſibi cōparare annixus eſt. Nā & in hernicos (quā nunc cāpaniā Romanā vocant) ꝑfect9 eſt ad ꝑpl'os quoſdā ſedandos qui de finibus contēdebant, & litē cōponere iter comitē aduerſæ & Neapolionē vrſinū conatus paulū abfuit, qui turpiter captus in vincula conieceretur, adeo in eum comes Aduerſus ob quandā verborum licentiā male animatus erat. Re itaqꝫ infecta abiens homini ſemꝑ aduerſatus eſt. Mortuo deinde Calixto in eiuſqꝫ locum Pio ſuffecto, cū ꝑmutare ep̄atum vicentinum in patauinum inſtando acerbe nimium rogando anniteretur & Pij pōtificis & Venetorū irā adeo incurrit: vt & paulū fratrē ſenatorio munere amouerīt & ei interdixerint, quominus aliorum beneficiorum ꝓuentibus potiret, niſi ſnīam mutaret. Hāc ob rē indignatus hō vlciſcendi tp̄s obſeruans, interim acerbe nimium in eos inuehebat, per quos ſtetiſſet quo minus voto potiretur. Mortuo autē pio in eius locum ipē ſuffectus, ſtati vbi magiſtratum inijt, ſiue q ita pollicitus erat, ſiue q Pij decreta & acta oderat. Abbreuiatores

omnes oderat quos pius in ordinē redegerat: tan
quam inutiles & indoctos (vt ipſe dicebat) exau
ctorauit. Eos enim bonis & dignitate indicta cau
ſa ſpoliauit: quos etiam propter eruditionē & do
ctrinam ex toto orbe terrarum conquiſitos: ma
gnis pollicitationibus & pręmijs vocare ad ſe de
buerat. Erat quidem illud collegium refertū bo
nis ac doctis viris: Inerant diuini atq; humani iu
ris viri peritiſſimi. Inerant poetę & oratores ple
riq; qui certe non minus ornamenti ipſi curię af
ferebant: q̄ ab eadē acciperent: quos omnes Pau
lus tanquam inquilinos & aduenas poſſeſſiōe pe
pulit: licet emptoribus cautum eſſet litteris apo
ſtolicis cautum etiam fiſci pōtificii auctoritate: ne
qui bona fide emiſſent e poſſeſſione honeſta ac le
gitima deijcerentur. Tentarunt tamen ij ad quos
res ipſa pertinebat hominem e ſnīa dimouere: at
q; ego certe qui horum de numero eram rogan
do etiam vt cauſa ipſa iudicibus publicis (quos ro
tę auditores vocant) committeretur. Tum ille tor
uis oculis me aſpiciens: ita nos inquit ad iudices re
uocas? Ac ſi neſcires omnia iura in ſcrinio pecto
ris noſtri collocata eſſe. Sic ſtat ſnīa inquit: loco ce
dant omnes: eant quo volunt: nil eos moror: pon
tifex ſum mihiq; licet pro arbitrio animi aliorum
acta & reſcindere & approbare. Hac vero tam im
miti ſnīa accepta: vt lapidem immobilem volue
remus obuerſamur: & fruſtra quidē die ac noctu
ī forib9 aulæ viliſſimū etiā quēq; ſeruū rogantes:
vt nobis alloqui pōtificē liceret. Reijciebamur nō
ſine cōtumelia tanq; aqua & igni interdicti ac p
phani. Hac autē diligētia viginti continuis nocti
bus vſi ſum9: nil enim fere niſi noctu agebat. Ego



vero tāta ignominia excitus: quod mihi ac ſocijs
meis coram non licebat: id agere per litteras in
ſtitui: ſcripſi itaq; epiſtolam his ferme verbis: Si
tibi licuit indicta cauſa ſpoliare nos emptione no
ſtra iuſta ac legitima: debet & nobis licere conque
ri illatam iniuriam iniuſtamq; ignominiam. Reie
cti a te ac tam inſigni contumelia affecti dilabe
mur paſſim ad reges: ad principes: eos adhortabi
mur: vt tibi concilium indicant: in quo potiſſimū
rationem reddere cogaris: cur nos legitima poſ
ſeſſiōe ſpoliaueris. Lectis litteris Platynam reum
maieſtatis accerſit: in carcerem trahit: compedib9
reuincit. Mittit Theodorum Taruiſinum epiſco
pum: qui quęſtionem habeat. Is ſtatim me reū fa
cit: q & libellos famoſos in Paulum ſparſiſſem: &
concilij mentionem feciſſem. Primum crimen ita
confutaui: eos quidem dici libellos famoſos in qui
bus ſcribentis nomen reticetur: at meum nomen
in calce litterarum extare: non igitur libelli famo
ſi ſunt. Qui vero de concilio mentionem fecerim:
me non adeo graue crimen id putaſſe: cum in ſy
nodis a ſanctis patribus ſtabilita ſint fundamenta
orthodoxæ fidei: prius ſparſim iacta a ſaluatore
noſtro eiuſque diſcipulis: vt maiores cum mino
ribus æquo iure viuerent: ne cuiquam fieret iniu
ria. Vnde etiam apud Romanos inſtituta eſt cen
ſura: qua & qui priuati et qui in magiſtratu fue
runt rationem habiti magiſtratus: & vitæ antea
ctæ reddere cogebantur. Cum vero his rationi
bus nihil profeciſſem: reuinctus compedibus & q
dem grauiſſimis media hyeme ſine foco: celſa in
turri ac Ventis omnibus expoſita coerceor
menſibus quattuor. Tandem vero Paulus Fran

Epiſtola Platinę ad pontificē.

Platīa carceratur.

ciſci Gonzagæ cardinalis Mantuani precibus fati-
gatus,ægre pedibus ſtantē moleſtia carceris me
liberat,admonet ne ab vrbe diſcedā,in Indiā in-
quit ſi ꝑficiſcere inde te retrahet Paulus. Feci mā
data triēnio in vrbe cōmoratus ſum , arbitratus
hominem aliquā medelam meis incommodis in-
terim allaturum.Coronatus paulus de more, me
mor a Calixto quondā pulſos eſſe e ſancto Ioan-
ne laterano canonicos regulares,quos eodem in
loco Eugenius pontifex ante collocauerat, eoſdē
reuocauit,vt ſeorſum a canonicis ſecularibus di-
uina officia celebrarēt.Pręterea vero canonico-
rum ſecularium eo in loco nomē aboliturus.ſi qs
moriebat̄ inde mortui locum neminē ſufficiebat:
aut ſi quod bn̄ficium vacabat coactos ſe canonica
tibus illis abdicare ad alias eccl'ias trāſferebat,vt
tandem beneficia illa in vnum corpus redacta,ca
nonicis regularibus ſatiſfacerent ſine vllo ſuo diſ
pendio,cum eos tum paſcere ob inopiam oporte
ret.Hanc autē ob rē paulus multum ad ſe aliena-
uit ciuium animos,ꝙ dicerent illa beneficia a ma
ioribus ſuis inſtituta,pulſis ciuibus inquilinis da-
ri.Neq; hoc cōtentus paulus ſeorſum canonicos
quoſdam allocutus eos minis etiam adhibitis ab-
dicare ſe illis cononicatibus impellebat.Nonnul-
li tn̄ eius minas contemnentes,tempus vindican-
dę libertatis expectabāt,quod poſtea eo mortuo
eluxit.At vero cum nunciatum eſſet Thurcos ca
pta iam fere tota Epyro in Illyricum iter parare o
ratores ſtatim ad reges & principes miſit eos ora
tum,vt compoſitis rebus ſuis de bello thurcis in-
ferendo ad propulſandam iniuriam cogitarent.
Qua de re nil certe actum eſt,cum inter ſeſe gra-



uiſſimis bellis decertarēt hinc germani:hic An-
glici nunc veterem regem:interdum vero nouū
expectantes.Hinc Hiſpani:hinc galli prīcipes ve-
riti regis potentiā.qui regio nomini oēs obtempe
rare volebat:iactabatq; ſe breui facturum:vt eos
pœniteret:qui ſecus feciſſent.Præterea vero Pau
lum vrgebat regis Boemiæ perfidia qui ſe pau-
latim a toto corpore xp̄iani noīs ſubtrahebat. In
hunc itaq; mittere Vngariæ regē cū exercitu in-
ſtituerat:ſi ei per bellū in Thurcos ſuſceptū licuiſ-
ſet:ſicq; rem inter regē & īperatorē cōponere po-
tuiſſet.Nā mortuo Ladiſlao rege Vngariæ eius
nepote:qui hęrede carebat: imperator ipe regnū
illud quod Mathias Vaiouadę filius occupaue-
rat:ſibi deberi prædicabat.Differendā itaq; rem
Paulus ī aliud tēpus cenſens:ac cōponēdas quaſ-
dam ſimultates ciuium Romanorum īter ſe diſſi-
dentium animum adiecit.Orta nāq; rixa erat in-
ter Iacobum Ioānis Alberini filiū & Fœlicē nepo
tem Antonij Capharelli:hāc ob rem accitis ad ſe
patribus familias:eos aliquādiu renitētes ad cō-
cordiā datis vadibus cōpulit. Verum nō ita mul
to poſt Iacobus Alberini filius nuſquā laturus in-
iuriā patri illatā Antonium Capharellum īterfi
cere conatus:confoſſum aliquot grauibus vulne-
ribus tanquā mortuū reliquit.Hāc ob rem indi-
gnatus Paulus:ꝙ cōtra atq; Alberinus iurauerat
filius egiſſet: euerſis eorum ædibus: redactiſq; in
fiſcum omnibus bonis:eos ab vrbe exules demū
facit.Hos tamē poſtea ſuo iuſſu ad vrbē redeun-
tes in gratiā recepit: reſtitutis rebus oībus:paceq;
inter diſſidentes cōpoſita:cum tn̄ ambo aliquan-
diu in carcere ſteriſſent Anno vero. M.cccc.lxv.

Alouiſius patauinus pōtificis camerarius & tituli ſancti Laurētij in Damaſo preſbyter Cardīalis vir quidem ditiſſimus & ī rebus agendis ſagax: ſed vltimo ſuæ vitæ tempore parū prudēs: quippe qui ex teſtamēto maxima ex parte hęredes reliquerat duos fratres cognomento Scarampos: alioquin bonos & liberalis īgenij: ſed nequaquam tantis fortunis & prouentibus eccleſiæ patris dignos quid homines ſuſpicarētur ſcimus. Has autem facultates paulus licet ei teſtandi facultatem vltro permiſiſſet: ſibi vindicauit. Scarampos cepit: & tam diu honeſto tamē loco retinuit: quoad quę florentiam delata fuerant ad ſe deferrētur. Fugientes Scarampi: dum hac de re ageretur: capti ī carcerem conijciuntur. Verum cum bona patriarchę Florentia Romā delata fuiſſent: Scarampos cū bona parte īcolumes dimittēs, in reliquos patriarchæ familiares maiore benignitate vſus eſt: q̄ ipſe teſtator īſtituiſſet. Atq; hoc modo bona hominis tāta diligētia; parta maiore retētata: cū magna opum iactatiōe: ac ſi annos Matuſalem victurus eſſet: ab eo ſunt partim poſſeſſa, partim diſtributa, quocum diutius ſimultatibus, odijs, maledicentia certauerat, cum maluiſſet ad thurcos ipſos q̄ ad paulum bona ſua recidere. Sed neq; hoc contenta diuina prouidentia voluit eius quoque corpus iam ſepultum in prędam dari. Ab ipſis enim quibus ipſe beneficia ſancti Laurentij in Damaſo dederat noctu aperto ſepulchro annulo & veſtibus ſpoliatus eſt. In hos autem paulus re cognita grauiter animaduertit. Eodem fere tempore federicus adoleſcens egregius ferdinādi filius Mediolanum iturus ad ducendam Franciſci Sfortiæ



filiam fratris vxorem in regnum Romam veniēs prodeunte obuiam honorato quoque & Rhodorico vicecancellario perbenigne a paulo ſuſcipitur: ac Roſa donatur quam pontifices quotannis donare alicui ex principibus chriſtianis conſueuere. Interim vero cū ferdinando in animo eſſet eos bello perſequi: & potiſſimum ī regno ſuo exiſtētes qui dum a Gallis premeretur a ſe defecerant: miſiſſetq; copias quaſdam ea mente vt ducem Soranum adoriretur, pontifex diuertere id bellum cupiens archiepiſcopum Mediolanenſem eo propere miſit oratum: vt copias illas quēadmodum ratione Feudi tenebatur ad ſe mitteret: q; diceret ſibi in animo eſſe Comitis Auerſæ filios eccleſiæ nequaquam obtemperantes e medio tollere. Nā eo fere tempore auerſæ Comes moritur: quo paulus pontifex creatur corpuſque eius Romam delatum in baſilica ſanctæ Mariæ maioris ſepelit. Rex itaque acerrimus Deiphœbi hoſtis quippe qui ab eo ſuperiore bello inſidijs veneno & armis petitus fuerat copiarum ſuarum pręfectis mandat: vt primo quoque profiſciſcantur tempore quo pontifex ire iuſſerit. Antea enim deiphœbum & franciſcum ad ſe vocatos mouerat: vt & iter tutum a latronibus ſeruarent: ne Romam aliunde venientes in ipſis prope vrbis Romę portis ſpoliarentur: vtque ſecurantiæ pręfecti viæ quondam filio Caprarolam quod oppidulum eſt redderent: cum omnia fere ipſius pręfecti bona poſſiderent. Vtrumq; vero non modo facere recuſarunt verum etiā minas addidere Iactitātes ſępius ſe comitis aduerſę filios eſſe nec laceſſentibus perituros: Tum vero paulus clanculū paratis rebus oībus

ad bellum neceſſariȷ̃s ſuperuenientibus etiam re-
giȷ̃s copiȷ̃s quītodecimo die poſtea q̃ inchoatum
eſt bello eos īcautos & nil tale opinātes oppreſſit
redactis ī poteſtatem eccleſię nouē caſtellis: quo-
rum de numero aliqua ita munita natura & arte
erant: vt vix opera hominū expugnari poſſe cre
derentur. Deiphebus autē veritus ne captus ad
regē mitteretur ſalutem ſibi fuga quęſiuit. Capi-
tur autē Franciſcus frater cū filio & quīquennio ī
arce hadriani retentus demū creato Sixto libera
tur. Hinc poſtea īter paulū & regē ipſum ortę gra
ues inimicitiæ ſunt cū Ferdinādus hoc tāto meri
to peteret ſuperiorum annorum tributum quod
eccleſiæ pendebat ſibi relaxari: & quod deinceps
ſoluturus eſſet diminui cum regnum Siciliæ pa-
truus ſuus poſſideret cuius ipē vna cū regno Nea
politano vectigal penderet. Inſpiciēda dicens &
ſua merita & cōſiderādum quid poſſet ī contra-
rium accidere cum diceret ſe cōtinuo acies quaſ-
dā in armis habere nō magis ſua q̃ pontificis Ro-
mani gratia vt ī bello cōtra auerſanos paulo an-
te nouerat. Cōmemorabat viciſſim paulus me-
rita eccleſiæ erga Ferdinandum atq; hoc modo
altercationibus in longum res ipſa ſemper protra
cta eſt: cum vterq; repetendi ius ſuum tēpus quę-
reret. Moliri res nouas interim rex cauebat Iaco-
bi picennini qui ſulmonē in Marſis & alia oppida
tenebat potentiam veritus quē poſtea franciſcus
Sforcia ſocer ad regē miſit data fide ſe quotiēs li-
buiſſet incolumē rediturū. Verum aliter Iacobo
q̃ putarat accidit. captus enim Neapoli a Ferdi-
nando cum filio & in carcerem coniectus non ita
multo poſt vita priuatur figmēto adhibito q̄ in



carcere ipſo decidēs crus fregiſſet: dum redeun-
tes ab Iſchia quam enariam antiqui vocabant tri
remes regis de gallis victrices ſtudioſius q̃ cau-
tius per feneſtrā inſpicit. Sunt qui arbitrātur ho-
minem adhuc viuere quod ego nullo modo cre-
do cum nullus eſſet in Italia aptior ſi auctorita-
tē hominis in militia reſpicis ad euertendum Fer-
dinādi regis īperium. Subſtiterat in via hac reco
gnita (Senis nāq; erat) ducis Mediolani filia Nea-
polim ad maritum itura vt fidē faceret nulla pa-
tris ſui culpa Ferdinādum ī Iacobi Picennini ne-
cem cōſpiraſſe. Quid autē ea de re ſuſpicati ſint
homines optime nouimus: fuere etiā qui dicerent
id prius a Paulo pontifice ſcitū fore cum illis die-
bus archiepūs Mediolanenſis a pontifice ad regē &
a rege ad pontificē frequenter cōmeauerit. Cum-
que paulus ipſe dixerit audita hoīs captiuitate ap
pellationum iudicē e medio ſublatū eſſe. Sed ve-
rum eſt illud Vergilianum Neſcia mens homi- Vergilius.
num fati ſortiſque futuræ. Nullius enim magis q̃
Iacobi picennini opera reprimere Ferdinādi cō-
tumaciā paulus potuiſſet ſi tum in vita fuiſſet q̄
inter eos de ſoluendo tributo cōtentio eſt orta ac
bellum prope certum. Nā celebratis nurus ac fi-
liȷ̃ nuptiȷ̃s hac vna re & iacobi morte ſtabilito re-
gno Ferdinandus cū pontifice inſtat: vt & tribu-
tum ei diminuatur & quędā oppida quę de regno
poſſidebat eccleſia ei redderētur. Miſit eo paulus
Bartholomęum Rouerellā legatū tituli ſcti Cle-
mentis preſbyterū Cardīalē qui regis mentē ali-
qua ex parte leniuit. Verebatur tum credo vter-
que ne ſolis ac lunę eclypſes quæ tum fuere cum
maxima hominum admiratione regnorum mu-

tationẽ portẽderent. moritur tñ (ne corpora ce-
leſtia fruſtra pati exiſtimes) ſequẽti ãno frãciſcus
Sfortia inſubrię & lygurię dux. Nã Genuę dñatũ
Biẽnio ante adeptus fuerat, dedẽtibus ſeſe ciuib9
diutino bello parti inteſtino & graui parti exter-
no agitatis. Gallorũ eñ dñatũ quẽ ſpõte petierãt
reijciẽtes ad ſex milia gallici nominis ante oculos
Renati regis interfecere qui tum triremibus ali-
quot bene armatis aderat recuperãdę vrbis cau-
ſa quæ iã a Gallis defecerat. Mortuo itaq; franciſco
Sfortia Mediolanẽſium duce cardinales ſtatĩ pau-
lus ad ſe vocat quid eſſet agẽdum cõſulit. Cẽſue-
re oẽs mittẽdas eſſe literas & nuntios ad princi-
pes italiæ ad populos qui eos adhortarẽtur nil no
ui moliri ſed pacẽ antea initã ſeruare: maxĩe vero
tam iniquo tẽpore quo a Thurco cõi xpianorum
hoſte vexaremur. preterea vero epm cõchenſem
Mediolanum mittit oratum populum illũ vt nil
antiquius fide putaret quã Galeatio franciſci filio
pręſtiterat. Aberat tum Galeatius iuſſu patris in
Galliam cũ exercitu miſſus dũ rex Alouiſius cũ
principibus regni dicto ſuo haud quaquam ob-
temperantibus bellũ gerit. Ex fœdere eñ dum Ge-
nuam in feudũ accipit pręſidia regi franciſcus ſub
miniſtrabat. Requirebat & hoc affinitas inter eos
cõtracta cũ Galeã regine ac ducis Sabaudiæ ſoro
rem in vxorẽ accepiſſet. Qui cognita patris mor
te relicto bello: quod regio nomine contra Bur-
gundiæ ducem inchoauerat, Lugduno abiens ac
cum paucis permutata veſte in patriã rediens di-
tione paterna auxilio matris quæ populos in fide
continuerat ſine vlla contentione potitur: paulus
vero cõpoſitis hoc modo italiæ rebus cum intel-



ligeret militiam Rhodiorũ militum ob inopiam
ad nihilum redigi eorum magiſtrum ac primates
religionis ad ſe vocat corrigẽdi erroris cauſa qui
poſt frequentes conuentus apud. S. petrum habi-
tos tędio animi & ſenio cõfectus morit̃: ſepeliturq;
in Baſilica ſancti petri non longe a ſacello ſancti
Andreæ. in cuius locum Carolus Vrſinus ſuffe-
ctus Rhodum ad tuendam inſulam propere mit-
titur. Interim vero cum nunciatum paulo eſſet in
poli oppido in equicolis poſito multos hęreticos
in eſſe dominũ loci cum viris octo & fœminis ſex
cõprehenſos & ad ſe perductos cognito hominũ
errore ignominia notauit: & quidem grauiſſima
eos potiſſimum qui pertinaciores fuere nã mitius
cum his eſt actum qui errorẽ confeſſi veniam pe-
tiere. Erant enim eius ſectæ quã a peruerſa men-
te opinionis eſſe dicimus q dicerent nullum ve-
rum xpi vicarium eſſe eorũ qui poſt petrum fue-
re niſi qui paupertatem chriſti imitati ſunt. Aucto
deĩde Cardinalium numero ad. x. eĩ eodẽ tẽpo-
re creauit: quorum de numero. ij. fuere franciſcus
ſauonẽſis ordinis Minorum generalis. M. Barbo.
pręſul Vicentinus cuius opera & cõſilio magnis ĩ
rebus ſemper eſt vſus: Oliuerius Archieps Nea-
politanus. Amicus Epiſcopus Aquilanus. Theo-
dorus Monferratus: reliqui partim Galli: partim
Vngari & angli ſunt habiti. Senatu itaq; ĩ hũc mo
dum aucto ad cõponendã Italię pacem totus cõ-
uertit̃. Nã cum florẽtini quidã a factiõe petri me-
dices ciuili diſcordia pulſi. Vt Deteſaluus Ne-
ronius & Angelus Acciolus ac Nicolaus Sudo
rinus. Bartholomeũ Bergomatẽ concitaſſent: qui
magnã vim equitũ ac peditũ hẽbat vt in hetruriã

cum exercitu mouẽs ſe ac extorres oẽs ĩ patriã reducerer adiuuãtibus etiã Veneris occulte tamen primo quidẽ impetu poſſe & velle ſubuertere totã Italiã viſus eſt. Verum cum ĩ flãminia galeatiũ ducẽ Mediolanenſem obuium habuiſſet cum regis ac florentini populi copijs habenas inhibuit: & cunctãdo potius q̃ pugnãdo vincere annixus eſt pugnatum eſt tñ ſemel atq; acriter comitis Vrbinatis auſpicijs in agro Bononienſi ad ricardinam (id ei loco nomẽ eſt) dum caſtramerat: quo quidẽ tẽpore de Bergomate actum certe erat ſi tum galeatius affuiſſet qui florentiam cõponẽdæ rei bellicæ cauſa profectus paulo ante fuerat. Ferunt qui tãto prȩlio interfuere nuſquã ætate noſtra maiore cõtentiõe certatum eſſe prȩlium antea fuiſſe in quo plures deſiderati fuerint. Tum autẽ Veneti ſibi potius quã homini cauẽtes: cohortib⁹ aliquot & turmis ei ĩ auxilium miſſis pacẽ enixus quȩrere eius conficiendæ arbitrium omne in pontificẽ deferentes. Qui rei ſuæ quoq; admodum retinẽs: ſi victoria ad regẽ & ducem recideret: vt pax cõficeretur inſtabat. Erat enim opinio quorundam hominum non vulgarium Bartholomȩum coniuente pontifice padum traieciſſe: quo mutato Florentinorum ſtatu inferre bellum ferdinando regi cõmodius poſſet: cui ita infenſus erat vt accire cõtra eum nouos quoq; in italiã hoſtes cogitauerit. vocatis itaq; ad ſe omnium principum legatis: pacem his rationibus cõpoſuit: vt vtraq; pars quæ bello ceperat redderet: vtq; bartholomæus copias ſuas in Ciſalpinã Galliam reduceret: Seruareturque pax illa quæ antea inter franciſcum Sforciã & Venetos apud Laudam pompeianam



compoſita fuerat. In vna re tãtum addubitatum excluderet̃ ne a pace Italiȩ ſabaudiȩ dux vel Philippus frater qui eo anno venetorũ ſtipendijs militauerat prouinciamq; Galeatij bello vexauerat. Petebant veneti vt inter fœderatos is quoque cẽſeretur. Negabat id fieri poſſe Galeatius cum diceret eum ſe nunquã pro amico & ſocio habiturũ quẽ Rex Franciȩ hoſtẽ haberet. Verum tñ valuit Paulus blandicijs & pollicitationibus vt legatum Galeatij contra principis ſui decretum in ſententiã ſui ipſius traxerit. Hãc ob rem irat⁹ Galeatius & Laurentium. Piſaurienſem legatum ſuũ exilio mulctauit & ſabaudiẽſes ita bello vexauit vt eos pacẽ expoſcere coegerit, quæ quidem ex arbitrio regis franciȩ poſtea cõpoſita eſt interuenientibus & reginȩ & vxoris Galeatij precibus quæ ducis Sabaudiæ ſorores ſunt. Compoſitis autẽ hoc modo rebus Paulus ad ocium conuerſus populo Romano ad imitationem veterum ludos q̃ magnificentiſſimos & epulum lautiſſimũ inſtituit, procurãte eã rem Vianeſio Bononienſi pontificis vicecamerario. Ludi autẽ erãt pallia octo quȩ curſu certantibus in carniſpriuio proponebãt̃ ſingulis diebus. Currebant ſenes, adoleſcentes, Iuuenes, Iudȩi, ac ſeorſum paſtilis prĩo quidẽ pleni quo tardiores in curſu eſſent. Currebãt & eq̃ equæ Aſini bubali tãta cũ oĩm voluptate, vt hoĩes prȩ riſu pedib⁹ vix ſtare poſſẽt. Curſus aũt & ſtadiũ erat ab arcu Domitiãi vſq; ad ȩdes ſctĩ Marci, vñ põtifex ipẽ ſolidã voluptatẽ ꝑcipiebat. hac ẽt ĩ pueros cœno oblitos poſt curſũ mũificẽtia vſus vt ſingulis carlenũ (numi argẽtei id genus eſt) cõdonaret. Sed ecce ĩ tã publica oĩm lȩtitia ſubitus terror paulũ occu-

pat. Nunc iaturei quoſdā adoleſcētes, duce Calli-
macho in eū cōſpiraſſet cui p̄ timore vix reſpiran
ti, neſcio quo fato nouus ē terror addit̄. Aduolat
ei quidā cognomēto philoſophus hō facinoroſus
& exul: qui vitā primo & reditū in p̄riam dep̄cat⁹
nūciat, ac falſo quidē Lucā Totiū Rōanū ciuē Nea
poli exulātē, cū multis exulibus in nemoribus Ve
literinis a ſe viſum, ac paulopoſt affuturū. Time
re Paulus ac magis trepidare tū cœpit, veritus ne
domi & foris opprimeret̄. Capiūt̄ ꝑmulti in vrbe
tū ex Aulicis tum ex rōanis. Augebat hoīs timo-
rē Vianeſius augebāt & alij eius familiares, qui ex
tāta ꝑturbatiōe aditū ad maiorē dignitatē & vbe
riarē fortunā ſibi q̄rebāt. Irrūpebāt cuiuſuis domū
ſine diſcrimine. Trahebāt ī carcerē q̄s ſuſpectos cō
iuratiōis habuiſſent. Et ne ego tātę calamitatis ex
pers eſſem, domū vbi habitabā multis ſatellitibus
noctu circūdāt, fractis foribus ac feneſtris vi irrū-
pūt. Demetriū Ducēſem familiarē meū cōp̄hēdūt
a quo vbi ſciuere me apd̄ cardinalē M̄tuanū cœ-
nare, statī accurrūt & me in cubiculo hoīs captum
ad paulū cōfeſtī trahunt. Qui vbi me vidit. Ita in
quit duce Calimacho in nos coniurabas. Tū ergo
fretus innocentia ita cōſtanti aīo r̄ndi vt nullū cō
ſciētię ſignū in me dep̄hēdi poſſet. Inſtabat ille di

Platina capitur.

ſcinctus & pallidus, & niſi verū faterer, nūc tormē
ta mihi nūc mortē ꝓponebat. Tum ergo cū vide-
rent oīa armis & tumultu circūſonare veritus ne
quid grauiꝰ ob formidinē & irā in nos īcōſuleret,
ratiōes attuli, quā ob rē crederē calimachū nil ta-
le aliquid vnq̄ moliturū ne dū meditatum fuiſſe
qd̄ cum cōſilio: lingua, manu, ſolicitudine opibus
copijs, cliētelis, armis pecunijs, oculis, poſtremo



careret. Cæculus.n. erat & P. Lētulo ſōniculoſior,
ac L. Craſſo ob adipē tardior. Omitto ꝙ nec ciuis
q̄dē rōanus erat qui patriā liberaret, nec p̄ſul qui
pōtificatū ſibi paulo interēpto deſumeret. Quid
poterat Calimachꝰ? Quid auderet? Erat ne ligua
& manu ꝓmptꝰ? Habebat ne ad tātā rē cōficiendā
certos hoīes delectos & deſcriptos quoꝝ opa vte
ret̄. niſi forte vellēt Glaucū & petreiū fugę ſuę coī
tes alteros gabinios ac Statilios eſſe? Tū paulus
ad vianeſiū cōuerſꝰ, hic īquit (me toruis oclīs aſpi
ciēs) tormēto cogēdus eſt veꝝ fateri, nā cōiurandi
artē optīe nouit. Vtinā cōſideratiꝰ mecum egiſſet
Paulus, nō ei me statī tormēto ſubiecisset. Nā cum
veꝝ cōiectura q̄rit̄ nec de fctō cōſtet ī cōiuratiōe
potiſſimū & q̄ añ ſuſceptū negociū & poſt ſint ge-
ſta q̄rit̄. Cōſiderat̄ vita cōiurātis cōſiderāt̄ mores
ābitio cupiditas tū facultatū tū bonorū & ſi quid
antea dictū, ſcriptū aut factū ſit qd̄ eo tēdat. Horū
nihil cōſiderauit Paulꝰ ī carcerē nos cōijcit. Verū
cū admonet̄ ab his q bñ ſentiebāt quibuſq̄ explo
ratū erat Lucā Totiū nuſquā pedē Neapoli mouiſ
ſe, ne tm̄ tumultū cum ſuo diſcrimine cōcitaret, re
uocat edictū tertio die q̄ p̄mia illis ꝓponebat, qui
lucā reum maieſtatis vel viuum vel mortuum in
poteſtatē ſuam redegiſſet. Non tamē quadrarios
fratres quos ob eam ſuſpitionem ceperat & torſe
rat, dimiſit. Subeſſe aliquam latentem cauſam vi-
deri volebat, ne leuitatis argueretur. Liberatus
hoc metu Paulus, ad nos ſtatim animum adijcit.
Mittit in arcem Hadriani Vianeſium cum Io-
anne Franciſco clugienſi ſanga & ſatellite qui nos
quouis genere tormentorum adigat ea etiā fate-
ri quę nuſquam ſciebamus. Toquentur prima &

ſequẽti die multi quorũ ꝑs magna ꝑ dolore ĩ ipſis
cruciatibus cõcidit, bouem Phalaridis ſepulcrum
Hadriani putaſſes, adeo reſonabat fornix ille Cõ
cauus vocibus miſerorũ adoleſcentiũ. Torq̃batur
Lucidus hõ oĩm innocẽtiſſimus. Torq̃bat̃ Marſus
Demetrius Auguſtinus Cãpanus Optimus Ado
leſcẽs & vnicũ Seculi noſtri decus, Si ingeniũ & Li
teraturã ĩſpicis. Quibus cruciatibus & dolore ani

Torquet̃ Platina.

mi mortuũ poſtea crediderĩ. Feſſi Tortores nõ tñ
ſatiati: Nã ad vigĩti fere eo biduo q̃ſtioni ſubiece
rãt, me quoq; ad penã vocat. Accĩgũt ſe opi carni
fices. Parãtur tormẽta, ſpolior, laceror, trudor, tã
quã craſſator & latro. Sedet Vianeſius tanq; alter
Minos ſtratis tapetibus, ac ſi in nuptijs eſſet, vł po
tius in cœna Atrei & Tãtali. Hõ inquã ſacris intia
tus, & quẽ ſacri canones vetãt de laicis q̃ſtionẽ ha
bere, ne ſi mors ſubſequat̃, qđ in tormẽtis interdũ
accidere ſolet irregularis (vt eorũ verbo vtar) &
impius habeat̃. Neq; hoc qdẽ cõtẽtus, dũ penderẽ
miſer in ipſis cruciatibus monilia ſangę clugienſis
attrectãs hoĩem rogabat, a qua puella donũ amo
ris habuiſſet. De amoribus locutus, ad me cõuer
ſus inſtabat, vt ſeriẽ cõiurationis, vł fabulę potius
a calimacho cõfectę explicarẽ dicerẽq; qd cauſę eſ
ſet: cur Põponius, q tũ Venetijs erat ad me ſcri
bẽs patrẽ ſãctiſſimũ in ſuis literis appellaret, te ĩ
quit põtificẽ creauerãt cõiurati oẽs. Flagitat item
dederĩ ne literas Põponio ad ĩpatorẽ, aut ad ali
quẽ xpianũ prĩcipẽ ſuſcitãdi ſciſmatis aut conciliũ
cã. Reſpõdeo me nũq; cõſiliorũ Calimachi pncipẽ
fuiſſe qppe cũ iter nos ſimultas eſſet haud parua.
Neſcire itẽ cur Põponius me patrẽ ſanctiſſimũ ap
pellaret, ſciturũ ab eo, nã paulo poſt vinctũ affu



turũ dicebat. De põtificatu vero nõ eſſe cur ſolici
ti eſſent, qꝛ vita priuata ſemꝑ cõtẽtus fuiſſem ad ĩ
peratorẽ vero me nũq̃ literas miſiſſe nec Põponij
opa in ea in reuſum eſſe, id etiã ab eo ſciturũ. Tan
dẽ vero delinitus aliquãtulũ tot meis cruciatibus
nõ tñ ſatiatus, deponi me iubet, veſperi maiores

Reuocat̃ platina ad torturã.

ſubiturũ. Deferor in cubiculũ ſemimortuus. Nec
ita multo poſt reuocor a q̃ſtoribus bñ potis & prã
ſis, aderat & Laurẽtius archiepſ Spalatẽſis, petũt
qd mihi colloquij fuerit cũ Sigiſmũdo Malateſta,
q tũ ĩ vrbe erat. de literis inquã de armis, de pſtãti
bꝫ ĩgenijs tũ veterũ tũ nroꝝ hoĩz loq̃bamur. Deq;
his rebus, quæ in hoĩm colloquia cadere poſſunt.
Minari tũ Vianeſius ac maiores cruciatus ꝓpone
re niſi verũ faterer. Rediturũ ſe die ſequẽti medi
tarer interĩ vbi eſſem, & qbuſcũ mihi eſſet agẽdũ.
Reducor iterũ ad cubiculũ, vbi me tãtus repente
dolor inuaſit vt vitã cũ morte cuperẽ cõmutare
recrudeſcẽtibus doloribus ob refrigerata mẽbra
quaſſa vehementer ac lęſa. Recreabat me tñ nõ pa
rũ Angeli Buſſali Romani equitis humãitas, quẽ
anno añ paulus in carcerẽ cõiecerat, ob interfectũ
a Marcello filio Frãciſcũ Cappociũ. Id ei factũ An
geli ſuaſu Paulus dicebat. Angelus itaq; ac frãci
ſcꝰ nepos qbuſcũ in eodẽ cubiculo diuertebã quo
minus doloribus & inedia morerer, ſuis manibus
& medelas & cibũ mihi afferebãt, Poſt biduũ ve
ro chriſtophorus Veronẽſis pauli medicus ad me
veniẽs, bono inquit aĩo te eſſe iubet paulus, ac de
ſe bene ſperare breuiq; liberũ futurũ, ſciſcitor quã
do id fore ſperaret. Reſpõdet hõ liber audiẽtibus
oĩbusq tũ aderant, nõ ita cito fieri poſſe ne leuita
tis & ſeuitię argueretur põtifex qꝛ illos quos tãto

tumultu concitato cepiſſet ac torſiſſet, ſtatī velu-
ti innoxios dimitteret. Neq; hoc quidem cōtētus
paulus quos paulo añ coniurationis & maieſtatis
accerſierat, eoſdē mutata ſnīa ob diuulgatā fabu-
lā hęreſeos accuſat. Trahit̄ ad vrbē pōponius Ve-
netijs captus ꝑ totā Italiā tāquā alter Iugurta, du-
cit̄ in iudiciū pōponius vir ſimplicis ingenij, neq;
cōiurationis neq; alicuius ſceleris cōſcius. Rogatꝰ
cur noīa adoleſcētibꝰ īmutaret. Vt hō liber erat,
Quid ad vos inquit & paulū ſi mihi fœniculi no-
mē indo? Modo id ſine dolo ac fraude fiat. Amo-
re namq; vetuſtatis antiquorū p̄clara noīa repete
bat, quaſi quędā calcaria, q̄ nr̄am iuuentutē ęmu-
latione ad virtutē incitarēt. Trahit̄ & Lucillus ad
vrbē tāquā reus maieſtatis: qui in ſabinis tetricā
illā vitā ducebat: ꝙ ad cāpanū ſcribēs: q̄ literę po-
ſtea dep̄henſę ſunt, Heliogabali cuiuſdam amores
rep̄hēdebat. ita occulte, tn̄, vt niſi a cōſcio digno-
ſci res ipſa nō poſſet. Vianeſius autē diligēs paſtor
ad nos cum tormētis ſępius rediens, torto etiā pe-
treio calimachi comite in fuga cōp̄henſo, ac nihil
cōfeſſo, ꝙ diceret ebrioſam illā Calimachi collo-
cutionē nullius momēti exiſtimādam fuiſſe, oīa
oculis colluſtrās, ne refractis parietibꝰ tāquā Dę-
dali ex alta arce volaremus, carcerē ſubterraneū
meditat̄, ac fabris ſtatī locat eoq; coijcit Franciſcū
Anguilarē Gartaluſium, Franciſcum Aluianū: Ia-
cobū ptolomęum quadriēnio añ moleſtia carce-
ris maceratos, De libertate nr̄a interī nullū verbū
fiebat, erat tum īpator in vrbe. Voti eñ gratia
venerat cum magno comitatu, quē paulꝰ magna
cum impenſa honorificentiſſime ſuſcepit, expen-
ſis decē & octo milibus nūmum aureorum. Am-

Impator romā adit



bos ex mole Hadriani ſub eodē pallio a laterano
redeuntes comitāte honorato quoq; inſpexi. Sub-
ſtitit paulus in ponte, donec imperator equites ali
quot crearet. Abeūte deinde imperatore cum iā
metu omni liberatus eſſet, nam & equitum & pe-
ditum ſuorū magnā partē in vrbe vocauerat, ve
ritus ne quid tumultus a populo Romano excita
retur p̄ſente impatore. x. mēſe poſt captiuitatem
noſtram in arcem veniēs, ne tm̄ tumultus fruſtra
concitaſſe videretur, multa nobis obijcit, ſed illud
potiſſimū, ꝙ de immortalitate animorum diſpu-
taremus, teneremuſq; opinionē platonis, quā di-
uus Auguſtinus chriſtianę religioni ſimilimā eſſe
cenſet. Merito inquit Aurelius, Cicero deū inter
philoſophos vocat platonem, qui cunctos īgenio
& ſapiētia ſupauit, hunc mihi delegi quo cū diſpu
tarē, qui de vltimo hoīs fine, & de diua natura me
lius quā cęteri philoſophat̄. Indubiū īquit paulus
diſputādo deū vocabatis. Qđ quidē oībus philo-
ſophis & Theologis nr̄orū tp̄orū obijci pōt, qui &
aīos & deū & oēs intelligētias ſepatas diſputandi:
ac veri inueniēdi cā in dubium plerumq; vocant.
præterea vero hæretici ſunt, vt ait Auguſtinus,
qui quid praue ſapiūt ptinaciter: defendunt. Sanā
diſciplinam nunquā aſpnati ſumus, quod facere
conſueuerunt (vt ait Leo) erroris magiſtri qui ſe-
orſum ab eccleſia ſentientes hęretici merito (Hie-
ronymo teſte) ſunt appellati. Rationē vitæ meę po
ſteaquā ſapere per ætatem ſæpiuſq; ad hæc tēpo-
ra reddere vobis poſſum. Nullum mihi facinus ī-
pingi poteſt, nō furtum, non latrociniū, non ſacri-
legium, non depeculatus non patricidiū, non ra-
pina non ſymonia. Vixi vt Chriſtianum decebat

Innocētia platinę.

confeſſionē & cōmunionē in anno ſemel ꝑſertim
intermiſi nunq̃. Nil ex ore meo excidit, q̃d cōtra
ſymbolū eſſe, aut hęreſim ſaperet, nō ſum imitatꝰ
Simoniacos carpocratianos. Ophitas, Seuerianos,
Alogios, Paulinos, Manicheos Macedonios, aliā-
ve Hęreticorū ſectā. pręterea vero paulus crimi-
ni nobis dabat, ꝙ nimiū gētilitatis amatores eſſe-
mus, cū nemo eo huius rei ſtudioſior eſſet, quippe
qui & ſtatuas veterū vndiq; ex tota vrbe cōquiſi
tas in ſuas illas ædes quas ſub capitolio extruebat
cōgereret, etiā auecto ex ſancta Agnete beatę cō-
ſtātiæ ſepulchro: fruſtra reclamantibus monachis
loci, qui poſtea mortuo paulo ſepulchrū illud por
phyreticū a Sixto pōtifice repetiere. pręterea vero
numiſmata ꝓpe īfinita ex auro argēto æreue ſua
imagine ſignata ſine vllo ſenatus cōſulto in fun
damentis ędificiorū ſuorum more veterum col-
locabat. Vertere potius hac in re q̃ petrū q̃ Ana-
cletū, & Linū imitatus. Cum vero nr̃a de re inter
palatinos ep̄os & duos fratres eſſet aliq̄n diſcepta
tū, quorū alter erat ordinis frāciſci, alter dn̄ici, ve
nerūtq; fere oēs in hāc ſn̄iam, nihil eſſe in nobis q̃d
hęreſim ſaperet. Verū cū paulus ī arcē veniſſet, ex
cluderetq; de induſtria frāciſcus patronus nr̄ veri
tatis aſſertor, quo liberius leonardo loqui liceret:
eadē dicit q̄ pridie Rogati ſn̄iam q tū aderant & ſi
ad nutū pōtificis aliqua ex pte loq̄bant̄, noſtrā tū
cām leuiorē faciebāt, ac pōtificē mitiorem redde-
re conant̄. Solus autē īter oēs lęlius valla romanus
ciuis & aduocatus conſiſtorialis noſtrā cām libere
tutatus eſt. cōfutat oīa quę a leonardo dicta erant,
quęq; p̄ti affirmauerat alter aduocatus Andreas
ſanctę crucis. Fit autē interdicendū de academia



mentio inclamat tum. M. Barbus ſancti marci car
dinalis nos non academicos eſſe ſed fœdatores a-
cademiæ. Quid turpitudinis autem a nobis in a-
cademiam prodierit certe non video cum nec fu-
res, nec latrones, nec incendiarij, nec decoctores
eſſemus. Veteres academicos ſequebamur nouos
contēnentes: qui in rebus ipſis nil certi ponebant.
Paulus tamen hæreticos eos pronuntiauit: qui no
men academiæ vel ſerio vel ioco deinceps com-
memorarēt. Iuncta eſt hæc ignominia platoni ip̄e
ſe tueatur. Volebat paulus rebus in omnibus vi-
deri acutus & doctus: volebat itē videri facetus:
deridebat fere omnes cōtemnebat. Interrogat tū
pomponium hominem irridens quod ei a teneris
annis nomen impoſuerant parentes. Reſpondet
pomponius ſe binomium fuiſſe. Confuſus nouita
te rei paulus ſubſtitit amplius de nomine quære-
re. Ad me autem conuerſus in omnem contume
liam prorupit omitto ꝙ mihi coniurationem hæ
reſim maieſtatis crimē obijceret quæ omnia iam
purgata erant obijciebat etiam ingratitudinem:
ꝙ in me licet ingratum officioſus fuiſſet ſi ſpolia-
re homines emptione ſua īcognita cauſa, ſi carce-
re, ſi tormentis, ſi ignomina, ſi calūnia afficere be-
neficium eſt certe erga me beneficus & liberalis
dici pōt paulus & ego īgratus: qui tantorum ma-
leficiorū immemor ab vrbe non diſceſſerim. ſuis
mandatis obtemperans ſuis pollicitationibus to-
tiens fruſtratus. Abijt īde minabundus: & ob irā
quam tum cōceperat nos vſq; ad integrū annum
retinuit. Ita cum credo iuraſſe quando nos cepit
vt ī carcerē cōiecit noluit periurus videri. Dimiſ
ſos tandem in ædibus ſuis viginti diebus ita nos

retinet:vt efferre pedẽ domo non liceret. Vaga-
ri deĩde per vaticanum ſinit. Fatigatus poſtremo
cardinaliũ precibus liberos tandẽ nos facit. Vo-
cor non ita multo poſt literis a lodouico gõzaga
pricipe mãtuano ad Balnea petriolana valitudi-
nis cauſa quã in carcere dextro humero debilita
tus cõtraxerã:eo vt ꝓficiſcerer primo vetuit Pau
lus:q; diceret ſe breui rei meę bñ cõſulturũ. Eo tñ
ac redeo ſpõdẽte reditũ meũ beſſarione cardĩali
niceo viro pręſtãtis ĩgenij & ſingularis literaturę.
Fidẽ meã cõmendat paulus ac crebro iactat opti-
mã eius erga me volũtatẽ. Poſt diſceſſum Borſij
eſtẽſis:quẽ ad vrbẽ cũ magno equitatu venientẽ
magnificẽtiſſime & lautę ſuſceperat: ducemq; fer
rariæ creauerat: me breui viſurum quo ĩ me aĩo
eſſet. Idq; etiã oratoribus tum Venetorũ tum du
cis Mediolãnẽſis qui me ei cõmẽdauerãt ſępe pol
licitus fuerat. Biẽnio hac ſpe ductus vel fruſtratus
potius ire bononiã inſtituerã cum cardĩali mãtua
no eiuſdem ciuitatis legato: quo minus id facerẽ
vetat paulus:dicitq;(ita erat vrbanus & facetus)
me ſatis ſapere & facultatibus potius q̃ literatura
indigere. Sed ecce dũ expecto vt mei tãdẽ tot ca-
lamitatibus tot malis circũuẽti miſereat̃ pontifex
ipſe appoplexia moritur ſecũda hora noctis:ſolus
in cubiculo nemine vidẽte cũ eo die lætus etiam
cõſiſtoriũ habuiſſet põtificatus ſui anno ſexto mẽ
ſe decimo. Quinto Kalẽd. auguſti. Mileſimo qua-
dringenteſimo ſeptuageſimo primo. Fuit autem
in homine quãtũ ad corpus pertinet maieſtas põ-
tifice digna:erat eñ magni ac vaſti corpis. adeo:
vt dũ ad rẽ diuinã proficiſceretur ſolus emineret.
Circa cultũ corporis & ſi moroſus nõ erat:nequa-



quã tamẽ negligẽs habebatur. Fuere etiã qui di-
cerẽt eũ dum in publicũ prodiret faciẽ ſibi fucis
cõcinare. De apparatu põtificio non eſt cur ambi
gas:maiores ab hoc vno ſuperatos regno pręſer
tim:ſiue mitrã velis appellare:in quã multas opes
contulit:coemptis vndiq; ac magnis precij ada-
mantibus ſaphiris: ſmaragdis:chriſolitis:iaſpidi-
bus vnionibus:& quicquid gemmarum ĩ precio
eſt: quibus ornatus tãquã alter Aron in publicũ
forma humana auguſtiore prodibat. Inſpici tum
ab oĩbus volebat & admirari. Hãc ob rẽ nõnun-
quã peregrinos ĩ vrbe retinuit: intermiſſa oſten-
dendi ſudarij cõſuetudine, quo a pluribus eodem
tẽpore cerneretur. Præterea vero ne ſolus differ-
re a cæteris videretur:publico decreto mãdauit
propoſita pœna:ne quiſpiã bireta coccinea (ita ap
pellant capitis tegmen) præter cardinales ferret:
quibus etiam primo pontificatus ſui anno pannũ
eiuſdem coloris dono dedit quo equos vel mulas
ſternerẽt dum equitãt. Voluit præterea in decre-
tum referre. vt Galeri cardinaliũ ex ſerico cocci-
neo fierent ſed id quo minus decerneretur vetue
re illi:qui bene ſentientes diminuendã eſſe eccle-
ſię pompam non augendã cũ detrimento chriſtia
næ religionis prædicabant. Ante pontificatũ ve-
ro prędicare ſolebat:ſi ſors vnquã ei cõtigiſſet:ſin
gulis cardinalibus ſingula caſtella ſe donaturum
quo vitandi æſtus vrbani cauſa ſecedere percom
mode poſſent. Sed pontificatum adeptus nil mi-
nus cogitauit. Pontificatus tamen maieſtatem tũ
auctoritate tum armis augere conatus eſt. Nam
Tricaricenſem epm in gallias miſit qui cognita
leodenſium & ducis burgundiæ contentione:eos

ad concordiam reuocaret: ſublato interdicto quo leodicẽſes notati erant ob pulſum iniuria epiſcopũ ſuũ. Verum dum tricarienſis quàm accurate agit vt id ad ſolum pontificem pertinere oſtenderet: a Leodienſibus cum eorũ epiſcopo capitur. Hanc ob rem dux Burgundiæ inita pace cum lodouico franciæ rege (tum enim bellum inter ſe gerebat) adiuuante ipſo rege Leodienſes grauiſſimis cædibus perſecutus: eorum vrbẽ tandẽ euertit: & captos epõs liberauit. Præterea vero paulus cognita regis Boemiæ perfidia: in homine laurentio rouerella epõ ferrarieñ legato ita vngaros & germanos concitauit: vt breui & ſtirpem georgij funditus ſuſtulerit: & nomen hæreticorum fuerit delecturus: ni Poloni id regnum ad ſe pertinere dicẽtes: Matthiam Vngariæ regem tenuiſſent bello laceſſitum: quo minus regno Boemiæ potiretur. Duo tamẽ bella & quidẽ parua ĩ Italia ſuſcepit. quæ nulla re prius repetita bello ſed ĩſidijs primo ĩchoata poſtea deſeruit. Cum igitur Tolphæ veteris dominos inſidijs primo mox armis cũ id nõ ceſſiſſet duce Vianeſio aggreſſus eſſet obſideretq; locũ & oppugnaret ſuperuenientibus regiis copijs quæ a bello quod in flaminia contra Bartholomæũ bergomatem geſtũ eſſe diximus: quo in exercitu vrſini militabãt repẽte effuſa fuga obſidionẽ deſerit cum amplius ſexaginta milibus paſſuũ hoſtes abeſſent. Atq; ita Tolphã poſt lõgã cõtẽtionẽ quã etiã Vrſinos ſibi inimicos ac prope hoſtes fecerat decẽ & ſeptẽ milibus numũ auri emit familiæ vrſinæ potentiã veritus quæ dominis loci affinitate coniuncta erat. Iiſdẽ quoq; artibus Robertũ Malateſtã Sigiſmundi mortui filiũ aggreſſus cũ etiã



d olo ſuburbiũ ariminẽſe cepiſſet. Vrbẽq; aliquãdiu oppugnaſſet Laurẽtio Spalatrẽſi archiepõ tãtũ negotium ꝑcurante ſupueniẽte poſtea Federico comite Vrbinati cũ regio ac florẽtini populi exercitu & obſidionẽ relinquere coactus eſt & fuſo turpiter ac fugato eius exercitu pacẽ turpi etiã cõditiõe initam nõ renuit. Affirmat Laurentius potiundi Arimini opportunitatẽ amiſſam eſſe dũ auare nimium ſtipendia militibus perſoluit dũq; ignoratiõe rerũ & tarditate ĩgenij rem ipſam quæ momento tẽporis colligitur: in bello potiſſimum in lõgũ ducit. Natura enim ĩ rebus agẽdis ita ꝑpoſterus paulus erat vt niſi fatigatus rẽ quãtũuis clarã & apertã inchoaret aut ĩchoatã perficeret. Quãquam ipſe iactare ſolebat vt ſibi ĩ multis vſui fuiſſe cũ in pluribꝰ ſi verũ fateri volumus ſibi ac Romanæ eccleſiæ id ad modum nocuiſſet. in colligẽdis aũt pecunijs ita diligẽs fuit: vt fere ſemper bñficia & epatus his cõmitteret qui officiũ aliquod venale haberet vnde elici munus poſſet. Oĩa em̃ officia ſuo tẽpore venalia erãt quã ob rẽ factũ eſt vt qui epatũ aut bñficiũ vellet officiũ aliquod emeret quo lenocinio quod vellet conſequeretur ſuperatis cõpetitoribus oĩbus doctrina & probitate vitæ quouis magiſtratu & honore dignis. preterea vero cũ epatus vacaret quo plures annatæ eodẽ tẽpore ſoluerẽtur digniores vt ipſe prædicabat ad vberiores epatus mouẽs magnã pecuniæ vĩ vndiq; colligebat. Redimẽdarũ quoq; penſionũ vſum nõ improbauit. His autẽ pecunijs interdum etiã ad liberalitatẽ vtebatur. nã & cardinales pauperes maxime & epõs & principes ac nobiles domo extorres virgines viduas ægrotos

frequenter iuuabat. Curauit itē vt Romæ annona
cæteraq; ad victū pertinentia vilius ꝙ antea ven
derentur ædificauit etiā ſplendide ac magnifice
tum apud ſanctū Marcū tū vero ī vaticano quod
ad munificentiam pertinet. Venationem quoq;
miro apparatu edidit duci ferrarienſi in cāpo me-
rulæ huic autē pręfuit eius ex ſorore nepos. S. Lu-
ciæ cardinalis: quem vna cum Baptiſtazeno al-
tero nepotes cardīales ante creauerat. Adire ho-
minē die dormientem: ac noctu vigilātem attre-
ctantemq; gēmas & margaritas difficile erat neq;
niſi poſt multas vigilias ꝙ ſi tibi patuiſſent fores
audire hominē nō audiri ab homine neceſſe erat
adeo copioſus in dicendo habebat̄. Moroſus erat
& difficilis tū domeſticis tū externis & ſępe quod
promiſerat mutata ſententia īuertebat. Volebat
videri aſtutus rebus in omnibus hanc ob rē per-
plexe nimium interdū loquebatur. Quare ami-
citias prīcipum ac populorum nō diu ſeruauit ꝙ
variarum partium haberetur. Varia ciborū gn̄a
ſibi apponi volebat: & peiora quęq; ſemꝑ degu
ſtabat. Clamabat interdū niſi quæ expetebat ex
ſententia ei apposita fuiſſent. Bibaciſſimus quidē
erat ſed vina admodū ꝑua & diluta bibebat. Pe-
ponū eſu cācrorū paſtillorū piſciū: ſuccidię admo
dum delectabatur: quibus ex rebus ortam credi-
derī Apoplexiā illā qua e vita ſublatus eſt. nā du
os pepones & quidē pręgrādes comederat eo die
quo ſequēti nocte mortuus eſt. Iuſtus tn̄ eſt hūus
& clemens. Pleroſq; autē latrones pœna carceris
ad ſanitatem redigere conatꝰ eſt fures parricidas
perfidos periuros: humanitatis aūt ſtudia ita ode-
rat & cōtēnebat vt eius ſtudioſos vno nomine hę



reticos appellaret. Hāc ob rem Romanos adhor-
tabatur ne filios diutius in ſtudijs literarum verſa
ri paterentur ſatis eſſe ſi legere & ſcribere didiciſ
ſent Durus interdum & ī exorabilis ſiquid ab eo
peteres habebatur: neque hoc contentus cōuitia
& probra in te conciebat. Plura tamen præſtabat
ꝙ vultu facturum pręſe ferret vno tamen poſtre
mo laudari poteſt: ꝙ domi monſtra non aluerit
quodque domeſticos ſuos & familiares in officio
continuerit ne ob factum & inſolentiam populo
Romano & Aulicis ſtomachum facerent.

Huc vſque deſcripſit Platina.

## Sixtus IIII.

Sixtus quartus, Frāciſcus arruere an-
tea dictus: genere ligur: vrbe ſauona
oriundus: ordinis fratrum minorum
miniſter accuratiſſimus. Cum letha-
li apoplexię aculeo occubuiſſet Pau
lus pontifex cardinalium conſenſu eidem ſurro-
gatur. Vir certe non minus arte ꝙ ingenio clarus
fuit politioribus literis a teneris annis apprime
imbutus labore incredibili ad diuinarum huma-
narumq; artium apicem cōſcendit: vt omnes Ita-
los literis laceſſere & vincere facile potuerit quod
facile ꝑdūt ex eius carthaceo ſcrinio nōnulla eius
opera nō minus cōcinne ꝙ eleganter ſcripta quæ
iā in lucē prodiderūt, ſcilicet de potētia dei, de ſan
guine xp̄i, de cōceptiōe. B. Marię, & aliorū innu-
mera ꝓpe ſupellex quæ fortaſſe puluerulento ſi-
tu ſqualida iacent. Et vt ante pōtificatū adeptum
clemēs pius & ī oēs māſuetus extitit ita magiſtra-
tu pōtificio inſignitus omni virtute cœpit ceteros
pręcellere ad vitia teſtudineus: ad virtutis & bo-

narum artiū ſtudia equis veliſq; ocius anhelabat
in pauperes pius in religioſos munificus & ad ius
cuiq; reddendū vigilātiſſimus erat. Principes cla
de militari patria extorres & proprio regno pul-
ſos præſertim palleologorū filios: Boſſinæ reginā
alioſq; cōplures thurco infeſtato ſumma opera iu
uare curauit. vrbē Romam cœnoſam & ſtrati pe-
ne expertem carioſa vetuſtate deſolatam necnon
debilioribus fulcris nutantē omni ope īſtaurare
ſategit: necnon oīa eius cōpoſita cultiſſime ſtra-
uit. Pōtē ſuper tyberim (quē ab ipſo Sixti pōtem
vocant) miro artificio maxima impēſa extruxit:
aliiſque bñficiis Romā ſibi adeo aſtrinxit vt non
iniuria ipſius alter Romulus vocandus ſit. Apud
ſanctū petrū tēplū cultiſſimū extrui iuſſit ī eo ſa-
cerdotes inſtituēs quos annuis ꝓuentibus libera-
liter dotauit. Hoſpitale ſcti ſpūs in vaticano vetu-
ſtate collabens magnifice ad pauperum profugiū
inſtaurauit ibiq; ſuę vitę ſeriē manu appellę cę-
lari voluit. Et cum ſumma religione virginē Ma-
riam acri vredine de ſuo more excoleret eius tē-
plum quod ſanctam Mariam dicunt, excidio & ca
rie ferme obrutum magnis ſumptibus denuo ex-
truere fecit. quod munificentiſſime annuo mune-
re donauit. Hic a quarto ſui pontificatus anno iu-
bileum per totum xp̄ianitatis orbem honorifice
celebrauit: vt q̄ diu vitia dilituerāt recōdita: ſtatī
corde cōtrito confeſſa xp̄i fidelibus abluerentur.

B. Bonauētura ſanctorū cathalogo aſcribit.

Beatū Bonauēturā theologū in ſanctorum albo
inſcribi & haberi voluit. Hoc tamen ei dant vitio
quod ſuos ſupra modū amauerit humana diuīaq;
præter iuſticiam eis tribuens. Multorum iudicio
iniuſte tumultu bellico totam Italiam vexauit.



Laurentium enim medicem qui tunc florentinis
p̄erat maledica cenſura īprimis ꝓſcribens florenti
nis bellum īdixit: ꝙ Raphaelem cardinalē ex ſo-
rore violētina nepotem, necnō Franciſcū ſaluiatū
piſanum archip̄ſulem cum pleriſq; eos comitāti-
bus ſuſpendio affigunt qm̄ Iulianū medicem Lau
rentii fratrem egregium adoleſcentem in templo
ſanctæ liberatę a ſuis ſicariis obtruncari fecerant.
Hac ei tēpeſtate inſigni īiuria (vt credebat Sixt⁹)
ꝓuocatus ſuaſu Hieronymi comitis atq; Ferdinā
di appulię regis in hetruriam caſtrametatus florē
tinos magnis dānis opp̄ſſit, donec re diligentiori
examinatione cognita Franciſcum ſaluiatum reū
eſſe cognouerit pōtifex, qui Laurentium medicē
a cenſura eccleſiaſtica abſoluit. Nec italicę calami
tati defuit ſenatus venetus, qui Herculem eſtēſem
ferrarię ducem obſeſſum circumuallans in ferra-
rię agros ſęuiſſime debacchatus eſt. Hic Sixt⁹ Fer
dinando bellū indixit ꝙ nollet Herculi eſtenſi cō
tra venetos eum longa obſidione p̄mētes auxilia
ri. Sed cū Ferdinando rebus cōpoſitis, venetos ar
mis apppulię fretus ꝓ virili fatigat, & quoſq; ita
lię potentatus ī eos cōcitat, eos interdixit excōmu
nicauit & oībus dignitatibus orbari voluit nec ip
ſo ſupſtite abſolutiōis munus ei īpenſum eſt. Tan
dē febrili calore correptus naturę exoluit delatū.
Et ſi inter italię prīcipatus cōpoſitis rebus tā īma-
nis ſedatē tumultus. Hic toto ſui pōtificatus tēpo-
re. xx. cardinales ordinauit īter quos iulianus ſan
cti petri ad vincula ex fratre nepos p̄cipuus fuit,
qui Sixti funus celebri pōpa magnifico ſumptu in
tēplo ſancti petri ad vaticanū ſepeliri fecit. Mul-
tas feſtiuitates veteribus iunxit & cōceptiōis p̄ſen

tationis beatę Marię ſanctę annę eius matris ſan-
ctiſſimi Ioſeph ſeraphici Franciſci feſta in chriſti
eccleſia celebrati iuſſit. Obijt igitur turbulentiſſi
ma bellorum fluctuatione inquietatus anno chri-
1484 ſti. Mileſimo quadringẽteſimo octuageſimoquar
menſe Auguſti pontificatus vero ſui anno deci-
motertio.

Innocentius VIII.

INnocentius octauus Iohannes bapti
ſta antea dictus patria genuenſis ex
mediocri genere honorato tamẽ, pa-
tre Aaron viro ſane probo ortus pri-
mo ſanctæ eccſiæ presbyter cardina-
lis creatus & cum virtutis atq; diſciplinarum om
nium ſpecimẽ foret cardinalium auſpicijs Sixto e
medio ſublato ſummus pontifex creaẗ anno xp̄i.
Mileſimo quadringenteſimo octuageſimoquarto
idibus Auguſti. Hic autẽ affabilis manſuetus elo-
quo facundus & comis quẽ maturus inceſſus morũ
non moroſa grauitas necnon gemina indoles ex-
ornabant. Perſpicacis ingenij fuit vt altiora rimã
ti faciliter ĩnoteſcerẽt. Nec defuit ipſi verborũ le-
pos nõ iniucundus multis ſalibus cultus cũ rẽpeſti
uũ erat. Pacem principibus chriſtianis cõmendãs
eos abiectis mutuis odijs fœdus percutere horta-
batur, ne thurcarũ inſidias moliantiũ viribus chri
ſtianitas detrimentum ſubiret. Nõ iniuria igiẗ In-
nocentius dictus eſt cũ vitæ innocentia manſueta
indole clarius. Nõ iracũdus ĩexorabilis aut moro
ſus inter cęteros velut ſydus emicuerit. Et cũ con
ſideratius cõſilio maturo animaduerteret ꝓ eccle
ſię dignitate & ſubditorũ tutela ea armis q̃rẽda
eſſe quæ raptu. Aut temerarijs aliorum põtificum



donis ablata fuerãt, dicebat arma ſumenda nõ ꝓ-
pter victoriã aut gloriã, ſed vt pax inde ſequatur.
Singulos principũ chriſtianorũ oratores cũ in ſui
pontificatus principio cũ de more ſalutatũ veni-
rẽt, ad pacẽ admonebat ſuadẽs armis tẽpla profa
nari, funditus demoliri, dei cultũ intermitti, puel
las inceſtari, fruges & bonorũ quodcũq; genus po
pulari, quod teſtatur Lucanus dicens, Nulla fides
pietaſq; viris qui caſtra ſequũẗ. Vrſini tñ & colũ-
nenſes romani proceres eius pios hortatus aſper-
nati, inteſtinis bellis vrbẽ infeſtantes, ſe inuicẽ la-
cerabant, & incredibili damno inuito põtifice vr
bem affecerunt. Hac etiã tẽpeſtate cõtra Ferdinã-
dum appulię regem tributa annua quibus aſtrict⁹
erat, eccleſię pẽdere negantem bello tumultuatũ
eſt, hoc ęgreferente optimo pontifice. Copiarum
ſuarũ Robertum ſanſeueritatẽ virum militari di
ſciplina clarũ ducẽ habuit innocẽtius qui in appu-
lia caſtrametatus longe lateq; eã depopulatus eſt,
atq; Ferdinandum aperto marte & collatis ſignis
expugnãdo eccleſię morigerũ deuinxit. Pace ita-
q; cũ ferdinando hac lege inita iuramento pollici
tus eſt põtificiæ dignitati in poſterum non aduer
ſari, & annuum prouẽtum, quo eccleſię neapolita-
ni regni cauſa tenebatur eidem perſoluere. His re
bus ex ſententia compoſitis inter vrſinos & colũ-
nenſes ſumma diligentia pacem compoſuit. vrbe
ab inteſtinis bellis libera in bucalinum oſimi tyrã
num chriſtianos multa clade peſſumdantem, qui
paulo añ ab eccleſia defecerat copias mouit, quẽ
poſt longam vtriuſque ſtragem expugnauit &
captiuum ad Lodouicum Sfortiã inſubrię ducem
tranſmiſit. Quibus rebus ſtrenue geſtis non mo-

dicam ſuæ virtutis laudem optimus pontifex re-
tulit. ipſe tum quia valitudinarius erat. tum pro-
pter crebros bellorum & peſtis īſultus quibus to-
ta italia laborabat: complura quæ ſanctius conſul
tiuſque animo conceperat īexpleta reliquit. Cō-
ſanguineis paruum amoris iudicium monſtrans
opibus. Extollere non curauit dempto quod filiū
franciſcum nomine & Theodorinā filiam nothos
ex ſcelesto concubitu ſatos præter rationem mul-
to munere cumulatiſſimos reddidit. Franciſcum
enim formoſę puellę Laurentij medices filię con-
nubio iunxit: atque eum cum lætali morbo decu
baret magnis theſauris ex conſenſu Cardinalium
donauit. Theodorinam vero ſtrēuo ac illuſtri vi-
ro cum dote maxima deſponſauit. Heliopoldum
Auſtrię ducem aſſiduis prodigijs innitentem ſan
ctorum cathalogo aggregauit. Venetos cenſura
maledica a Sixto fulminatos abſolutionis Mu-
nere donauit. Quamplurima Italiæ templa cre-
bris donis cumulatiſſima reddidit. Cœnobio
fratrum heremitarū Bergomenſium eccleſiā ar-
genteam miro artificio cęlatam & ſubtiliter ſcul-
ptam dono dedit. Fuit itaque hic pontifex mo-
rum probitate vitę ſanctimonia atque omni di-
ſciplinarum genere ornatus: qui proceribus plæ-
beiſque dilectiſſimus cum omniū non paruo mœ
rore vitam exhalauit anno ſui pontificatus octa-
uo, die vigeſimo ſexto. Iulij, anno Chriſti, Mileſi-
mo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo, cu-
ius gratia hoc excudi diſtichon: Hūc deus abſol-
uat: infenſis abluat ipſum: Culpis ſit ſuperis poſt
pia fata plagis.





ALexander huius nominis. vj pa-
tria hiſpanus theodoricus antea
appellatus ex borgia gente nobi
liſſima originem duxit. Hūc ca-
lixtus quōdam papa eius patruus
a primęua ętate (q̄ facile mores q
bꝰ ībuit diutius ſeruat) manſuete inter doctos q iu
ueniles aīos regendi artem apprime callebāt, edu
cari voluit primitus cultiori literatura adeo eru-
ditus vt ſuorum cōclaſſicorum facile nauarchus
eſſet. Nec philoſophię ac diuinarum literarū ex-
pers abiuit. Nā in eis adeo ꝓfecit vt quoſcꝫ etiam
nexus difficiles elimatius diſcutere potuiſſet. Aſ-
ſentatores a ſe remotos vt boni pīcipis officium
eſt: eſſe volebat hos īimicos cenſens: inter quos &
amicos diſcrimen eſſe volebat ariſtō. Nam ſuorū
verborum tendiculis aliqn̄ pīcipibus adeo pſua
dent vt creduli nefanda aggredi no vereantur.
Fœlix igit̄ tanto pōtifice Roma, qm̄ vt teſtat̄ pla-
to lib. v. de rep. beata ciuitas vbi philoſophi īpant
Qđ ab homero eleganter ſcriptum eſt. Calliope
regū comes ioue nata parente. Hic monendo dul
cis arguēdo acer erat, literatorū alter mœcenas.
quem oſcitantē raro cōperit quiſq̄ quin aut libris
legendis, aut diuino cultui, aut rei xp̄ianę ſemp at
tētus eſſet: tpis iactura nihil pniciosius exiſtimās.
Ob ſingularem ipſius virtutem iuuenili ęuo car-
dinalis efficit̄, & vice cācellariatus magiſtratu do
natur. cuius ꝓuīciā ad ſui ſuorumcꝫ decus ac glo-
riam exactius pagens. Tantam oīm beniuolentiā
nactus eſt, vt oīm applauſu pontificatus munere
inſignitus fuerit poſtcꝫ. xl. annos nō pua cum lau-
de vicecancellariatus molē ſuſtulit. Sui pontifica-

tus exordio chriſtianorum principum legatos ro
mam ipſius ſalutandi cauſa venientes perbenigne
ſuſcipit comiter alloquit̃, ſuadens mutuis chriſtia
norum bellis dilabi remp. xp̃ianã & affatim mi-
nui, eaſq; ſuorum principũ vice hortat̃ opibus ac
corpori non parcẽdũ eſſe vt thurcorum faſtus im
manis adnihiletur, & chriſti lex paſſim p̃dicetur.
Itidem ex more põtificũ ĩprimis duos ex ſuis car-
dinales efficit ioannem borgiam & valentinum.
Ioannem autem ex patrum ſenatuſconſulto lega
tum neapolim miſit Alphonſi noui regis coronã-
di gratia, qui non vituperanda curialiũ & famu-
latus turba ſtipatus neapolim conceſſit, vbi dia-
demate regio Alphonſum inſigniuit accepto iu-
ramento de fide eccleſię ſeruanda & annuis tribu
tis ſoluendis. Ea tempeſtate Karolus frãcorũ Rex
octauus virtute bellica clariſſimus neapolim, quę
iure hereditario ei ſuccedebat, expeditionem obi
ter parabat cuius potentiam veritus pontifex ne
quid incõmodi italię moliret̃ cum Alphonſo per
Ioannem nepotẽ in gallos fœdus percutit: & mi-
litẽs ad Romę p̃ſidia acciuit, ne gallus marte fe-
rox eam inuaderet. Id em̃ italis innatũ eſt, vt frã-
corum gloriæ inuidẽtes gallicum nomen ſemper
exoſum habeant. Ita vt cũ eis inita fœdera fide cũ
gallis firmata contra deum & iuſtitiã violare nul
latenus vereantur Eis tñ inuitis inſubriam & he-
truriam Romam vſq; traduxit, vbi commeatum
facilem inuenit, cum timore nimio concuſſi roma
ni ratum tenebant Karolum animi magnitudi-
ne ſtrenuum manſuetudine eximium, clementia
cumulatiſſimum nil detrimenti eis moliri ſi faci-
lis ei tendẽti Romam pateret aditus ſin amore du



retur commeatus armis nãciſci. Karolo igitur ro
mę p̱humaniter ſuſcepto militẽ a tumultu tẽpera
re iubet, in eos qui iuſſis non p̱uerant ſuſpẽdio ani
maduertens. Nec tñ timoris immunis pontifex
ſumpto milite in caſtellũ ſancti angeli meticulo-
ſus aufugit. Cęterum nullo audito militari tumul
tu Alexander ſecurior ſui factus fœdus cum Karo
lo inijt, milites quos ab Alphonſo ad vrbis prę ſi-
dium habuerat Remittens, Tandẽ Roma Rerum
domina a Karolo ſubacta ne via Karolo intercipe
retur, ac pontifex inſidias moliret̃, valentinũ bor
giã cũ quibuſdã caſtellis a põtifice obſidem acce-
pit atq; zizimũ thurci fratrẽ ſecũ eduxit vt dũ re-
rũ appulię potiret̃ eius ope finitimos thurcos ex-
pugnaret. Cęterũ appulia ſubiugata reditũ in gal
liam Karolus par cui põtifex fœderis initi imme-
mor cœpit cũ venetis Maximiliano ĩperatore fer
dinãdo aragonũ rege ac Ludouico ſfortia noua
fœdera inire quibus iuramento firmatis pontifex
cõiuratorũ copijs apud fornouiũ non longe a par
ua ciuitate viã qua Karolus tranſiturus erat inci-
dit vbi quantum militari diſciplina & bellica vir
tute valeant galli, hoſti karolus mõſtrauit. coniu-
ratis enim quadraginta milia armatorũ erant ka
relo autem ſeptem milia electiſſimorũ pugilum
lõgo itinere & pœnuria viatici fatigatorum. Diu  Bellũ for-
anceps & ferox p̃lium cum non modica hoſtium  nouienſe.
cęde fuit. Tandem Karolus modico accepto detri
mento ad Aſtẽſes victor ſe recipit, & Ludouicum
aurelianenſium ducem graui obſidione nouariæ
preſſum (vbi tanta pœnuria eſculentorum aderat
vt plærique gregarij milites fame perirent) libe-
rauit. Hic autem Karolus nulla laude ſatis extol-

Laus karoli

lendus,armis & conſilio clarus, eloquio affabilis, religione & manſuetudine nulli cedens, corpore paruus,animo tamen ſtrenuus, breui tēporis curriculo tota Italia ſubacta europam,aſiam tāto terrore oppleuit vt audita ei⁹ fama formidabili thurchus de bello cogitare cœperit. Sed ad Alexandrum pontificem redeo qui Karolo paulopoſt ambaſię defuncto cum Ludouico duodecimo frācorum rege fœdus nouum percutit validumque exercitum (cui valentinum eius filium rei militaris non imperitum præfecit) in Katherinam vicecomitem mouet quæ paruo milite diu in multa rerum pœnuria valentini inſultibus animoſe reſiſtens tandem virago mœnibus dirutis capiua ad Alexandum ducitur hac victoria multis laudibus valentinus commendatur & dux auctoritate apoſtolica creatus Lucretiam herculis eſtenſis venuſtam filiam cum maxima dote vxorem accipit.

## Pius III.

P Ius natione hetruſcus ſenis oriūdus,pij ſecundi ex laodemia ſorore nepos alexandro in conclaui patrum ſuffragijs ſuffectus eſt. Vir certe ingenio clarus nec minus literis valens laboris & inedię præterquam credibile ſit patiens erat Sed pij auunculi exemplo inito pontificatu cœpit in Gallos conſpirare tædio habens gallorū dominio apuliam & italię non modicam partem ſubigi. Sperabat enim diem affuturum quo inſidiarum pedicis circunductum gallum damnis affligeret; & tandem coniuratorum ope italia exploderet ſed



morte præuētus tā inſigni iniuria obducere Frācum non potuit:breui enim dierū curriculo, quo pontificium magiſtratum rexit,non modicā laudem nactus eſt. Obijt autem Romanis id ægre ferentibus decimoſexto ſui pontificatus die.

## Iulius II.

IVulius ſecundus natione Ligur,patria Genuēſis, patrum conſenſu Pio tertio ſuccedit,āno M.D.III.Dictus fuit Iulianus antea, cardīalis preſbyter titulo S.petri ad Vincula.Is cum parentibus natus eſſet obſcuris,fortunę beneficio ſuaque induſtria per gradus honorum conſcendens ad ſummum peruenit. Vir acri & verſuto ingenio,animoq; minime abiecto, plurima & varia toto vitæ curriculo expertus.Cui fortuna nūc nouerca,nunc indulgentiſſima mater videri potuit.Patrimonium petri nemo animoſius tutatus eſt pontificum:neque callidius quiſquam multorum iudicio amplificare inſtituit.Rauennā a Veneiis occupatam grauiſſima cinxit obſidione:quā tandem expugnatam fortiter,ſedi Romanæ reſtituit.Simili virtute Seruiam,Imolam,Fauentiam, Foroliuium,& alia non nulla iiſdem e manibus eripuit. Præterea alia non pauca ab alijs cum tenerentur recepit: ſubinde noua parta victoria, ſed non ſine multo ſudore & ſanguine. Vt enim laborum patientiſſimus,ita iniuriarum erat impatiēs: eratque ingenio non ſolum ardenti, ſed & iracūdo. Quod vitium generoſos animos frequenter acrius quàm ſatis eſt incitat, & vltra terminum rapit. Bononiam eiectis Bentiuolis inſigni triumpho inuectus eſt. Res Gallorum rege Lodouico

ET

duodecimo grauiter affecit, plura daturus non Gallo tantum ſi per mortem licuiſſet. Moritur autem bellica gloria clarus, anno põtificatus ſui decimo, die menſis Februarij vigeſimo primo: durante adhuc cõcilio, quod Romæ in Laterano celebrandum indixerat, ea potiſſimum de cauſa, vt concilium Piſanum hac via, vel deſtrueret vi, vel arte eluderet. Nam hoc contra ipſum inſtitutum & agi videbatur, opera Maximiliani Cæſaris, regis Franciæ Lodouici & cardinalium quorũdam, quos rebelles cardinalitio honore priuauit, & ab eccleſiæ corpore, vt putrida mẽbra reſecuit. Vacat ſedes apoſtolica diebus. XVI.

## Leo. X.

Hic beatum Franciſcum de paula ordinis minimorum īſtitutorem (quem quidã in eccleſiam baubantes Robertũ le roy appellitant) ſanctorũ Cathalogo annumerauit, cuius ſanctiões antea A. Bo. Me. Sixto. iiij. Innoc. viij. Alexandro. vi. Pio. iij. & Iulio. ij approbatæ multiſque priuilegijs decoratæ fuerant. Tãta ſiquidem fuit illius morum probitas, vt ab illuſtriſſimo Ludouico. xi. ĩ galliam accitus & honorifice receptus fuerit.

LEo decimus in demortui Iulij locum ſufficitur, in hunc conferentibus ſuffragia cardinalibus præter omnem expectationẽ. Quæ ſcilicet res plauſibiliorem etiam eius electionem reddidit: euentum rei inexpectatę ita interpretantibus multis, quaſi ſingulari quodã diuino non humano conſilio, neq; fortuito ita accidiſſet. Creatur autẽ põtifex anno M. D. XIII. quarto menſis Martij die. Huic antea no-



men erat Ioannes: titulus, cardinalis, diaconus S. Mariæ in dominica. Natus fuit non obſcuro loco, nimirũ ex clariſſima apud Florentinos Medicum domo educatus liberaliter. Bonis literis a prima ætate diligẽter inſtitutus, præceptoribus vſus doctiſſimis, cum alijs, tum maxime Angelo Politiano viro vtriuſq; linguę callẽtiſſimo, quem medicum familia amanter complexa indulgentiſſime fouit: ſicut & alios cõplures eruditos colens, omni beneuolentia honore & liberalitate proſequuta eſt. Fuit igitur Leo vt natura, ita & diſciplina, conſuetudineq; vir manſueti animi. Delicijs magis q̃ militiæ deditus. Muſicos in magno pretio habuit. Doctos etiam amauit, nimirũ ipſe eleganter doctus. Multa aliorum arbitratu agi paſſus eſt, ipſe quietis & otij amantior. Ducem Vrbinatẽ quandã ob cauſam ducatus poſſeſſione priuauit, in eius locum ſubſtituẽs nepotem, quem habebat ex fratre. In ducem Ferrarienſem idem tentatum fuit, ſed fruſtra. Hoc pontificatum gerente, electus imperator fuit felici ſidere diuus Carolus regum potentiſſimus, atque idem optimus, Franciſco Francorum rege competitore repulſam patiente: quãuis pro hoc non parum laboris ſumpſerit præter alios pontificia dignitas. In qua electione potiſſimum eluxit integritas, in hac quidem parte Friderici ducis Saxoniæ, & fides eiuſdem erga vita functum Maximilianum: qui optimi prĩcipis imperio ſubeſſe maluit, q̃ ipſe tãtam in humeros recipere molem. Cæterum Leo mortuus eſt pontificatus ſui anno. VI.

## Hadrianus. VI.

HAdrianus ſextus natione Theutho Leoni ſubſtituit magno cardinalium conſenſu Carolo Cæſari ſtudentium gratificari, anno M.D.XXII. Menſe Ianuario. Idem nomen quod antea habuerat, ſeruauit. Cardinalis erat titulo ſanctorum Ioannis & pauli. Patria illi fuit inſignis ciuitas Germaniæ inferioris Traiectum inferius. Patrem habuit (vt ille ait) Ingenua de plebe virum. Iuuenis Louanium profectus literas didicit, quales tum illic tradebantur: idque, quantum tempus & locus patiebātur feliciſſime. Nam paucis annis eminere cœpit. Et tandem eo progreſſus eſt, vt eius academię facile princeps haberetur. Et cum non modo doctrinam, ſed & grauitatem haberet blanda quadam morum comitate conditam, vocatur in aulam: & fit Caroli cæſaris tum pueri præceptor. Aliquot poſtea annis in Hiſpanias mittitur functurus illic vice Caroli, cuius aduētum tot regna expectabant. Cumque teneret adhuc gubernacula regnorum in Hiſpanijs, iam grandæuus Romæ pōtifex maximus creatur abſens: octauo poſt menſe q̄ creatus eſt Romam veniens, coronam accipit pridie Calendas Septembris. Huius vita cum eſſet frugalis & temperans, parū placuit non paucis Romæ agentibus. Fuerunt etiam, qui virum prudentiſſimum prorſus damnarēt, vt inutilem ad rerū adminiſtrationē. Quod eo mortuo mox palam teſtari non dubitauit paulus iouius vir varia eruditione, præſertim autē cognitione rei medicæ celebris. Is in initio ſtatim libelli quē elegantem de piſcibus edidit demonſtrans ſola iudicia



principum ſæpe piſcium æſtimationē auxiſſe, his vtitur verbis: Vti modo (inquit) Merluceiæ plæbeio admodum piſci, Hadrianus pontifex, ſicuti in adminiſtrāda republica hebetis ingenij vel deprauati iudicij, ita in eſculētis inſulſiſſimi guſtus ſupra mediocre pretium ridente toto foro piſcario iam fecerat. Quod iudicium cuiuſmodi videri debeat de viro tali, viderint alij. Equidem tempora noſtra qualiacumque cenſenda ſint, non eo peruerſitatis & nequitiæ veniſſe arbitror, vt parem laudem ſibi vendicare poſſit ſapiētia palati, res non magni pretij, cum animi ſapientia theſauro incomparabili. Deceſſit Hadrianus ingreſſus modo ſecundum pontificatus ſui annum quartodecimo die Septembris.

## Clemens VII.

CLemens ſeptimus Hadriano ſexto ſuccedit. Huic antea erat nomen iulius, quod etiam ſeruare decreuerat, & iam vſurpare idem cœperat. Sed cardinalium quorundam rogatu Clementis, quo nomen moribus couueniret, accepit. Cardinalis erat titulo ſancti Laurentij in Damaſo. Priori ætate vſus eſt fortuna minus propitia, quam poſtea clementiorē experiri cœpit. Primo quidem aſcriptus fuit ordini Hieroſolymitano, deinde prior creatus eſt Capuenſis: poſt cardinalis. Cumq; rerum potiretur Leo decimus ipſius patruelis, qui otio gaudens curis ſe quantum potuit expediuit, magnam negotiorum partem ſolus ſuſtinuit. Vnde authoritas & opes illi inſignes acceſſerunt. Quibus cum iā cumulatus eſſet & plurimū valeret, videretur que ad res gerendas animi ſatis & virium habere,

magno plauſu pontifex creatur. Cæterũ vt Mars fortiſſimos quoſque in bello, ſecundum vetus verbum, oppignorare ſolet, ita fortuna viris maxime ſtrenuis non raro plurimum gaudet exhibere negotij. Quale exemplum in hoc viro manifeſte cernere licet. Nam quamuis omnes artes adminiſtrandæ & augendæ reipublicę probe tenere ſit viſus, neque defuerit ei magnanimitas & fortitudo, grauiſſimam tamen cladem hoc pontifice, proh dolor, accepit ſedes Romana. Quod malum initium traxit ex bello, quod Franciſcus rex Franciæ ſuſcepit cum Carolo Cæſare. Nam Clemẽs, licet capto rege & exhauſto regno, Francis res eſſent deploratæ, contra cęſarem varia molitus eſſe dicitur. Quod iniquo animo ferentes administratores belli, quos habebat in Italia Cæſar, præter expectationem ducto exercitu Romã vrbem vi occupant. ſed non ſine graui iactura, comparata victoria. Nã cecidit Carolus Borbonius exercitus Cæſariani primarius dux, cuius interitus militum animos, quibus erat chariſſimus, grauiſſime irritauit. Quare militaris inſolentia, quã cæterorum ducum authoritas compeſcere non ſatis poterat, plurima petulantiſſime deſignauit acerba auditu ijs qui Apoſtolicæ ſedi ſynceriter adhærent. Pontifex qui confugerat in caſtrum S. Angeli aliquot poſt diebus, cum arctius premeretur Cæſarianis ſe dedidit. Quæ tamen omnia geſta ſunt Cæſare neſciente: & vt res ipſa declarauit, talia minime volente: vt cuius ingenio nihil inueniri poteſt clementius, aut religioni Chriſtianæ addictum magis. Pontificem enim non multo poſt priori dignitati reſtituit, & facta turbarum



omnium obliuione in amicitiam recepit: quã perpetuam eſſe velit omnis veræ concordiæ & pacis author deus: vtaturque Clemens tanta proſperitate in propaganda pietate, & reuocandis in lucem donis veri pontificis, quàm Cæſar magnus & felix eſt: fitque ſemper, inſtaurando & gubernando moderatiſſime orbis imperium.

FINIS.

IMPENSA NOMINATISSIMI bibliopolæ Ioannis Parui, typis vero ſolertiſſimi viri. M. Petri Vidouæi excuſa eſt hæc põtificum maximorum hiſtoria, anno trigeſimo ſupra ſeſquimileſimum.

PAR SIT FORTVNA LABORI.

Tabula ſiue nomenclatura Pontificum maximorũ ordine alphabetico digeſta.


A

| | |
|---|---|
| Anacletus.i. | xv. |
| Alexander.i. | xvij. |
| Anicetus.i. | xxij. |
| Anterus.i. | xxxi. |
| Anaſtaſius.i. | lvij. |
| Anaſtaſius.ij. | lxxij |
| Agapitus.i. | lxxviij. |
| Adeodatus.i. | xcix |
| Agatho.i. | ci. |
| Adrianus.i. | cxxv |
| Adrianus.ij. | cxlv. |
| Adrianus.iij. | cxlviij. |
| Anaſtaſius.iij. | cliij. |
| Agapitus.ij. | clviij. |
| Alexander.ij. | clxxvij. |
| Anaſtaſius.iiij. | ccvij. |
| Adrianus.iiij. | ccviij. |
| Alexander.iij. | ccx. |
| Alexander.iiij. | ccxxij. |
| Adrianus.v. | ccxliij. |
| Alexander.v. | ccxcviij. |
| Alexander. vi. | ccclxiij. |
| Adrianus.vi. | ccclxvi. |

B

| | |
|---|---|
| Bonifacius.i. | lxij. |
| Bonifacius.ij. | lxxvij. |
| Benedictus.i. | lxxxiij. |
| Bonifacius.iij. | lxxxviij. |
| Bonifacius.iiij. | lxxxix. |
| Bonifacius.v. | xci. |

| | |
|---|---|
| Benedictus.ij. | ciij. |
| Benedictus.iij. | cxliij. |
| Bonifacius.vi. | cl. |
| Benedictus.iiij. | clij. |
| Benedictus.v. | clx. |
| Benedictus.vi. | lxij. |
| Bonifacius.vij. | clxiiij. |
| Benedictus.vij. | clxiij. |
| Benedictus.viij. | clxix |
| Benedictus.ix. | clxx. |
| Benedictus.x. | clxxv. |
| Bonifacius.viij. | ccliiij. |
| Benedictus.xi. | cclviij. |
| Benedictus.xij. | cclxix. |
| Bonifacius.ix. | cclxvxvii. |
| **C** | |
| Chriſtus. | iiij. |
| Cletus.i. | xij. |
| Clemens.i. | xiiij. |
| Calixtus.i. | xxvij. |
| Cornelius.i. | xxxiij. |
| Caius.i. | xxxv. |
| Celeſtinus.i. | lxiij. |
| Conon.i. | cv. |
| Conſtantinus.i. | cx. |
| Chriſtophorus.i. | cliij. |
| Clemens.ij. | clxxij. |
| Calixtus.ij. | cxcix. |
| Celeſtinus.ij. | ccv. |
| Clemens.iij. | ccxvij. |
| Celeſtinus.iij. | ccxix. |
| Celeſtinus.iiij. | ccxxix. |
| Clemens.iiij. | xxxxvij. |





| | |
|---|---|
| Celeſtinus.v. | ccliij. |
| Clemens.v. | cclix. |
| Clemens.vi. | cclxx. |
| Calixtus.iij. | cccxxviij. |
| Clemens.vij. | ccclxvi. |
| **D** | |
| Dionyſius.i. | xxxvi. |
| Damaſus.i. | liiij. |
| Deuſdedit.i. | xc. |
| Donus.i. | c. |
| Donus.ij. | clxii. |
| Damaſus.ii. | clxxiii. |
| **E** | |
| Euariſtius.i. | xvi. |
| Eleutherius.i. | xxiiii. |
| Eutichianus.i. | xxxvii. |
| Euſebius.i. | xlii. |
| Eugenius.i. | xcvii. |
| Eugenius.ii. | cxxxiiii. |
| Eugenius.iii. | ccvi. |
| Eugenius.iiii. | cccxiii. |
| **F** | |
| Fabianus.i. | xxxii. |
| Fœlix.i. | xxxvii. |
| Fœlix.ii. | lii. |
| Fœlix.iii. | lxx. |
| Fœlix.iiii. | lxxvi. |
| Formoſus.i. | cxlix. |
| **G** | |
| Gelaſius.i. | lxxi |
| Gregorius.i. | lxxv |
| Gregorius.ii. | cxii |
| Gregorius.iii. | cxv. |

Gregorius.iiij. cxxxvi.
Gregorius.v. clxv.
Gregorius.vi. clxxij.
Gregorius.vij. clxxviij.
Gelaſius.ij. cxcvij.
Gregorius.viij. ccxvij.
Gregorius.ix. ccxxv.
Gregorius.x. ccxl.
Gregorius.xi. cclxxviij.
Gregorius.xij. ccxcvi.

H

Higinus.i. xxix.
Hilarius.i. lxviij.
Hormiſda.i. lxxiij.
Honorius.i. xcij.
Honorius.ij. cci.
Honorius.iij. ccxxiij.
Honorius.iiij. ccxlix.

I

Iulius.i. xlix.
Innocentius.i. lix.
Ioannes.i. lxxv.
Ioannes.ij. lxxviij.
Ioannes.iij. lxxxij.
Ioannes.iiij. xciij.
Ioannes.v. ciij.
Ioannes.vi. cviij.
Ioannes.vij. cix.
Ioannes.viij. cxlij.
Ioannes.ix. cxlvij.
Ioannes.x. clij
Ioannes.xi. clv.
Ioannes.xij. clvij.

Tabula.

Ioannes.xiij. clix.
Ioannes.xiiij. clxi.
Ioannes.xv. clxi.
Ioannes.xvi. clxiij.
Ioannes.xvij. clxv.
Ioannnes.xviij. clxvi.
Ioannes.xix. clxvij.
Ioannes.xx. clxviij.
Ioannes.xxi. clxx.
Innocentius.ij. cciij.
Innocentius.iij. ccxxi.
Innocentius.iiij. ccxxx.
Innocentius.v. ccxlij.
Ioannes.xxij. ccxliij.
Ioannes.xxiij. cclxiij.
Innocentius.vi. cclxij.
Ioannes.xxiiij. ccxcix.
Innocentius.vij. ccxciij.
Innocentius.viij. ccclxi.
Iulius.ij. ccclxv.

L

Linus.i. xi.
Licius.i. xxxiiij.
Liberius.i. li.
Leo.i. lxvi.
Leo.ij. cij.
Leo.iij. cxxix.
Leo.iiij. cxxxix.
Leo.v, cliij.
Lando.i. clv.
Leo.vi. clv.
Leo.vij. clvij.
Leo.viij. clx.

Leo.ix. clxxiii.
Leo.x. cclxxv.
Lucius.ii. ccv.
Lucius.iii. ccxiiii.

M

Marcellinus.i. xxxix.
Marcellus.i. xli.
Melciades. xliiii
Marcus.i. xlviii.
Martinus.i. xcvi.
Martinus.ii. cxlviii.
Martinus.ii. clviii.
Martinus.iiii. ccxlvi.
Martinus.v. ccciiii.

N

Nicolaus.i. cxliiii.
Nicolaus.ii. clxxvi.
Nicolaus.iii. ccxliiii.
Nicolaus.iiii. ccli.
Nicolaus.v. cccxviii.

P

Petrus.i. vii.
Pius.i. xxi.
Pontianus.i. xxx.
Pellagius.i. lxxxi.
Pellagius.ii. lxxxiiii.
Paulus.i. cxxi.
Paſchalis.i. cxxxiii.
Paſchalis.ii. clxxxix.
Paulus.ii. cccxlv.
Pius.ii. cccxxxiii.
Pius.iii. ccclxiiii.

R





Romanus.i. cli.

S

Sixtus.i. xviii.
Soter.i. xxii.
Stephanus.i. xxxiiii.
Sixtus.ii. xxxv.
Silueſter.i. xliiii.
Siricius.i. lvi.
Sixtus.iii. lxiiii.
Simplicius.i. lxix.
Symmachus.i. lxxii.
Siluerius.i. lxxix.
Sabinianus.i. lxxxviii.
Seuerinus.i xciii.
Sergius.i. cv.
Siſinnius.i. cx.
Stephanus.ii. cxix.
Stephanus.iii. cxxiii.
Stephanus.iiii. cxxxii.
Sergius.ii. cxxxviii.
Stephanus.v. cxlix.
Stephanus.vi. cl.
Sergius.iii. cliiii.
Stephanus.vii. clv.
Stephanus.viii. clvii.
Silueſter.ii. clxvii.
Sergius.iiii. clxviii.
Silueſter.iii. clxxi
Stephanus.ix. clxxv.
Sixtus.iiii. ccclx.

T

Teleſphorus.i. xix.
Theodorus.i. xcv.

Theodorus.ij. cli.

V

Victor.i. xxv.
Vrbanus.i. xxviij.
Vigilius.i. lxxx.
Vitalianus.i. xcviij.
Valentinus.i. cxxxv.
Victor.ij. clxxiiij.
Victor.iij. clxxxvi.
Vrbanus.ij. clxxxvi.
Vrbanus.iij. ccxv.
Vrbanus.iiij. ccxxxvi.
Vrbanus.v. cclxxvij.
Vrbanus.vi. cclxxxi.

Z

Zepherinus.i. xxvi.
Zozimus.i. lx.
Zacharias.i. cxvij.

FINIS TABVLAE.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA